SANCTI
THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

SANCTI THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS XXV

QUAESTIONES DE QUOLIBET

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

VOLUMEN 2

Quodlibet I, II, III, VI, IV, V, XII
Indices

COMMISSIO LEONINA
Piazza Pietro d'Illiria, 1
00153 ROMA

LES ÉDITIONS DU CERF
29, Bd de Latour-Maubourg
75340 PARIS-CEDEX 07

1996

La loi du 11 mars n'autorisant, aux termes des alinéas 2 et 3 de l'article 41, d'une part, que les « copies ou reproductions strictement réservées à l'usage privé du copiste et non destinées à une utilisation collective » et, d'autre part, que les analyses et les courtes citations dans un but d'exemple et d'illustration « toute représentation ou reproduction intégrale, ou partielle, faite sans le consentement de l'auteur ou de ses ayants droit ou ayants cause, est illicite » (Alinéa 1er de l'article 40).

Cette représentation ou reproduction par quelque procédé que ce soit, constituerait donc une contrefaçon sanctionnée par les Articles 425 et suivants du Code Pénal.

© *Commissio Leonina*, 1996

ISBN 2-204-05450-X

2
QVESTIONES DISPVTATE PARISIVS ANNIS 1269-1272 (Quodlibet I, II, III, VI, IV, V, XII)

<QVODLIBET PRIMVM>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Comunale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
E = Erlangen, Universitätsbibl. 269/3 (328)
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
P^9 = Paris, Bibl. Mazarine 853
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ^c

C^b = Cambridge, Gonville and Caius College 93 (175). *Pars secunda*
Du = Durham, Chapter Library B.I.8
Li = Lisboa, Bibl. Nacional Alc. 262 (CCXXVI)
N^b = Napoli, Bibl. Nazionale VIII.B.21
P^7 = Paris, B.N. lat. 16297
Sm = Semur-en-Auxois, Bibl. municipale 3
Tl = Toulouse, Bibliothèque municipale 243
W = Wien, Nationalbibliothek 3826

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de Deo, angelo et homine.

De Deo quesitum est et quantum ad diuinam naturam et quantum ad naturam humanam assumptam.

<Questio I>

<a. unicus [1]>

Quantum ad diuinam naturam quesitum est utrum beatus Benedictus in uisione qua uidit totum mundum diuinam essenciam uiderit?

Et ostendebatur quod sic.

<1> Dicit enim Gregorius, de hac uisione loquens : *Anime uidenti* Deum *angusta* fit *omnis creatura*; set uidere Deum est uidere diuinam essenciam; ergo beatus Benedictus uidit diuinam essenciam.

<2> Preterea. Ibidem subdit Gregorius quod totum mundum uidit *in* diuino *lumine;* set non est aliud lumen uel *claritas* Dei quam ipse Deus, ut idem Gregorius dicit, et habetur in Glosa Exodi XXXIII, super illud : *Non uidebit me homo, et uiuet*; ergo beatus Benedictus uidit Deum per essenciam.

Set contra est quod dicitur Iohannis I : *Deum nemo uidit unquam,* ubi dicit Glosa quod *nullus in mortali carne uiuens* Dei essenciam uidere potest.

Responsio. Dicendum quod *corpus* corruptibile *aggrauat animam,* ut dicitur Sapiencie IX; summa autem eleuatio mentis humane est ut ad diuinam essenciam uidendam pertingat; unde inpossibile est ut mens humana Dei essenciam uideat, ut Augustinus dicit XII super Genesim ad litteram, *nisi huic uite* mortali *funditus* homo intereat uel sic alienetur *a sensibus ut nesciat utrum sit in corpore an extra corpus,* sicut de Paulo legitur II ad Corinthios XII. Beatus autem Benedictus, quando illam uisionem uidit, nec huic uite funditus mortuus erat nec *a* corporeis *sensibus alienatus,* quod patet per hoc quod, dum adhuc in eadem uisione persisteret, alium ad idem uidendum aduocauit, ut Gregorius refert. Vnde manifestum est quod Dei essenciam non uidit.

Ad primum ergo dicendum quod Gregorius ex quadam proportione argumentari intendit in uerbis illis : si enim uidentes Dei essenciam, in eius comparatione totam creaturam reputant paruum quid ad uidendum, non est mirum si beatus Benedictus per lumen diuinum aliquid amplius uidere potuit quam homines communiter uideant.

Ad secundum dicendum quod lumen Dei

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ^* *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 1 Quesitum] Questio *PO* 30 humana] + corpori unita *Ed*^{10} 32 intereat] moriatur *Ts (? ex Augustino; cf. app. fontium)* 39 ut] + idem *Cn, Ed*^{10}

A.1 Parall. : *In IV Sent.*, d.49, q.2, a.7; *Q. de uer.*, q.13, a.2-5; *Quodl. X*, a.17; *In ep. II ad Cor.*, XII, lect. 1 et 2; *I*^{a}, q.12, a.11; *II*^{a} *II*^{ae}, q.175, a.3-6; q.180, a.5. 8-9 Benedictus — mundum : Cf. Ps.-Gregorius, *Dialogi*, II XXXV 3 (SC 260, p. 238) : « omnis etiam mundus, uelut sub uno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est ». 11 Gregorius : Ps.-Gregorius, *Dialogi*, II XXXV 6 (SC 260, p. 240) : « animae uidenti creatorem angusta est omnis creatura »; sed sequitur : « Quamlibet etenim parum de luce creatoris aspexerit, breue ei *fit* omne quod creatum est ». 17 in ... lumine : Ps.-Gregorius, *ibid.* : « haec procul dubio cernere nonnisi in Dei lumine poterat ». 19 idem Gregorius : Gregorius, *Moralia*, XVIII LIV 90 (CCSL 143 A, p. 953, 95-98), a Thoma fusius laud. supra, *Quodl. X*, a.17, s.c. 19 in Glosa Exodi XXXIII : Glosa ord. in Ex. XXXIII 20 (t. I, p. 195b). 23 Iohannis I : 18. 24 Glosa : ord. (t. IV, p. 225a; cf. Ms. Vat. Chigi A VIII 248, f. 431r) : « nullus (nemo *ms.*) purus homo uiuens in hoc corpore uidit (uidet *ms.*) Deum ut est »; sed cf. Gregorius, *Moralia*, XVIII LIV 88 (CCSL 143 A, p. 952, 55-58) : « sapientia quae Deus est ... *in hac mortali carne* consistentibus ... uideri non potest per incircumscriptum lumen aeternitatis »; *In Hiezech.*, II, hom. II 14 (CCSL 142, p. 234, 318-321) : « quamdiu in hac mortali carne uiuitur, nullus ita in contemplationis uirtute proficit, ut in ipso iam incircumscripto luminis radio mentis oculos infigat ». 27 Sapiencie IX : 15 (*Biblia sacra*, t. XII, p. 57) : « Corpus enim quod corrumpitur adgrauat animam » (*uar.* corruptibile enim corpus). 31 Augustinus : *De Genesi ad litteram*, XII 27 (CSEL 28, p. 422, 7-11) : « nisi ab hac uita quisque quodammodo moriatur siue omnino exiens de corpore siue ita auersus et alienatus a carnalibus sensibus, ut merito nesciat, sicut apostolus ait, utrum in corpore an extra corpus sit ». 32 huic uite ... funditus : Verba sunt non Augustini, sed Gregorii, *Moralia*, XVIII LIV 89 (CCSL 143 A, p. 952, 64-65) : « quisquis sapientiam quam Deus est, uidet, huic uitae funditus moritur, ne iam eius amore teneatur ». 34-35 II ad Corinthios XII : 3. 37 a ... sensibus alienatus : Cf. adn. ad u. 31. 40 Gregorius : Ps.-Gregorius, *Dialogi*, II XXXV 4 (SC 260, p. 238) : « Tunc tanti sibi testem uolens adhibere miraculi, Seruandum diaconum iterato bis terque eius nomine cum clamoris magnitudine uocauit ».

quandoque dicitur ipse Deus, quandoque uero aliquod lumen deriuatum ab ipso, secundum illud Psalmi : *In lumine tuo uidebimus lumen.* Hic autem accipitur pro lumine deriuato a Deo.

<Questio 2>

Deinde querebantur duo circa humanam naturam in Christo; primo, utrum fuerit in Christo una filiatio qua referretur ad Patrem et matrem, an due; secundo de morte eius, utrum in cruce mortuus fuerit.

<a. 1 [2]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod in Christo sint due filiationes.

<1> Multiplicata enim causa relationum, multiplicantur et relationes; generatio autem est causa filiationis; cum igitur alia sit generatio qua Christus natus est eternaliter a Patre, alia qua natus est temporaliter a matre, erit etiam alia filiatio qua refertur ad Patrem et alia qua refertur ad matrem.

<2> Preterea. Quod recipit ex tempore aliquid absolutum absque sui mutatione, multo magis absque sui mutatione potest recipere temporaliter aliquam proprietatem relatiuam. Set Filius Dei ex tempore recepit aliquid absolutum absque sui mutatione, quia super illud Luce : *Erit magnus et filius Altissimi uocabitur,* dicit Ambrosius : *Non ideo erit magnus quod ante partum Virginis magnus non fuerit, set quia potenciam quam Dei Filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus.* Ergo multo magis ex tempore potuit accipere Filius Dei absque sui mutatione nouam filiationem, ut sic ei conueniant due filiationes, una eterna et alia temporalis.

Set contra. A quo aliquid habet quod sit tale, ab eius unitate habet quod sit unum tale; set filiatione aliquis habet quod sit filius; ergo una filiatione est unus filius. Set Christus est unus filius, et non duo. Ergo in Christo non sunt due filiationes, set una tantum.

Responsio. Dicendum quod relationes differunt in hoc ab omnibus aliis rerum generibus, quia ea que sunt aliorum generum, ex ipsa ratione sui generis habent quod sint res nature, sicut quantitates ex ratione quantitatis et qualitates ex ratione qualitatis. Set relationes non habent quod sint res nature ex ratione respectus ad alterum : inueniuntur enim quidam respectus qui non sunt reales, set rationis tantum, sicut scibile refertur ad scienciam non aliqua reali relatione in scibili existente, set potius quia sciencia refertur ad ipsum, secundum Philosophum in V Methaphisice. Set relatio habet quod sit res nature ex sua causa, per quam una res naturalem ordinem habet ad alteram, qui quidem naturalis et realis ordo est ipsa relatio; unde dextrum et sinistrum in animali sunt relationes reales, quia consequntur quasdam naturales uirtutes, in columpna autem sunt respectus rationis tantum, secundum ordinem animalis ad ipsam.

Ex eodem autem habet aliquid quod sit ens et quod sit unum, et ideo contingit quod est una relatio realis tantum propter unitatem cause.

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ (*N*^{b}, *C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 52 aliquod] aliud *Kr*^{4}*Kr*^{5}*BuKr*^{2}*Kr*^{7}*Kr*^{3}*Kr*^{8}, *Ed*^{2,4ss} 52 deriuatum ab ipso] ab ipso deriuatum Ψ, *nec non W*^{2}
4 referretur] refertur Φ^{2ab}, Ψ 8 Ad] Circa *Ed*^{10} 11 et] *om.* Φ(-Φ^{2bGg}). *Cf. Préf., p.* 103*a 23 Erit magnus] *inu.* Φ^{2b}. *Cf. Préf., p.* 106*a 30 et] om. Φ^{2b} *(suppl. multi dett)* 45 rationis] rationales Φ^{2b}. *Cf. Préf., p.* 106*a 52 ordo] *om. Ed*^{4}, *suppl. ante* naturalis *Ed*^{5ss} 52 ipsa Ψ : *obsc.* Φ^1 *(lac. AsORe : uarie suppl.* numerus siue *P* : in quo fundatur *BxIn*^{1} : ipsa *P*^{2}*P*^{10a}*Sa, SiHeUt* : ipsis *AmP*^{3} : ipsis tantum *O*^{4} : in ipsis ipsa *C*^{3} : ipsis ipsa *Lo*^{1}*M*^{2}*P*^{5a}*Gf*^{1}*V*^{2}*LoV*^{5}) : ipsis ipsa Φ^{2a} (in ipsa *Ba*^{1} : *lac. Ar* : realis *Nh* : ipsis *Ve*), Φ^{2b} (in ipsis ipsa *F*^{3}*Cn* : ipsis *om. BwC*^{2}*C*^{4}*RnSlM*^{4}, Φ^{2bp}, *del. sec.m. Wr, om. Wr*^{2}, *om. etiam Ed*^{7}, *Ed*^{30})

53 Psalmi : 35, 10.

A.2 Parall. : *In III Sent.*, d.8, a.5 ; *Quodl. IX*, q.2, a.3 [4] ; *Comp. theol.*, I, 232, u. 79-130 ; *III*^{a}, q.35, a.5. — De statu quaestionis tempore Thomae, cf. supra, adn. ad *Quodl. IX*, a.4, u. 35-36. 10 Multiplicata : Cf. supra, adn. ad *Quodl. IX*, a.4, u. 4. 22 Luce : 1 32 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 311) : « hic erit magnus et filius altissimi uocabitur ». 24 Ambrosius : Re uera sententia est Bedae, *In Lucam*, hom. I 3 (CCSL 122, p. 16-17, u. 90-96), sed Bedae sententiam, uerbis mutatis, adfert *Glosa ordinaria* (t. IV, p. 141-142 ; Ms. Vat. Chigi A VIII 248, f. 269ra), quae inmediate post hanc glossam locum laudat Ambrosii (*In Lucam*, CCSL 14, p. 34-35), unde orta est confusio. At tamen *Glosam* laudat Thomas ex Petro Lombardo, *Sent.*, III, d.14, c.2, n. 2 (ed. Brady, p. 91), qui solus habet : « Non ideo erit magnus ... ». 48-49 Philosophum in V Methaphisice : *Ar., Met.*, V, 1021a26-b3, iam a Thoma laud. *In III Sent.*, d.8, a.5, arg.5 ; *C.G.*, II 12 (t. XIII, p. 290b6-9), ex translatione Michaelis Scoti (in *Auerrois in librum V Met.*, ed. Ponzalli, p. 171, 39-47), uel Anonymi (A.L., XXV 2, p. 104, 23-105, 6). 55 columpna : Exemplum est Auerrois ; cf. adn. ad Thomam, *In De anima*, II 8, 58, in ed. Leon., t. XLV 1, p. 100.

Sicut patet de equalitate : propter unam enim quantitatem est in uno corpore una equalitas tantum, quamuis sint multi respectus secundum quos diuersis corporibus dicitur esse equale; si autem secundum omnes illos respectus multiplicarentur realiter relationes in uno corpore, sequeretur quod in uno essent accidencia infinita uel indeterminata. Et similiter magister est una relatione magister omnium quos idem docet, quamuis sint multi respectus. Sic etiam et unus homo secundum unam realem relationem est filius patris sui et matris sue, quia una natiuitate unam naturam ab utroque accipit.

Sequendo igitur hanc rationem, uideretur dicendum quod alia sit filiatio realis in Christo qua refertur ad Patrem et alia qua refertur ad matrem, quia alia generatione nascitur ab utroque, et alia est natura quam habet a Patre et alia quam habet a matre.

***

Set alia ratio reformat pactum.

Hoc enim est uniuersaliter tenendum quod nulla relatio Dei ad creaturam realiter in Deo existit, set est respectus rationis tantum, quia Deus est supra omnem ordinem creature et mensura omnis creature, a qua dependet omnis creatura et non e conuerso, multo magis quam hec conueniant scibili respectu sciencie, in quo propter has causas non est relatio realis ad scienciam.

Est autem considerandum quod subiectum filiationis non est natura uel nature pars aliqua : non enim dicimus quod humanitas sit filia, uel caput aut oculus. In Christo autem non ponimus nisi unum suppositum et unam ypostasim, sicut et unam personam, quod est suppositum eternum, in quo nulla relatio realis ad creaturam esse potest, ut iam dictum est. Vnde relinquitur quod filiatio qua Christus refertur ad matrem est respectus rationis tantum. Nec propter hoc sequitur quod Christus non sit realiter filius Virginis : sicut enim Deus realiter est dominus propter realem potenciam qua continet creaturam, sic realiter est filius Virginis propter realem naturam quam accepit a matre. Si autem essent in Christo plura supposita, oporteret ponere in Christo duas filiationes; set hoc reputo erroneum, et in Conciliis inuenitur dampnatum.

Vnde dico quod in Christo est una filiatio realis tantum, qua refertur ad Patrem.

Ad primum ergo dicendum quod non negamus non esse in Christo realem filiationem qua referatur ad matrem, quia causa relationis deficiat, set quia deficit subiectum talis relationis, cum non sit in Christo aliquod suppositum creatum uel ypostasis.

Ad secundum dicendum quod eo modo quo ille homo accepit ex tempore Dei potenciam, eo modo accepit filiationem eternam, in quantum scilicet factum est *ut una* esset *persona* Dei et hominis, ut Ambrosius ibidem subdit. Hoc autem non est factum per aliquid realiter absolutum uel relatiuum temporaliter inherens Filio Dei, set per solam unionem que realiter existit in natura creata, non autem realiter in ipsa persona assumente.

Quod uero in contrarium obicitur, necessitatem non habet. Dicitur enim aliquando unus qualis propter unitatem substancialem subiecti, licet sint multe qualitates, ut color et sapor in pomo.

<a. 2 [3]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod Christus in cruce mortuus non fuerit.

<1> Si enim fuit mortuus, aut hoc fuit quia

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW', P*^{7}*)* 62 multi] *om.* Φ^1, Φ^{2a} : *suppl. post* respectus Φ^{2b}. *Cf. Préf., p.* 106*a 79 ratio] relatio Φ^{2bp} (relatione *Kr*^{8}), *M*^{3} reformat] refert *Kr*^{2}*Kr*^{7} : refertur *Kr*^{8}, *R* : informat *Ed*^{5} : infrigit *Ed*^{10} 79 pactum] peccatum *V*$'^8$: factum Φ^{2bp} (+ per actum *Kr*^{1}*Kr*^{3}*Kr*^{8}) : praedictam *Ed*$^{32,34\text{-}36}$ 84-85 omnis creatura dependet *tr.* Ψ 85-86 hec conueniant] hoc conueniat *pauci dett, Ed*^{10} 90 humanitas *scr. cum P*^{7} *et plerisque dett* : humilitas Φ, Ψ(- *P*^{7}) 94 ad] aliud Ψ *(cf. Préf., p.* 103*a) 100 sic] + Christus *Lo, sec.m. V*$'^5$ 106 filiatio *scr. cum E*^{1} : relatio *codd, edd* 114 quo] quod Φ^{2a}, Φ^{2b}(- *E*), *C*^{b}*DuLiSmTl* 123 assumente] assumere Φ^1, Φ^{2a}
2 procedebatur] proceditur Ψ

60 de equalitate : Cf. adn. ad *Quodl. IX*, a.4, u. 25-26. 79 reformat pactum : Cf. Albertus, *In IV Sent.*, d.44 A, a.2, ad 3 (XXX, p. 546a) : « nisi aliquid reformet pactum »; Bonauentura, *In IV Sent.*, d.45, a.2, q.3, sol. opp. 1-2 (p. 947b1-2) : « nisi aliud reformet pactum »; Thomas, *In IV Sent.*, d.9, a.4, sol.2 (ed. Moos, p. 389, n. 156) : « si ... aut aliqua causa potior reformet pactum ». 104-105 in Conciliis : In concilio Ephesino, a Rustico transl. (*Collectio Cassinensis*, ed. Schwartz, ACO, t. I, *Concilium uniuersale Ephesinum*, vol. 3, p. 33-34), a Thoma laud. *C.G.*, IV 38 (t. XV, p. 135a51-b3 et 135b27-35), et *III*^{a}, q.2, a.3. Cf. H. Dondaine, *Qualifications dogmatiques de la théorie de l'Assumptus-homo dans les œuvres de S. Thomas*, dans <*Rev.*> *Sc. ph. th.*, 1941-42, p. 163-168. 118 Ambrosius : Re uera Beda, in *Glosa ord.*, a Petro Lombardo laud. (cf. supra, adn. ad u. 24), quae tamen glosa habet (ed. Brady, p. 92) : « ut una sit persona homo et Deus ».

ipse animam a corpore separauit, aut propter uulnera. Set non primo modo : sic enim sequeretur quod Iudei Christum non occidissent, set quod ipse sui ipsius fuerit homicida, quod est inconueniens. Et similiter nec secundo modo, quia mors que accidit propter uulnera prouenit homine ad summam debilitatem perueniente, quod in Christo non fuit, quia *clamans exspirauit*. Ergo Christus in cruce nullo modo mortuus fuit.

<2> Preterea. Natura humana non fuit in Christo debilior quam in aliis hominibus; set nullus alius homo tam cito moreretur propter uulnera manuum et pedum (uulnus autem lateris fuit ei inflicta post mortem); Christus igitur in cruce mortuus non fuit, cum nulla causa mortis eius esse uideatur.

Set contra est quod dicitur Iohannis XIX quod *et* (Christus in cruce pendens) *inclinato capite tradidit spiritum*; mors autem est per separationem anime a corpore; ergo Christus in cruce mortuus fuit.

Responsio. Dicendum quod absque omni dubio confitendum est Christum in cruce uere mortuum fuisse.

Set ad uidendum causam mortis eius, considerandum est quod, cum Christus fuerit Deus et homo, eius potestati suberat quicquid pertinet ad humanam naturam in ipso, quod in aliis puris hominibus non contingit : uoluntati enim eorum non subiacent que naturalia sunt. Vnde hec causa assignatur quare anima Christi simul paciebatur et fruebatur, quia scilicet eo uolente hoc factum est ut non fieret redundancia a superioribus uiribus in inferiores, nec impedirentur superiores uirtutes a suo actu propter passionem inferiorum, quod in aliis hominibus contingere non potest, propter naturalem coniunctionem potenciarum ad inuicem.

Et similiter in proposito est dicendum : mors enim uiolenta accidit ex hoc quod nocumento illato natura cedit, et quandiu natura resistere potest, tandiu mors retardatur; unde in quibus natura est fortior, ex equali causa tardius moriuntur; erat autem subiectum uoluntati Christi quantum natura resisteret nocumento illato, et quando cederet; unde, eo uolente, natura restitit nociuo illato usque ad finem plus quam in aliis hominibus possit, ita quod in fine post multam sanguinis effusionem quasi integer uiribus clamauit *uoce magna,* et statim, eo uolente, natura cessit et *tradidit spiritum,* ut se dominum nature et uite et mortis ostenderet. Vnde hoc admirans centurio dixit : *Vere hic homo Filius Dei erat.*

Sic igitur, et Iudei Christum occiderunt nocumentum mortiferum inferentes, et tamen ipse *animam* suam posuit et *tradidit spiritum,* quia quando uoluit, natura nocumento illato totaliter cessit. Nec tamen culpandus est quasi sui homicida : est enim corpus propter animam et non e conuerso, unde iniuria fit anime cum propter nocumentum corpori illatum de corpore expellitur contra naturalem appetitum anime, licet forte non contra deprauatam uoluntatem se interficientis; set, si anima in sui potestate haberet recedere a corpore quando uellet et iterum aduenire, non maioris esset culpe si corpus desereret, quam quod habitator deserit domum, culpe tamen est quod inde expellatur inuitus.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 9 Et] *om.* Ψ *(cf. Préf., p.* 103*a*) 10 prouenit] peruenit Ψ(- *TlP*^{7} : *?* permittit *pr.m.* perducit *sec.m. C*^{b}) : pertrahat Φ^{2bg} 10 homine] hominem Ψ(- *Tl* : homine *rest. sec.m. N*^{b}*P*^{7}) : homini *Ba, pauci dett, Ed*^{10} 10-11 ad summam debilitatem] ex summa debilitate *Ed*^{10} 11 perueniente] peruenientem *pr.m. N*^{b} : preueniente *Ed*^{10} : *om.* Φ^{2bg} 15 hominibus] omnibus Φ^1, Φ^{2a}(- *Ba*), Ψ(- P^7) 22 et] *om.* Φ^{2b}, *P*^{7} 26 quod] + aut (autem) Φ^1(-*P*), Φ^{2a}, Ψ(- *P*^{7}) 34 hec] hec (? hoc) + aut (+ pro *C*^{b} : + uel *Tl*) Ψ(- P^7). *Cf. Préf., p.* 103*ab 37 a] *om.* Ψ 38 impedirentur *scr. cum dett, Ed*^{4ss} : impedirent *codd* 44 nocumento] commento *As* : tormento non *P, BaV*^{4}, *P*^{1} : tormento *O* : non *pr.m. Ba* : *lac. Sm* : non commento *Tl* : nocumento *EP*^{9}, *N*^{b}, *C*^{b}*DuLiW, P*^{7}, *sec.m. Ba* (*uariant etiam dett ; forsitan* cumento *in textu et* no *s.u. uel in mg scripserit apographus?*) 49 quantum] quod in (= $\wp$ in *pro* $\wp^m$) *Ed*$^{5\text{-}9}$, *Ed*^{11,14} : quod *Ed*$^{10,12\text{-}13,18}$: quando Ed^{20ss}; quantum *rest. Ed*^{33}) 49 resisteret] resistere Φ^1, Φ^{2a} (resistere et *Ba*), *W* nocumento Ψ(- *SmTl*) : non commento *As, Tl* : dampno Ba : tormento non *P* : tormento Φ *(cett) : om. Sm* 50 cederet] + sic Ψ *(del. sec.m. C*^{b}*TlP*^{7}*)* 53 integer] *obsc.* Φ^1, Φ^{2a} *(cf. Préf., p.* 106*b*) 55 dominum] diuinum Ψ 55 et^2] *om. Ba,* Ψ 66 licet] sed ($\lceil 3$ *pro* 13) *Ed*^{10} contra] propter Φ 68 recedere] recederet Ψ(- *P*^{7}) 72 inuitus] in uitiis (-ciis) Ψ(- *P*^{7})

A.3 Parall. : *Comp. theol.*, I 230; *In Iohannis eu.*, in II 19; in X, 15 et 17-18; *III*^{a}, q.47, a.1. 12 clamans ... exspirauit : Lucae XXIII 46 : « Et clamans ... exspirauit ». 21 Iohannis XIX : 30 : « et inclinato capite tradidit spiritum ». 54 uoce magna : Matthaei XXVII 50; Marci XV 37; Lucae XXIII 46. 57 centurio : Marci XV 39. 59-60 animam suam posuit : Cf. Iohannis X 15 : « animam meam pono » (cf. 17-18). 67-69 si — aduenire : Quod pro absurdo habet Aristoteles, *De anima*, I, 406b3-5; at tamen obicientem qui adserebat : « Comparatur autem anima ad corpus sicut habitator ad habitaculum », *Q. de spir. creat.*, a.1, arg.6, non diserte in hoc redarguerat Thomas.

<Questio 3>

Deinde querebantur duo de angelo : primo utrum angelus dependeat a loco corporali secundum suam essenciam an sit in loco secundum operationem tantum; secundo de motu angeli, utrum possit moueri de extremo in extremum sine medio.

<a. 1 [4]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod angelus non sit in loco per operationem tantum.

<1> *Prius est* enim *esse quam operari*, ergo prius est esse in loco quam operari in loco; set posterius non est causa prioris; ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco.

<2> Preterea. Duo angeli possunt operari in uno loco; si igitur angelus esset in loco solum per operationem, sequeretur quod plures angeli essent simul in uno loco, quod reputatur inpossibile.

Set contra. Nobilius non dependet ab ignobiliori; set essencia angeli est nobilior quam locus corporeus; ergo non dependet a loco corporeo.

Responsio. Dicendum quod qualiter angelus sit in loco corporeo, considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactum loci; contactus autem corporis est per quantitatem dimensiuam, que in angelo non inuenitur, cum sit incorporeus, set loco eius est in eo quantitas uirtualis. Sicut igitur corpus est in loco per contactum dimensiue quantitatis, ita angelus est in loco per contactum uirtutis.

Si quis autem uelit uirtutis contactum operationem uocare, propter hoc quod operari est proprius effectus uirtutis, dicatur quod angelus est in loco per operationem, ita tamen quod per operationem non intelligatur sola motio, set quecunque unitio qua sua uirtute se corpori unit, presidendo uel continendo uel quocunque alio modo.

Ad primum ergo dicendum quod nichil prohibet aliquid esse prius simpliciter quod non est prius quantum ad hoc, sicut corpus subiectum est simpliciter prius superficie, set non quantum ad hoc quod est colorari. Et similiter prius simpliciter est corpus quam tactus, tamen est in loco per

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 4 loco] + corporali *Ed*$^{32,34\text{-}36}$ 10 per] secundum *Ed*^{2,4ss} 33 operari] operatio Ψ 34 dicatur] dicam *Sm* : dicas *F* : dicat *coniecit Nicolaï* (*Ed*^{30}) 45 tamen] + ipsum *Ed*^{10}

A.4 Parall. : *In I Sent.*, d.37, q.3, a.1-3 ; *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3 ; *Q. de pot.*, q.3, a.7, arg.11 et ad 11 ; a.19 ; *I*^{a}, q.52, a.1-3 ; *De substantiis separatis*, c. 19, u. 131-162. — In codice Tortosa Cab. 1, f. 1vb, in margine inferiore scriptum manu saec. XIV legimus : « Nota bene istum articulum ad soluendum articulum parisiensem qui uidetur obuiare huic conclusioni quod angelus sit in loco solum per operationem. Vt patet in quotlibetis Johannis neapoli .q.2. articulo ultimo » (cf. C. Jellouschek, *Quaestio magistri Ioannis de Neapoli O. Pr. « Utrum licite possit doceri Parisius doctrina fratris Thome quantum ad omnes conclusiones eius » hic primum in lucem edita*, in *Xenia thomistica*, Romae 1925, Vol. III, p. 73-104). Articulus ultimus a Iohanne examinatus est articulus 204 ab episcopo Parisiensi condemnatus die 7^a Martii 1277 (cf. *ibid.*, p. 100-101 ; *Chart. Univ. Par.*, t. I, p. 554) : « 204. Quod substantie separate sunt alicubi per operationem, et quod non possunt moueri ab extremo in extremum nec per medium, nisi quia possunt uelle operari aut in medio aut in extremis. — Error, si intelligatur sine operatione substantiam non esse in loco nec sine ea transire de loco ad locum ». — De hoc articulo, cf. R. Hissette, *Enquête sur les 219 articles condamnés à Paris le 7 mars 1277* (Philosophes médiévaux 22), Louvain-Paris 1977, p. 104-110. 11 Prius est ... esse quam operari : Hoc adagium, saepius laudatum, erutum esse uidetur ex Hilario, *De Trinitate*, XI 19 (CCSL 62 A, p. 549, 14-17) : « Consequens et posterior causa numquam refertur ut prior sit, quia meruisse aliquid posterius est quam esse qui possit mereri. Mereri enim eius est qui sibi ipse meriti adquirendi auctor existat », unde exactius Alexander de Hales, *Glossa in III Sent.*, d.18, n. 37, Recensio L (p. 204, 6) : « prius oportet esse quam mereri » ; generalius, sed fere in quaestione de merito Christi : Alexander de Hales, *Glossa in III Sent.*, d.18, n. 13 (p. 196, 6) : « Prius est esse quam mouere » ; Albertus, c. 1245, *In III Sent.*, d.18 B, a.6, arg.1 (XXVIII, p. 320a) : « Prius est esse quam agere » ; Odo Rigaldus, c. 1243-45, *In III Sent.*, d.18, a.2, contra 1 (Ms. Brugge Stadsbibl. 208, f. 399rb24-25) : « Prius est <esse> quam operari » ; *Summa fratris Alexandri* (III, p. 183a) : « Prius est esse quam operari » ; Bonauentura, *In III Sent.*, d.18, a.1, q.1, opp. 1 (p. 380b) : « Prius est esse quam agere » ; Thomas, *In III Sent.*, d.18, q.1, a.3, arg.1 : « prius est esse rei quam eius agere » ; ad 1 : « esse est prius quam agere, natura non tempore de necessitate » ; *Q. de uer.*, q.28, a.7, arg.5 (ubi tamen non de merito Christi, sed de remissione culpae agitur) : « esse rei naturaliter prius est quam agere ipsius » ; *III*^{a}, q.34, a.2, arg.1 : « Prius est enim esse rei quam agere uel operari » ; ad 1 : « esse est prius natura quam agere, non tamen est prius tempore ». — Adagii fontem esse Hilarium recte adnotauerunt editores Bonauenturae (*loc. laud.*, adn. 6), sed perperam retulerunt etiam ad Aristotelem, *Met.*, IX, 1049b24-27 (a Michaele Scoto transl. in *Auerrois In Met.*, IX, text. 13, ed. Bürke, p. 54; ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 177, 12-14) : hic enim Aristoteles docet actum priorem esse potentia, quae sententia penitus est alia. 25-31 Est — uirtutis : Distinctionem inter contactum dimensiuae quantitatis et contactum uirtualem obscurius et aliis uerbis innuit Aristoteles, *De generatione et corruptione*, I, 322b1-323a34 (ab Anonymo transl., A.L., IX 1, p. 33,1 - 35,17), sed eam adlaborauit Thomas : iam adumbrata est *In I Sent.*, d.37, q.3, a.1, sed perfecta est *C.G.*, II 56 (cf. etiam *C.G.*, III 68 : *I*^{a}, q.8, a.2, ad 1). Vox « contactus uirtualis » clarius exprimit sententiam Aristotelis, 323a32-33 (A.L., IX 1, p. 35, 15), ad quam Thomas adludit *In I Sent.*, d.37, q.3, a.1 : « Tactus autem metaphoricus est per actionem, sicut dicitur *contristans tangere* » ; *In IV Sent.*, d.44, q.3, a.3, qla 3, ad 7 (= *Suppl.*, q.70, a.3, ad 7); *C.G.*, II 56 (t. XIII, p. 403b7-8). 42-44 sicut — colorari : Nam, secundum Aristotelem in *Topicis*, superficies est proprium subiectum coloris; cf. Thomas, *In Post.*, I 2, 80, cum adn. in ed. Leon., t. I* 2, p. 11.

contactum dimensiue quantitatis. Et similiter angelus per contactum uirtutis.

Ad secundum dicendum quod, si aliquid mouetur perfecte ab uno motore, non conuenit quod ab alio simul inmediate moueatur. Vnde ratio magis ualet ad oppositum eius quam ad propositum.

<Q. 3, a. 2 [5]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod angelus non possit moueri de extremo ad extremum quin pertranseat medium.

<1> Omne enim quod mouetur, *prius* est in *mutari* quam in *mutatum esse,* ut probatur in VI Phisicorum; set, si angelus mouetur de extremo in extremum, puta de A in B, cum est in B, est in mutatum esse; ergo prius erat in mutari; set non quando erat in A, quia tunc nondum mouebatur; ergo quando erat in C, quod est medium inter A et B; et sic oportet quod pertranseat medium.

<2> Preterea. Si angelus mouetur de A in B sine hoc quod pertranseat medium, oportet quod corrumpatur in A et <iterum > creetur in B; set hoc est inpossibile, quia sic non esset idem angelus; et ergo oportet quod pertranseat medium.

Sed contra. Omne quod pertransit medium, oportet quod *prius* pertranseat *equale* sibi *aut minus,* quam *maius,* ut dicitur in VI Phisicorum et ad sensum apparet; set non potest esse minus spacium quam angelus, qui est indiuisibilis; ergo oportet quod pertranseat equale, quod est locus indiuisibilis et punctalis : infinita autem puncta sunt inter quoslibet duos terminos motus; si igitur necesse esset quod angelus in suo motu pertransiret medium, oporteret quod pertransiret infinita, quod est inpossibile.

Responsio. Dicendum quod angelus, si uult, potest moueri de uno extremo ad aliud absque hoc quod pertranseat medium, et, si uult, potest pertransire omnia media.

Cuius ratio est quia corpus est in loco sicut contentum ab eo, et ideo oportet quod in mouendo sequatur loci condicionem, ut scilicet pertranseat media prius quam ad extrema loci perueniat; set, cum angelus sit in loco per contactum uirtutis, non subditur loco ut contentus ab eo, set magis continet locum, sua uirtute supereminens loco; unde non habet necesse ut sequatur in suo motu condiciones loci, set uoluntati sue subest quod applicet se per contactum uirtutis huic loco et illi, et, si uult, absque medio. Sicut etiam intellectus potest applicari intelligendo uni extremo, puta albo, et postea nigro, indifferenter uel cogitando uel non cogitando de mediis coloribus, quamuis corpus subiectum colori non possit moueri de albo in nigrum nisi per media.

Ad primum ergo dicendum quod uerbum Philosophi et eius probatio locum habet in motu continuo; set motus angeli non oportet quod sit continuus, set ipsa successio applicationum predictarum motus eius dicitur. Sicut et successio cogitationum uel affectionum dicitur motus spiritualis creature, secundum Augustinum, VIII super Genesim ad litteram.

Ad secundum dicendum quod hoc non accidit per corruptionem angeli aut nouam creationem, set quia eius uirtus supereminet loco.

Ad illud uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod angelus non est in loco per commensurationem, set per applicationem sue

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 46 contactum] tactum *Ed*^{2,4ss} (contactum *rest. Ed*^{33}) 2 procedebatur] proceditur Φ, *N*^{b} 8 puta] *om.* Ψ 11 erat] erit *Ed*^{10} (erat *rest. Ed*^{30}) 15 iterum *suppl. cum O*^{5}*V*^{6}*, F, Ed*^{32ss} (*cf. u.* 60 nouam creationem) : *om. cett* 15 creetur Ψ (-atur *C*^{b}*Ii*), *nec non M*^{2}*, LoV*^{5}*, O*^{5}*V*^{6}*, C*^{1}*O*^{3}*, Kr*^{3}*, sec.m. RnW*^{1}*, Ed*^{32ss} : generetur *Sa* : mutatur *Lb*^{2} : terminetur Φ *(cett : desunt As, Bu)* 41 loco *scr. cum Ed*^{30} (*cf. u.* 61) : in loco *codd, edd*(-*Ed*^{30}) 42-43 uoluntati] uoluntatis Φ^1, Φ^{2a}, *N*^{b}*LiSmTl (cf. adn. inseq.)* 43 subest] *obsc. multi codd* (sb' ẽ = subest *uel* sb'e = substancie; *cf. adn. sup.)* 43 applicet] amplicet Φ^1(-*P*), Φ^{2a}, Ψ(-*SmP*^{7}) : ampliet *P, P*^{7} 47 de] ex *BaBa*^{1} 50 media] medium *Ed*^{20} 61 uirtus] unitas *N*^{b} : *lac. 7/8 litt. Sm* : motus *P*^{7}

A.5 Parall. : *In I Sent.*, d.37, q.4, a.2; *I*^{a}, q.53, a.2. Cf. adn. ad a.4. 6-7 in VI Phisicorum : Ar., *Phys.*, VI, 237a17-237b9, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 240,6-241,17), praesertim 237a18-19 (p. 240, 7) : « sed et mutatum esse necesse est mutari prius »; 237a34-35 (p. 241, 8-9) : « Necesse est omne quod mutatum est mutari prius »; 237b4-5 (p. 241, 12-13) : « et est ipso quidem mutari mutatum esse prius ». 21 in VI Phisicorum : Ar., *Phys.*, VI, 241a8-9, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 253, 13-15) : « Omne enim quod mouetur inpossibile est prius maius moueri ipsius quam aut equale aut minus ». 57 secundum Augustinum : *De Genesi ad litteram*, VIII 20 (CSEL 28, p. 259) : « per tempus mouetur animus uel reminiscendo quod oblitus erat, uel discendo quod nesciebat, uel uolendo quod nolebat », quam sententiam uocibus « successio operationum et affectionum » iam expresserat Thomas, *In I Sent.*, d.37, q.4, a.1, sed ipsa uerba Augustini laudabit infra, *Quodl. II*, q.3, a.un. [5], u. 69-71.

uirtutis ad locum, que quidem potest esse indifferenter et ad locum diuisibilem et ad indiuisibilem; unde potest continue moueri, sicut aliquid in loco diuisibili existens, continue intercipiendo spacium; secundum uero quod est in loco indiuisibili, non potest eius motus esse continuus, nec pertransire omnia media.

<Questio 4>

Deinde querebatur de homine. Et primo quantum ad bonum nature; secundo quantum ad bonum gracie; tercio quantum ad bonum glorie.

Circa primum querebantur tria: primo de unione anime ad corpus, utrum scilicet, anima adueniente corpori, corrumpantur omnes forme que prius inerant, et substanciales et accidentales; secundo de potestate liberi arbitrii, utrum scilicet homo absque gracia possit se ad graciam preparare; tercio de dilectione naturali, utrum scilicet homo in statu innocencie dilexerit Deum plus quam omnia et supra <se> ipsum.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod per aduentum anime non excludantur omnes forme que prius inerant.

<1> Dicitur enim Genesis 1: *Formauit Deus hominem de limo terre, et inspirauit in faciem eius spiraculum uite;* frustra autem formasset corpus si, inspirando animam, forma quam formando indiderat excluderetur; non ergo adueniente anima tolluntur omnes forme precedentes.

<2> Preterea. Necesse est quod anima sit in corpore formato et disposito multis dispositionibus; si igitur aduenians anima omnes precedentes formas et dispositiones amouit, sequitur quod in instanti anima totum corpus formet, quod uidetur esse solius Dei.

<3> Preterea. Anima non est nisi in corpore mixto; set mixtio elementorum non fit solum secundum materiam, set etiam secundum formas, alioquin esset corruptio; ergo anima non excludit omnes formas in materia inuentas.

<4> Preterea. Anima est perfectio; perfectionis autem non <est> corrumpere, set perficere; non ergo aduenians corpori corrumpit formas preexistentes.

Set contra. Omnis forma aduenians existenti in actu, est forma accidentalis, forma enim substancialis facit ens actu simpliciter; set, si anima aduenians non destrueret preexistentes formas set eis superadderetur, sequeretur quod aduenirent existenti in actu, quia quelibet forma, cum sit actus, facit esse in actu; ergo anima aduenians excludit formas preexistentes.

Responsio. Dicendum quod inpossibile est in uno et eodem esse plures formas substanciales. Et hoc ideo quia ab eodem habet res esse et unitatem; manifestum est autem quod res habet esse per formam, unde et per formam res habet unitatem; et propter hoc, ubicunque est multitudo formarum, non est unum simpliciter. Sicut *homo albus* non est unum simpliciter, nec *animal bipes* esset unum simpliciter, si ab alio esset animal et ab alio bipes, ut Philosophus dicit.

Set sciendum est quod forme substanciales se habent ad inuicem sicut numeri, ut dicitur in

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 69 est] *om.* Φ^1, Φ^{2a} : *post* 69-70 indiuisibili *suppl.* Φ^{2b} 13 se *suppl. cum EP*^{1}, *Sm* : *om. cett* 27 amouit] amouerit *C*^{b} : amouet *DuP*^{7}, *Ed*^{10} 35-36 perfectionis] perfectionem Φ^1(- *P*), Φ^{2a} 36 est *suppl. cum* Φ^{2b}, *WP*^{7} : *ante* non *suppl. N*^{b}, *sec.m. V*^{4} : *om. cett* (autem est perficere non corrumpere *P*) 41 ens *scr. cum sec.m. Ba*^{1}*C*^{b}*TlW* : eos Φ^1, Φ^{2a}, Ψ : esse Φ^{2b}, *?P*^{7} (eē *uel potius* oē = omne) 51 habet] + esse Φ^1, Φ^{2a}, Ψ(- *W* : esse et *P*^{7}, *sec.m. C*^{b} : ex se *Sm*) 55 si] set Φ(- *P*^{9} : *corr. sec.m. P*^{1}) : set *(exp.)* si *Li* 55 et] *om.* Ψ(- *Du* : et ab alio *om. pr.m. W*) 56 dicit] *om.* Ψ(- *N*^{b} : *ante* Philosophus *suppl.* dicit *Sm*, uult *P*^{7})

A.6 Parall. : *In IV Sent.*, d.44, q.1, a.1, qla 1, ad 4 (= *Suppl.*, q.79, a.1, ad 4); *Quodl. XI*, q.5, a.un. [5]; *C.G.*, IV 80, n. 2; 81, ad 2 (t. XV, p. 252b13-253b36); *Comp. theol.*, I 90; *Q. de anima*, q.9; *Q. de spir. creat.*, a.3; *I*^{a}, q.76, a.4. 18 Genesis 1 : In Vulgata II 7 (*Biblia sacra*, t. I, p. 146); sed plus quam semel hunc uersiculum ad c. 1 refert Thomas, uelut *Contra errores Grecorum*, 27 (ed. Leon., t. XL, p. A 85); *Q. de anima*, q.9, arg.8 (ed. Robb, p. 143); *Q. de spir. creat.*, a.10 (ed. Keeler, p. 126, 17). 24-25 in corpore formato : Cf. Ar., *De anima*, II, 412a28-b4, cum expositione Thomae, *In De anima*, II 1, 320-357. 30-31 in corpore mixto : Cf. Ar., *De anima*, III, 435a11-b4, cum expositione Thomae, *In De anima*, III 12, 1-52. 35 Anima est perfectio : Ar., *De anima*, II 412a27-28, a Michaele Scoto transl. (in *Auerrois comm. in De anima*, II, text. 6, ed. Crawford, p. 136) : «anima est prima perfectio corporis naturalis habentis uitam in potentia»; 412b5-6 (*ibid.*, text. 7, p. 138) : (anima) «est prima perfectio corporis naturalis organici». Cf. etiam Calcidius, *Timaei comm.*, 222 (ed. Waszink, p. 235, 89) : «At uero Aristoteles animam definit hactenus : Anima est prima perfectio corporis naturalis organici possibilitate uitam habentis». Vnde Thomas, *In III Sent.*, d.13, q.1, a.1, s.c.1 : «anima est perfectio corporis»; *Q. de uer.*, q.5, a.9, ad 14, u. 498 : «anima est perfectio corporis humani»; *III*^{a}, q.6, a.6, arg.2 et ad 2. 56 Philosophus : Ar., *Met.*, VII, 1037b10-27 (ad sensum; cf. a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Met.*, VII 42, ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 193-194; ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 145, 23 - 146,10). 58-59 in VIII Methaphisice : Cf. Ar., *Met.*, VIII, 1043a32-1044a2 (ad sensum : cf. a Michaele Scoto transl., In Auerroe, *In Met.*, VIII text. 10, t. VIII, f. 217v; ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 162, 16-22).

VIII Methaphisice, uel etiam sicut figure, ut de partibus anime dicit Philosophus in II De anima : semper enim maior numerus uel figura uirtute continet in se minorem, sicut quinarius quaternarium et pentagonus tetragonum; et similiter perfectior forma uirtute continet in se inperfectiorem, ut maxime in animabus patet : anima enim intellectiua habet uirtutem ut conferat corpori humano quicquid confert sensitiua in brutis, et similiter sensitiua facit in animalibus quicquid nutritiua in plantis, et adhuc amplius.

Frustra igitur esset in homine alia anima sensitiua preter intellectiuam, ex quo anima intellectiua uirtute continet sensitiuam, et adhuc amplius, sicut frustra adderetur quaternarius posito quinario; et eadem ratio est de omnibus formis substancialibus usque ad materiam primam. Ita quod non est in homine diuersas formas substanciales inuenire, set solum secundum rationem, sicut consideramus eum ut uiuentem per animam nutritiuam et ut sentientem per animam sensitiuam et sic de aliis.

Manifestum est autem quod semper, adueniente forma perfecta, tollitur forma inperfecta, sicut et adueniente figura pentagoni, tollitur figura quadrati. Vnde dico quod, adueniente anima humana, tollitur forma subtancialis que prius inerat, alioquin generatio unius esset sine corruptione alterius, quod est inpossibile. Forme uero accidentales que prius inerant disponentes ad animam, corrumpuntur quidem non per se, set per accidens ad corruptionem subiecti, unde manent eedem specie, set non eedem numero, sicut etiam contingit circa dispositiones formarum elementarium, que primitus materie aduenire apparent.

Ad primum ergo dicendum quod secundum Basilium spiraculum uite dicitur ibi gracia Spiritus sancti, et sic obiectio cessat. Si autem, ut Augustinus dicit, spiraculum uite sit ipsa anima, non oportebit dicere quod alia forma formatum sit corpus hominis de limo terre quam ipso spiraculo uite diuinitus inspirato. Non enim illa formatio tempore precessit inspirationem, nisi forte uelimus dicere illam formationem referri ad dispositiones accidentales, puta figuram et alia huiusmodi, que quodam rationis ordine preintelliguntur in corpore ante animam intellectiuam, sicut materiales dispositiones; quibus tamen preintelligitur ipsa anima intellectiua, non in quantum est intellectiua, set in quantum continet in se uirtute aliquam de inperfectioribus formis.

Ad secundum dicendum quod anima, cum aduenit corpori, non facit esse corpus effectiue, set formaliter tantum; effectiue autem facit corpus esse, illud quod dat corpori formam ut perficiens, ut disponens autem illud quod preoperatur ad formam, paulatim et ordine quodam inducendo materiam ad propinquiorem formam aut dispositionem. Quanto enim propinquior fuerit forma aut dispositio, tanto minor est resistencia ad introductionem forme et dispositionis complete : facilius enim fit ignis ex aere quam ex aqua, quamuis utraque forma inmediate assit materie.

Ad tercium dicendum quod Auicenna posuit formas elementorum actu remanere in mixto,

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 65 animabus] animalibus *O, non nulli dett, Ed*^{4ss} 71 preter] propter Ψ(- *Du : corr. sec.m. C*^{b}*TlWP*^{7}*)* 75 formis] + a Ψ(- *TlWP*^{7} *: del. sec.m. C*^{b}*)* usque Φ^{2b}, Ψ : ut *? Ba : om.* Φ^1, Φ^{2a}(- *? Ba)* 79 sentientem] -tes Φ(-*O, P*^{9} *: corr. sec.m. PBa*^{1}*V*^{4}*E)* : scientem *W* 86 unius] *om.* Φ *(suppl. Lo, C*^{1}*O*^{3}*, BC*^{2}*C*^{4}*, F*^{3}*RnP*^{11}*Sl,* Φ^{2bGg}, Φ^{2bP}) 96-97 Spiritus sancti] *inu. O, Ba*^{1}, Φ^{2b} : Spiritus (sancti *om.*) *Sm* 106 in corpore ante]. In corpore autem Φ^1, Φ^{2a} : et corpore (corpus *pr.m. W*) ante Ψ(- *SmP*^{7}*)* 110 uirtute] uirtutem *P, sec.m. P*^{1}, *C*^{b}*DuSm* 113-114 corpus esse] *inu.* Ψ *(cf. Préf., p.* 104*a) 115 preoperatur] comparatur (cooper-, imper-) Φ^{2b} 116 paulatim] + autem Φ *(cf. Préf., p.* 104*a)

60-61 in II De anima : Ar., *De anima*, II, 414b19-31, translatio Iacobi a Guillelmo recognita, in Thoma, *In De anima*, ed. Leon., t. XLV 1, p. 87. 86-87 generatio — alterius : Cf. supra, adn. ad *Quodl. VII*, a.9, u. 78. 95-96 secundum Basilium : Immo secundum Cyrillum Alexandrinum a Nicolao Crotoniensi transl. et a Thoma iam laud. *Contra errores Grecorum*, c. 27 (ed. Leon., t. XL, p. A 85; cf. p. A 129, § 36). — Etsi eandem interpretationem tenere uidentur Basilius (*In Ps. 48*,8; P.G. 39,449), Ps.-Basilius (Didymus Alexandrinus, *Contra Eunomium V*, P.G., 39, 728-729), et ipse Cyrillus (*In Iohannis eu.*, I 14; P.G., 73, 159 B), hos locos, in latinum non translatos, non agnouit Thomas. 98 Augustinus, *De ciu. Dei*, XIII XXIV (cf. Œuvres de saint Augustin, BA 25, *La cité de Dieu*, Livres XI-XIV, p. 326-337); *De Genesi ad litteram*, VII, 1-2 (BA 48, p. 510-513, cum adn. p. 698). — Animaduertendum tamen est Augustinum impugnauisse, non Patrum Graecorum doctrinam qui « spiraculum uitae » de gratia supernaturali intellexerunt, sed doctrinam Manichaeorum qui « spiraculum uitae » de quadam emanatione naturali ipsius substantiae Dei intelligebant. 124-152 Ad tercium — substancialem : Cf. M.-D. Roland-Gosselin, *Le 'De ente et essentia' de S. Thomas d'Aquin* (Bibl. thomiste VIII), Kain 1926, p. 111-112; falsa tamen quae, aetatis errore deceptus, cl. scriptor dicit de opusculo Thomae *De mixtione elementorum* corrigenda sunt ex ed. Leon., t. XLIII, p. 131-157, praecipue p. 135-136. — Thomas hic saepius iisdem uerbis iterat quae iam dixerat *I*^{a}, q.76, a.4, ad 4. 124 Auicenna : Cuius doctrinam ex Auerroe exponit Thomas (cf. infra, adn. ad u. 133, nec non Auerroes, *In De gen. et corr.*, I 90, ed. Fobes, p. 93-94). Re uera tamen doctrina est Auicennae, cuius Roland-Gosselin laudat *Met.*, VIII 2 (*Liber de philosophia prima*, ed. Van Riet, p. 383, 60-61; p. 386, 12; p. 388, 70); *Sufficientia*, I 6 (*Liber primus Naturalium*, tr. I 6, ed. Van Riet, p. 62-63, u. 78-80).

quod non postest esse, quia forme elementorum non possunt esse in una parte materie simul, et sic oportet quod sint in diuersis materie partibus, que distinguntur secundum dimensiue quantitatis diuisionem; et sic oportebit quod uel plura corpora sint simul, uel quod non sit mixtio uera totius ad totum, set mixtio ad sensum secundum minima iuxta se posita. — Auerroys autem in III De celo dicit quod forme elementorum sunt medie inter formas accidentales et substanciales, et quod recipiunt magis et minus, et sic formis elementorum remissis et quodam modo ad medium redactis, quodam modo fit mixtio. Set hoc est minus etiam possibile quam primum : nam forma substancialis est terminus quidam esse specifici, unde in indiuisibili est ratio forme sicut ratio numeri et figure, nec est possibile ut intendatur uel remittatur, set omnis additio uel subtractio facit aliam speciem. — Et ideo aliter dicendum, secundum Philosophum in I De generatione, quod forme miscibilium non manent in mixto actu, set uirtute, prout scilicet uirtus forme substancialis manet in qualitate elementari, licet remissa et quasi ad medium redacta : qualitas enim elementaris agit in uirtute forme substancialis, alioquin actio que est per calorem ignis non terminaretur ad formam substancialem.

Ad quartum dicendum quod anima, cum sit forma, est quidem perfectio quedam particularis, non autem uniuersalis, et ideo ea adueniente sic aliquid perficitur ut tamen aliud corrumpatur.

<Q. 4, a. 2 [7]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod homo absque gracia per solam naturalem arbitrii libertatem possit se ad graciam preparare.

<1> Quia, ut dicitur Prouerbiorum XVI : *Hominis est preparare animum*; hoc autem dicitur esse alicuius quod est in eius potestate constitutum; ergo in potestate hominis constitutum est quod possit se ad graciam preparare; non ergo indiget ad hoc auxilio gracie.

<2> Preterea. Anselmus dicit in libro De casu dyaboli quod non ideo aliquis caret gracia quia Deus non uult dare, set quia ipse non uult accipere; si ergo uellet accipere, posset accipere; potest ergo, si uult, se ad graciam preparare absque exteriori auxilio.

<3> Set dicebat quod homo indiget in hoc auxilio gracie quantum ad exterius mouens. Set contra : homo potest moueri ad conuersionem non solum ex bonis, set etiam ex peccatis, sicut si aliquis uideat aliquem enormiter peccantem et ex horrore peccati ad Deum conuertitur; set peccatum non est a Deo; ergo absque Dei operatione potest se homo ad graciam preparare.

Set contra. Per hoc ad graciam preparamur quod ad Deum conuertimur; set ad hoc indigemus auxilio diuine gracie : dicitur Trenorum IV : *Conuerte nos, Domine, ad te, et conuertemur*; ergo

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 128 sint] sit Φ(- *EP*^{9}*)* 139 etiam possibile *scr. (cf. I*^{a}, q.76, a.4, ad 4 : « set hoc est etiam magis inpossibile ») : inpossibile Φ^1, Φ^{2a}, Ψ (ī possibile *pro* t̄ possibile) : possibile Φ^{2b} *(nec non sec.m. Ba*^{1}*C*^{b}*TlW)* 141 in indiuisibili *scr. cum sec.m. WP*^{7}*, dett, Ed*^{2,4ss} : indiuisibilis *AsP, Ba, E, N*^{b}*, sec.m. C*^{b} : indiuisibili *cett* 142 ratio] + etiam Φ^{2b} 146 miscibilium] inscibilium Φ^1 : *obsc.* Φ^{2a} : uisibilium *DuLi* 155 ea] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*W)*

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTl, P*^{7}*)* 6 animum] animam *DuW, P*^{7} 11 dicit] *om.* Ψ 17 dicebat] dice. *AsO, Ba* : dices *Bs* : dicebat respondens *Bo* homo] non (nō *pro* hō) Ψ(- *C*^{b}*Du, P*^{7}*)* 20 sicut] *om.* Ψ(*suppl. sec.m. P*^{7}*)* 27 diuine gracie] *inu.* Ψ dicitur] + enim Φ^{2b}

133 Auerroys : *In De celo*, III 67 (ed. Ven. 1562, t. V, f. 226r-227v, praesertim f. 227rb). 141-144 unde — speciem : Cf. supra adn. ad u. 58-59. 145 Philosophum : Ar., *De gen. et corr.*, I 10, 327a30-328b22, ab Anonymo transl., A.L., IX 1, p. 47-51.

A.7 Parall. : *In II Sent.*, d.5, q.2, a.1 ; d.28, q.un., a.4 ; *In IV Sent.*, d.17, q.1, a.2, qla 2 ; *Q. de uer.*, q.24, a.15 ; *C.G.*, III 149 ; *In ep. ad Hebr.*, XII, lect. 3 ; *I*^{a}, q.62, a.2 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.109, a.4 et 6 ; *In Iohannis eu.*, I, lect. 6. 5 Prouerbiorum XVI : 1 (*Biblia sacra*, t. XI, p. 73) : « Hominis est animum praeparare » ; sed « preparare animum » hab. etiam Thomas, *I*^{a} *II*^{ae}, q.109, a.6, arg.4 ; q.112, a.2. 11 Anselmus ... in libro De casu dyaboli : c. 3 (ed. F. S. Schmitt, Anselmi *Opera omnia*, vol. 1, p. 236-240, praesertim p. 239, 8-9, 14-15) : « non ideo non accepit quia deus non dedit, sed ideo deus non dedit quia ille non accepit ... non ideo non accepit quia deus non dedit, sed deus ideo non dedit quia ille non accepit », ubi tamen non de homine, sed de diabolo loquitur Anselmus ; similia de homine dicit, *De concordia praescientiae* ..., q.III 5 (ibid., vol. 2, p. 269-270) : « et qui eandem gratiam non accipit aut acceptam reicit, eius est, non dei, quod in sua duritia et iniquitate permanet ». At tamen sententiam ab Anselmo diffusius expositam, iam breuiter contraxerant theologi, uelut Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. I, tr. IX, q.2, s.c.3 (ed. Ribaillier, p. 186) : « Item dicit Anselmus Cantuariensis quod homo non habet gratiam non ideo quod Deus non dat, sed ideo quod homo non uult accipere » ; Bonauentura, *In I Sent.*, d.40, a.4, q.2, fund. 4 (p. 720a) : « Item, Anselmus : Non ideo non habet homo gratiam quia Deus non dat, sed quia homo non accipit » ; unde Thomas, *In II Sent.*, d.28, q.1, a.4, s.c.2 : « Anselmus dicit : Quod aliquis non habeat gratiam non est ex hoc quod Deus non uelit eam dare, sed quia homo non uult accipere » ; *Q. de uer.*, q.24, a.15, arg.3 : « secundum Anselmum causa quare aliquis non habet gratiam non est quia Deus eam non det, sed quia homo eam non accipit ». In *I*^{a} *II*^{ae}, q.112, a.3, arg.2, diligentius laudat Thomas Anselmum : « Anselmus dicit in libro De casu diaboli quod ista est causa quare Deus non concedit *diabolo* gratiam, quia ipse non uoluit accipere, nec paratus fuit ». 27 Trenorum IV : *Lamentationes*, V 21 (*Biblia sacra*, t. XIV, p. 307) ; sed ad c. IV refert Thomas etiam in *C.G.*, III 149 (t. XIV, p. 439b27-28).

homo indiget auxilio gracie diuine ad hoc quod se ad graciam preparet.

<2> Preterea. Ad nichilum homo potest se preparare nisi cogitando; set ad hoc ipsum indiget homo auxilio gracie : dicitur enim II ad Corinthios III : *Non sufficientes* sumus *cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis*; ergo indigemus auxilio diuine gracie ad hoc quod nos ad graciam preparemus.

Responsio. Dicendum quod in hac questione cauendus est error Pelagii, qui posuit quod per liberum arbitrium homo poterat implere <precepta> legis et uitam eternam mereri, nec indigebat auxilio diuino, nisi quantum ad hoc quod sciret quid facere deberet, secundum illud Psalmi : *Doce me facere uoluntatem tuam*. Set quia hoc nimis parum uidebatur ut solum scienciam haberemus a Deo, caritatem autem, qua precepta legis implentur, haberemus a nobis, ideo postmodum Pelagiani posuerunt quod inicium boni operis est homini ex se ipso dum consentit fidei per liberum arbitrium, set consummatio est homini a Deo. Preparatio autem ad inicium boni operis pertinet; unde ad errorem Pelagianum pertinet dicere quod homo possit se ad graciam preparare absque auxilio diuine gracie. Et est contra Apostolum, qui dicit ad Philippenses I : *Qui cepit in uobis opus bonum*, ipse *perficiet*.

Dicendum est ergo quod homo indiget auxilio gracie non solum ad merendum, set etiam ad hoc quod se ad graciam preparet, aliter tamen et aliter. Nam meretur homo per actum uirtutis cum non solum bonum agit, set bene, ad quod requiritur habitus, ut dicitur in II Ethicorum; et ideo ad merendum requiritur habitualis gracia. Set ad hoc quod homo preparet se ad habitum consequendum, non indiget alio habitu, quia sic esset procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non solum quantum ad exteriora mouencia, prout scilicet ex diuina prouidencia procurantur homini occasiones salutis, puta predicationes, exempla, et interdum egritudines et flagella, set etiam quantum ad interiorem motum, prout Deus cor hominis interius mouet ad bonum, secundum illud Prouerbiorum XXI : *Cor* regum *in manu Dei*, et *quocunque uoluerit*, uertet *illud*.

Et quod hoc necessarium sit, probat Philosophus in quodam capitulo De bona fortuna : homo enim agit uoluntate; uoluntatis autem principium est electio, et electionis consilium; si autem queratur quare consiliari incipiat, non potest dici quod ex consilio consiliari inceperit, quia sic esset *in infinitum* procedere; unde oportet aliquod exterius principium esse quod moueat mentem humanam ad consiliandum de agendis; hoc autem oportet esse *aliquid melius* humana mente; non igitur est corpus celeste, quod est infra intellectualem uirtutem, set *Deus*, ut Philosophus ibidem concludit; sicut igitur omnis motus inferiorum corporum que non semper mouentur principium est motus celi, ita omnium motuum inferiorium mentium principium est a Deo mouente.

Sic igitur nullus potest se ad graciam preparare nec aliquid boni facere nisi per diuinum auxilium.

Ad primum ergo dicendum quod per hoc quod hominis est se ad graciam preparare per liberum arbitrium, non excluditur necessitas

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTl, P*^{7}*)* 31 homo *scr. cum* Φ^{2b}, *C*^{b} : non Φ^1 *(om. As)*, Φ^{2a}, Ψ(- *C*^{b}) : homo *suppl. ante* Ad *uel post* potest *multi dett* 34 sufficientes sumus] quod sufficientes simus Φ^{2b} *(cf. app. fontium)* 40-41 <precepta> legis *scr. (cum FM*^{1}*M*^{3}*An, sec.m. V*^{4}*; cf. u.* 46-47) : legis *AsO*, Ψ(- *C*^{b}*W, sec.m. DuP*^{7}) : legem *P*, Φ^{2a}, Φ^{2b}, *C*^{b}*W, sec.m. DuP*^{7} : leges *Sm (uerba sequentia corr. W, ita ut habeat* : « legem uite eterne, et mereri ») 53 possit] posset Ψ 61 agit] agitur *As*, Ψ 74 et] *om.* Φ^{2b} *(cf. app. fontium)* 77 De bona fortuna] de bono fortunae *Ed*^{25}, *Ed* $^{31-32}$, *Ed*$^{34-36}$ 85 aliquid] aliquod Φ(- *Ba*^{1}, *E* : quid *pr.m. Ba*)

33-34 II ad Corinthios III : 5 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 303) : « non quod sufficientes simus (sumus *uar.*) cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis ». 39-51 error Pelagii — a Deo : Cf. Augustinus, *De haeresibus*, 88, 1-3 (CCSL 46, 340-341), a Petro Lombardo laud., *Sent.*, II, d.28, c.2 (ed. Brady, p. 488). 44 Psalmi : 142, 10 55 ad Philippenses I : 6. 62 in II Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1105a17-b12, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo recogn., A.L. XXVI, p. 400,14 - 401,8. 73 Prouerbiorum XXI : 1 : « cor regis in manu Domini (Dei *uar.*) quocunque uoluerit inclinabit illud ». 76-92 Et quod — mouente : Cf. Ar., *De bona fortuna* (= *Eth. Eud.*, VIII 2, 1248a15-29; Aristotelis uerba Graeca uide in *Aristotelis Ethica Eudemia*, recogn. R. R. Walzer et J. M. Mingay, OCT, Oxford 1991, p. 119-120), ab Anonymo transl. (Ms. Paris B.N. lat. 17837, f. 224v-225r) : « Hoc quidem [16]utique dubitabit aliquis utrum fortuna causa | huius istius quod est concupiscere quod oportet et quando oportet. — Aut sic quidem omnium erit? | Et enim eius quod est intelligere et consiliari : non enim consiliabatur consilians et ante quam consiliaretur, set est [20]principium quoddam, neque intellexit intelligens prius quam intelligeret, et hoc | in infinitum. Non igitur eius quod est intelligere intellectus principium, neque | consiliandi consilium. Quid igitur aliud quam fortuna? Itaque a fortuna | omnia sunt. — Aut est aliquid principium cuius non est aliud extra. Ipsum | autem quia tale secundum esse tale potest facere. Quod autem queritur [25]hoc est : quid motus principium in anima? Palam : quemadmodum in toto, Deus et omne illud. Mouet enim | aliquo modo omnia quod in nobis diuinum. Rationis autem principium non ratio, | set aliquid melius. Quid igitur utique erit melius et sciencia et intellectu, nisi Deus? ».

diuini auxilii, sicut nec per hoc quod est ignis calefacere excluditur necessitas celestis motus.

Ad secundum dicendum quod Deus mouet omnia secundum modum eorum, et ideo diuina motio a quibusdam participatur cum necessitate, a natura autem rationali cum libertate, propter hoc quod uirtus rationalis *se habet ad opposita*. Et ideo sic Deus mouet mentem humanam ad bonum quod tamen homo potest huic motioni resistere, et sic ex Deo est quod homo se ad graciam preparet, set quod gracia careat non habet causam a Deo, set ab homine, secundum illud Osee XIII : *Perditio tua Israel, tantum modo ex me auxilium tuum*.

Ad tercium dicendum quod, licet peccatum non sit a Deo, tamen Deus peccatum ordinat ad hoc quod sit alicui salutis occasio.

<Q. 4, a. 3 [8]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod primus homo in statu innocencie non dilexerit Deum super omnia et plus quam se ipsum.

<1> Sic enim diligere Deum est maxime meritorium; set primus homo in statu illo non habuit unde posset *proficere* per meritum, ut dicitur in XXIV distinctione II libri Sentenciarum; ergo primus homo in statu illo non dilexit Deum plus quam se ipsum et super omnia.

<2> Preterea. Sic diligere Deum est maxima preparatio mentis humane ad graciam consequendam; primus autem homo in statu illo ponitur graciam non habuisse, set sola naturalia; ergo non dilexit Deum plus quam se ipsum et super omnia.

<3> Preterea. *Natura in se recurua est*, quia scilicet omnia que amat, retorquet ad se; set *propter quod unumquodque, illud magis*; ergo naturali dilectione plus diligebat se ipsum quam Deum; non ergo diligebat Deum super omnia.

Set contra. Si non diligebat Deum plus quam se ipsum, aut ergo minus se aut equaliter sibi, et utroque modo sequitur quod se ipso homo frueretur, dum se non referret in Deum; frui autem se ipso inducit peruersitatem peccati, ut Augustinus docet; ergo primus homo in statu innocencie iam erat peruersus per peccatum, quod est inpossibile; sequitur ergo quod diligeret Deum super omnia.

Responsio. Dicendum quod, si homo fuit factus in gracia, ut ex uerbis Basilii et Augustini haberi potest, questio ista locum non habet :

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTl, P*^{7}*)* 106 sic *scr. cum P*^{1}*, Tl, sec.m. PE*^{1}*C*^{b} : si *codd (cett)* 114 peccatum] + quandoque *Ed*^{2,4ss}

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 19 unumquodque] + tale *Sm, Ed*^{8ss} illud] et illud *Sm*, Φ^{2b} 23 ipsum] *om.* Ψ se^2] quam se Ψ

105 uirtus — ad opposita : De hoc adagio, cf. ed. Leon., t. XLV 1, Préf., p. 273*. 110-111 Osee XIII : 9 (*Biblia sacra*, t. XVII, p. 114) : « perditio tua Israhel, tantummodo in (ex *uar.*) me auxilium tuum »; a Thoma laud., *I*^{a} *II*^{ae}, q.112, a.3, ad 2.

A.8 Parall. : *In II Sent.*, d.3, q.4; *In III Sent.*, d.29, q.unica, a.3; *I*^{a}, q.60, a.5; *I*^{a} *II*^{ae}, q.109, a.3; *II*^{a} *II*^{ae}, q.26, a.3. 7-8 ut dicitur : a Petro Lombardo, *Sent.*, II, d.24, c.2 (ed. Brady, p. 450-451) : « Quod (homo) in gratia creatus fuit, per quam potuit stare, sed non proficere, ut angeli. Sciendum est igitur quod homini in creatione, sicut de angelis diximus, datum est per gratiam auxilium, et collata potentia per quam poterat stare, id est non declinare ab eo quod acceperat, sed non poterat proficere in tantum ut per gratiam creationis sine alia mereri salutem ualeret. Poterat quidem per illud auxilium gratiae creationis resistere malo, sed non perficere bonum ». 13-14 ponitur : ab opinione communi; cf. J.-B. Kors, *La justice primitive et le péché originel*... (Bibl. thomiste, II), Kain 1922, p. 61-66; A.-M. Landgraf, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, I 1, Regensburg 1952, p. 43-50. — Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, II II 1 (ed. Ribaillier, p. 32-37); *Summa fratris Alexandri* (t. II, p. 123-126); Bonauentura, *In II Sent.*, d.29, a.2, q.2 (p. 702-704). 17 Natura in se recurua est : Animam, quam Deus creauit rectam, fieri « curuam » per peccatum ex Scripturis docuerunt alii et Bernardus (*Sermones in Cantica*, sermo 24, ed. Cist., t. I, p. 159; *Sermones de diuersis*, sermo 12, *ibid.*, t. VI 1, p. 127-128; sermo 80, p. 279); de ista curuitate animae per peccatum locuti sunt c. 1180 Adam Scotus (P.L. 198, 448 A-B), Alexander de Hales, *Q. Antequam* (t. I, p. 489, 31), Philippus Cancellarius, *Summa de bono* (ed. Wicki, p. 1096, 373-380), Iohannes a Rupella, Bonauentura (cf. *Pour la fiche anima curua*, in *Rev. Moyen Age Latin*, 1, 1945, p. 177-178 et 421-422; 5, 1949, p. 135-136; adde Bonauentura, *In II Sent.*, p. 714a). — Penitus tamen alia est doctrina quae docet naturam humanam *in se* esse curuam et fieri rectam per gratiam (quae non nisi per errorem Bernardo attribuitur); cf. Philippus Cancellarius, *Summa de bono* (ed. Wicki, p. 86, 21) : « natura in se curua est quia ad se reflectitur »; Albertus, *In II Sent.*, d.3 K, a.18, arg.5 (XXVII, p. 97b) : « Dicit Bernardus quod natura est in se curua »; *In III Sent.*, d.29 A, a.1, arg.10, sol. et ad 10 (XXVIII, p. 545-546); Bonauentura, *In II Sent.*, d.3, P.2, a.3, q.1, opp. 1 (p. 124a) : « Bernardus dicit quod natura est curua, ergo ad se ipsam reflectitur »; Thomas, *In II Sent.*, d.3, q.4, arg.2 : « Secundum Bernardum, natura semper in se curua est ». 18-19 propter quod — magis : Ar., *Anal. post.*, I, 72a29 a Iacobo Veneto transl. (A.L., IV 1-4, p. 9, 14-15). 26-27 ut Augustinus docet : Praecipue in *De doctrina christiana* a Petro Lombardo laud., *Sent.*, I, d.1, c. 1-3; uelut I XXII 21 (CCSL 32, p. 17, 17-25) : « Sed nec se ipso quisquam frui debet, si liquide aduertas, quia nec se ipsum debet propter se ipsum diligere, sed propter illum, quo fruendum est. Tunc est quippe optimus homo, cum tota uita sua pergit in incommutabilem uitam et toto affectu inhaeret illi; si autem se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad se ipsum conuersus non ad incommutabile aliquid conuertitur et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est, cum totus haeret atque constringitur incommutabili bono, quam cum inde uel ad se ipsum relaxatur ». 32 Basilii : Cf. supra, adn. ad a.6, u. 95-96. Augustini : Re uera doctrina Augustini de iustitia originali et gratia obscurior est (quam explicandam peritioribus relinquimus). E uerbis Augustini angelum et hominem in gratia creatos esse tenuerunt Praepositinus Cremonensis (cf. supra adn. ad u. 13-14) et Albertus, *In II Sent.*, d.3 H, a.12 (XXVII, p. 82-85).

manifestum est enim quod existens in gracia, per caritatem diligit Deum supra se ipsum.

Set, quia possibile fuit Deo ut hominem faceret in puris naturalibus, utile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extendere possit.

Dixerunt ergo quidam quod homo uel angelus in puris naturalibus existens diligit Deum plus quam se ipsum naturali dilectione secundum amorem concupiscencie, quia scilicet bono diuino magis frui desiderat tanquam maiori et suauiori; set secundum amorem amicicie naturaliter homo plus diligit se ipsum quam Deum : est enim amor concupiscencie quo dicimur amare illud quo uolumus uti uel frui, sicut uinum uel aliquid huiusmodi; amor autem amicicie est quo dicimur amare amicum cui uolumus bonum. — Set ista positio stare non potest. Dilectio enim naturalis est quedam naturalis inclinatio indita nature a Deo; <a Deo> nichil autem est peruersum; inpossibile est ergo quod aliqua naturalis inclinatio uel dilectio sit peruersa; peruersa autem dilectio est ut aliquis dilectione amicicie diligat plus se quam Deum; non potest ergo talis dilectio esse naturalis.

Dicendum est ergo quod diligere Deum super omnia plus quam se ipsum, est naturale non solum angelo et homini, set etiam cuilibet creature, secundum quod potest amare aut sensibiliter aut naturaliter. Inclinationes enim naturales maxime cognosci possunt in hiis que naturaliter aguntur absque rationis deliberatione : *sic* enim *agitur unumquodque* in natura *sicut aptum natum est* agi. Videmus autem quod unaqueque pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonum totius, etiam cum periculo aut detrimento proprio, ut patet cum aliquis manum exponit gladio ad defensionem capitis, ex quo dependet salus totius corporis. Vnde naturale est ut quelibet pars suo modo plus amet totum quam se ipsam. Vnde et secundum hanc naturalem inclinationem et secundum politicam uirtutem bonus ciuis mortis periculo se exponit pro bono communi. Manifestum est autem quod Deus est bonum commune totius uniuersi et omnium partium

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 48 aliquid] aliquod Ψ quo *AsP, EP*^{1}*, sec.m. C*^{b} : secundum quo *O, Ba*^{1}*, pr.m. V*^{4}*, P*^{9}*, N*^{b}*, pr.m. C*^{b}*, LiTl* : secundum quod *Ba, sec.m. V*^{4}*, SmWP*^{7} : secundum quem *Du* 52 <a Deo> *hic suppl. : post* autem *suppl. V*^{6}*Gf, F*^{3}*RnP*^{1i}*Sl, sec.m. ReP*^{1}*, post* 53 peruersum *SiHeUt, Nh : post* peruersum *suppl.* quod a Deo est *Lo*^{1}, quod sit a Deo *In*^{1} 52 autem] + naturale *multi dett* 53 peruersum] + in natura *P*^{8} : + rebus Ψ (in rebus *sec.m. Du, M*^{1}*M*^{3}*, An* : in rebus *ante* est peruersum *F)* 56 diligat] diligit Ψ(-*SmP*^{7}) 74 secundum] + hoc quod *O* : + hō *?P*^{9} : + quod Φ(-*OEP*^{9}), Ψ(-*W*) : quod *del. sec.m. V*^{4}*Du* (*an supplendum* : secundum quod <habet>) 75 periculo] periculum Φ^1, Φ^{2a} : periculis Ψ (*cf. Préf., p.* 106*a)

39 quidam : Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, II II c. 4 (ed. Ribaillier, p. 43) : « Dilectio autem uoluntaria diuiditur in duas, scilicet in concupiscentiam et amicitiam, siue beniuolentiam. Concupiscentia est dilectio qua diligimus omne illud quo frui appetimus uel quod habere uolumus, sicut aliquis dicitur diligere uinum, quia appetit frui eo. Dilectio que dicitur amicitia est qua diligimus omne illud cuius bonum uolumus, id est cuius bonis congratulamur. Vtraque dilectione, siue concupiscentia siue beniuolentia, diligimus Deum per naturam sine adiutorio gratie et per gratiam. Per naturam uero, quando est inducta per creaturarum testimonia de suauitate Dei, per que concupiscentiam aliquam possunt accendere in anima humana, sicut dicitur in Sapientia, XIII; et talis concupiscentia inducta testimoniis creaturarum est amor quo diligitur Deus per modum nature. Sic possunt creature persuadere Deum esse dignum cuius bonum diligitur et cuius bonis congaudetur, dum ostendunt nobis et clamant quod *ipse fecit nos et non ipsi nos*, et quod omnia uisibilia fecit propter nos, et sic inducunt in nobis dilectionem que est amicitia uera ad Deum, et talis amor Dei est naturalis, quia per naturalia acquisitus sine gratia gratum faciente, nec tamen est symoniacus, quoniam natura non facit ipsum uiam ad acquirendum aliud; ideo tali amore uolumus summum bonum Deo et eius bono gratulamur, licet inde nichil boni nobis accidat, sicut amor quo pater diligit magistrum filii sui propter filium suum, ille amor est gratuitus ex parte cause finalis, licet sit inductus ab amore filii, quoniam uult ei bonum, licet nichil commode inde ei proueniat ». — Distinctionem duplicis dilectionis, concupiscentiae et amicitiae, mutuauisse uidetur Guillelmus ab Ar., *Eth. Nic.*, VIII, 1155b27-31, ab Anonymo transl. (*Ethica Borghesiana*, A.L., XXVI, p. 116, 20-25), exemplum uero magistri a Themistio, *In Post.*, a Gerardo Cremonensi transl. (cf. Thomas, *In Post.*, I 6, 41-42, cum adn. in ed. Leon., t. I* 2, Préf., p. 56*a). — Doctrinam « Antissiodorensis » iam breuius exponit Albertus, *In II Sent.*, d.3 K, a.18 (B., 27, 98a). 64-65 sic — natum est : Cf. Ar., *Phys.*, 199a10, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 85, 9-10; a Thoma saepius laud., uelut *I*^{a}, q.60, a.5; *I*^{a} *II*^{ae}, q.109, a.3. 70 ad defensionem capitis : Exemplum serpentis qui totum corpus exponit ut saluet caput ad hominem iam accommodauerat Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, II II 4 (ed. Ribaillier, p. 42, 55-57) : « tali amore (naturali irrationali) diligimus membra nostra et magis diligimus magis necessaria, ut capud pro quo conseruando exponimus cetera membra »; unde Thomas, *In III Sent.*, d.29, q.unica, a.3 (Ms. Vat. lat. 9851, f. 76rb24-26) : « Vnde etiam naturaliter [homo] animal (? aliquis) [exten] opponit brachium ad defensionem capitis, ex quo pendet salus totius »; *De perfectione spir. uite*, c. 14, 166-168 : « aliquis percussioni manum exponit ut cor uel caput conseruet, ex quibus totius hominis uita dependet ». — Exemplum serpentis dat Thomas, *In Mathei eu.*, in X 16 : « Prudencia serpentis in hoc consistit quod semper uult defendere caput ». Quod exemplum ad interpretationem Matthaei X 16 primus adtulisse uidetur Origenes (fr. 202, 9-11), e quo pendent : Hieronymus, *In Matheum* (CCSL 77, p. 69, u. 1643-45); Augustinus, *De doctr. christ.*, II XVI 24 (CCSL 32, p. 49, 23-25); *In Ps.*, 57, 10 (CCSL 39, p. 717, 29-33); Iohannes Chrys., *In Mt*, hom. 33 (Vat. lat. 383, f. 119rb); Isidorus, *Etym.*, XII IV 43 (cf. *Isidorus Hispalensis. Etymologiae*, Livre XII, texte établi, traduit et commenté par J. André, Coll. ... Budé, Paris, 1986, p. 164). Isidorus laudatur a Bartholomaeo Anglico (ed. Francoforti 1601, p. 1002-1003), a Thoma Cantimpratensi, *De naturis rerum* (ed. Boese, p. 277); a Vincentio Bellou., *Spec. nat.*, XX, c. 7 (ed. Duaci 1624, 1465). Ipse Thomas laudat Hieronymum, *Catena in Matheum*, X 16.

eius; unde quelibet creatura suo modo naturaliter plus amat Deum quam se ipsam, insensibilia quidem naturaliter, bruta uero animalia sensitiue, creatura uero rationalis per intellectualem amorem, qui dilectio dicitur.

Ad primum ergo dicendum quod diligere Deum ut est principium totius esse, ad naturalem dilectionem pertinet; set diligere Deum prout est obiectum beatitudinis, est gratuite dilectionis, in qua meritum consistit. Nec tamen necessarium est ut in hoc sustineamus sententiam Magistri, dicentis quod homo in primo statu non habuit graciam per quam mereri posset.

Ad secundum dicendum quod naturali dilectione qua Deus super omnia naturaliter diligitur potest aliquis magis et minus uti, et quando in summo fuerit, tunc est summa preparatio ad graciam habendam.

Ad tercium dicendum quod inclinatio rei naturalis est ad duo, scilicet ad moueri et ad agere; illa autem inclinatio nature que est ad moueri, in se ipsa recurua est, sicut ignis mouetur sursum propter sui conseruationem; set illa inclinatio nature que est ad agere, non est recurua in se ipsa : non enim ignis agit ad generandum ignem propter se ipsum, set propter bonum generati, quod est forma eius, et ulterius propter bonum commune, quod est conseruatio speciei. Vnde patet quod non est uniuersaliter uerum quod omnis dilectio naturalis sit in se recurua.

<Questio 5>

Deinde querebatur de hiis que pertinent ad bonum gracie; et primo de hiis que pertinent ad ipsum bonum gracie; secundo de hiis que pertinent ad malum culpe, quod ei opponitur.

Circa bonum gracie querebatur primo quidem de eo quod pertinet ad omnes; secundo de eo quod pertinet ad clericos; tercio de eo quod pertinet ad religiosos.

Circa ea uero que ad omnes pertinent, querebatur de duabus partibus penitencie : primo de contritione, utrum scilicet contritus teneatur uelle magis esse in inferno quam peccare; secundo de confessione.

<a. unicus [9]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod contritus non debeat magis uelle esse in inferno quam peccare.

<1> Pena enim inferni est eterna et irremediabilis; de peccato autem potest liberari per penitenciam; ergo magis debet uelle peccare quam in inferno esse.

<2> Preterea. Pena inferni includit culpam : una enim de penis inferni est uermis, id est consciencie remorsus de culpa; culpa autem non includit penam inferni; ergo magis est eligenda culpa quam pena inferni.

Set contra est quod Anselmus dicit in libro De similitudinibus quod aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa quam in paradiso cum culpa, quia innocens in inferno non sentiret penam et peccator in paradiso non gauderet de gloria.

Responsio. Dicendum quod contritus tenetur in generali uelle pati magis quamcunque penam

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}, *C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 79 ipsam] ipsum Ψ(- *Tl*) 91-92 naturali dilectione] *inu. C*^{4}, Ψ 94 fuerit] *obsc.* Φ^1, Φ^{2a} *(cf. Préf., p.* 106*b) 106 est] *om.* Φ^1, Φ^{2a} : *post* uerum *suppl.* Φ^{2b}
5 culpe] talis Ψ(- *P*^{7}) 6-9 Circa — religiosos] *om. Ed*^{32,34,36} 10 pertinent ad omnes *tr. N*^{b}*P*^{7} 16 proceditur] procedebatur Ψ(- *N*^{b}*Sm*)

88 Magistri : Cf. supra, adn. ad u. 7-8.

A.9 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.2, a.3, qla 1, ad 4 (= *Suppl.*, d.3, a.1, ad 4); *In Ps. 37*, 18 (Piana, t. XIII, f. 50va K-vb F).

28 Anselmus : Immo in ultima recensione *Libri de sancti Anselmi similitudinibus*, a compluribus Anselmi discipulis compilata (cf. R. W. Southern and F. S. Schmitt, *Memorials of Saint Anselm*, Auctores Britannici Medii Aevi 1, London 1969, p. 12-13), c. 191 (P.L. 159, 701) : « Si hinc, inquit Anselmus, peccati pudorem, et illinc cernerem inferni horrorem, et necessario uni illorum haberem immergi, prius me in infernum mergerem quam peccatum in me immitterem. Mallem enim purus a peccato et innocens gehennam intrare quam peccati sorde pollutus caelorum regna tenere, cum constet solos malos in inferno torqueri, et solos bonos in caelesti beatitudine foueri » ; quod capitulum excerptum est ex Eadmeri *Vita S. Anselmi*, III II 22 (P.L. 158, 89-90) : « Nihil enim in mundo quantum peccare timebat. Conscientia mea teste non mentior, quia saepe illum sub ueritatis testimonio profitentem audiuimus, quoniam si hinc peccati horrorem, hinc inferni dolorem corporaliter cerneret, et necessario uni eorum immergi deberet, prius infernum quam peccatum appeteret. Aliud quoque non minus forsan aliquibus mirum dicere solebat, uidelicet malle se purum a peccato, et innocentem gehennam habere, quam peccati sorde pollutum caelorum regna tenere. Quod dictum cum aliquibus extra eum uideretur, reddita ratione temperabat dicens : Cum constet solos malos in inferno torqueri et solos bonos in caelesti regno foueri, patet nec bonos in inferno, si illuc intrarent, posse teneri debita poena malorum, nec malos in caelo, si forte ascenderent, frui ualere felicitate bonorum ».

quam peccare. Et hoc ideo quia contritio non potest esse sine caritate, per quam omnia dimittuntur peccata; ex caritate autem plus homo diligit Deum quam se ipsum; peccare autem est facere contra Deum, puniri autem est aliquid pati contra se ipsum; unde caritas hoc requirit ut quamlibet penam contritus preeligat culpe.

Set in speciali descendere ad hanc penam uel illam, non tenetur, quin immo stulte facere <esset>, si quis se ipsum uel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus penis : manifestum est enim quod, sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata quam in communi, ita terribilia plus terrent si in particulari considerentur; et aliqui sunt qui minori temptatione non cadunt, qui forte maiori caderent, sicut aliquis audiens adulterium non incitatur ad libidinem, set si per considerationem descendat ad singulas illecebras, magis moueretur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo, set, si descenderet ad considerandum singulas penas, magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singula, est inducere hominem in temptationem et prebere occasionem peccandi.

Ad primum ergo dicendum quod culpa etiam mortalis de se perpetua est, set ex sola Dei misericordia remedium habet. Preterea, plus preponderat bonum diuinum, contra quod agit culpa, bono nature create, cui opponitur pena, quam perpetuitas pene temporalitati culpe.

Ad secundum dicendum quod remorsus consciencie non est culpa, set consequens ad culpam. Et posset esse sine culpa, ut in eo qui habet conscienciam errantem de preterito commiso, sicut si aliquis credat aliquid, a se prius commissum, esse illicitum, quod tamen licitum erat, et ipse dum faceret licitum reputabat.

<Questio 6>

Deinde circa confessionem querebantur tria : primo, utrum sufficiat quod aliquis scripto confiteatur an oporteat quod confiteatur uerbo; secundo, an aliquis teneatur statim confiteri habita oportunitate, uel possit exspectare usque ad quadragesimam; tercio, utrum presbiter parochialis debeat credere suo parochiano dicenti se esse alteri confessum, et dare ei eucharistiam uel non.

<a. 1 [10]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod sufficiat si aliquis confitetur scripto.

Confessio enim requiritur ad manifestationem peccati; set peccatum manifestari potest scripto sicut et uerbo; ergo sufficit si confiteatur scripto.

Set contra est quod dicitur Romanorum X : *Ore confessio fit ad salutem.*

Responsio. Dicendum quod confessio est quiddam sacramentale : sicut enim in baptismo requiritur aliquid ex parte ministri, scilicet ut abluat et uerba proferat, et aliquid ex parte suscipientis sacramentum, ut scilicet intendat et abluatur, ita in sacramento penitencie ex parte sacerdotis requiritur quod absoluat sub aliqua forma uerborum, ex parte uero penitentis requiritur quod se clauibus ecclesie subiciat, peccata sua per confessionem manifestans. De necessitate ergo sacramenti est quod sua peccata manifestet, et contra hoc nullus dispensare potest, sicut nec contra baptismum.

Set quod fiat manifestatio uerbo, non est de

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ (*N*^{b}, *C*^{b}*DuLiSmTlW*, *P*^{7}) 38 autem] enim Φ 40 aliquid pati] *inu.* Ψ 44-45 facere <esset> *scr.* : facere *codd*(- *E*, *Sm* : faceret *sec.m. V*^{4}*P*^{1}*P*^{9}*C*^{b}*DuTlWP*^{7}, *nec non plerique dett*) 48 mouent] mouens Φ^1, Φ^{2a} 50 minori] in minori Ψ 54 descendat] descendit Ψ(- derit *P*^{7}) 58 singula] singularia Ψ(-*? P*^{7}) 61 culpa etiam : *? an legendum* etiam culpa 63-64 preponderat] ponderat Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 106*a)
13 confitetur] confiteatur *Ed*^{20} 16 si] quod *N*^{b}*WP*^{7} (si *rest. sec.m. N*^{b}*W*)

46-50 manifestum — considerentur : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, III, 1119a27-33, a Roberto Grosseteste transl., A.L., XXVI, p. 200, 8-15.
A.10 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.4, qla 3 (= *Suppl.*, q.9, a.3). — Circa 1165-1170, Petrus Manducator plenius quaestionem instituerat : « Queritur, utrum per scriptum uel per nuntium facta confessio sufficiat », et auctoritate Ps.-Augustini (cf. infra ad u. 44) fultus, concluserat : « Ex his igitur patet quod neque per scriptum neque per nuntium facienda est confessio, sed per ipsum peccatorem et ore proprio » (laud. a P. Anciaux, *La Théologie du Sacrement de Pénitence au XII*^{e} *siècle*, Louvain 1949, p. 397, n. 4). Ipse Thomas quaestionem plenius tractat *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.4, qla 3 : « Videtur quod possit per alium quis confiteri uel per scriptum ». 17 Romanorum X : 10. — Quam auctoritatem ad illustrandam necessitatem confessionis oris, multi adduxerunt, inter quos sanctus Bernardus (cf. Anciaux, p. 190, n. 1).

necessitate sacramenti, alioquin nulla necessitate posset aliquis effectum huius sacramenti percipere, nisi ore confitendo; quod patet esse falsum : nam mutis uel quibuscunque qui uerbo confiteri non possunt, sufficit scripto uel nutibus confiteri; nulla autem necessitate potest aliquis baptizari nisi in aqua, propter hoc quod aqua est de necessitate sacramenti.

Set ex institutione ecclesie tenetur homo qui potest, ut uerbo confiteatur, non solum propter hoc ut ore confitens confitendo magis erubescat [ut qui ore peccauit, ore purgetur], set etiam semper in omnibus sacramentis accipitur id cuius est communior usus, sicut in sacramentali ablutione baptismi accipitur aqua, qua homines communius utuntur ad abluendum, et in eucharistia panis, qui est communior cibus; unde et in manifestatione sacramentali peccatorum conuenit uti uerbis, quibus homines communius et expressius suos conceptus significare consueuerunt.

Et attendendum est quod in hoc sacramento non imprimitur caracter sicut in baptismo, set solum confertur gracia ad remissionem peccati, quam remissionem nullus consequitur peccando; peccat autem qui ordinationem ecclesie pretermittit; unde in baptismo qui seruat ea que sunt de necessitate sacramenti, pretermittens statuta ecclesie, consequitur caracterem sacramenti, set non sacramenti effectum; hic autem nichil consequitur.

Rationes autem que ad utramque partem inducuntur, non multum cogunt : nam neque manifestatio ita expresse potest fieri scripto sicut uerbo, neque quod dicitur : *Ore confessio fit ad salutem,* intelligitur de confessione peccatorum, set de confessione fidei.

<a. 2 [11]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod aliquis possit differre confessionem usque ad quadragesimam.

<1> Quicunque enim seruat preceptum ecclesie, non delinquit; set ecclesia statuit quod semel in anno homines propria peccata confiteantur; ergo si aliquis exspectat usque ad terminum ab ecclesia constitutum, non peccat.

<2> Preterea. Baptismus est sacramentum necessitatis, sicut et penitencia; set cathecuminus non peccat, si differat baptismum usque ad sabbatum sanctum; ergo pari ratione nec contritus peccat, si differat confessionem usque ad quadragesimam.

<3> Preterea. Maioris necessitatis est contritio quam confessio, quia confessio sine contritione non ualet ad salutem, contritio autem sine confessione potest in aliquo casu ualere; set ille qui est in peccato, non tenetur statim conteri ea

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 39 in] *om.* Φ^{2b} 43 confitens] confiteris (- tearis *Sm*) Ψ(- *DuLiW*) 44 ut — purgetur] *secl.; cf. app. fontium* peccauit] peccat Φ 50 sacramentali] *om. Ed*^{4ss} 54 sicut in baptismo] *om. Ed*^{2,4ss} 65 potest fieri] *inu.* Ψ^* 68 fidei] + non Φ^1(- *PO*), Φ^{2a} : + tantum *PO* (*cf. Préf., p.* 106*b)
12 baptismum] peccatum Φ^1, Φ^{2a} (*cf. Préf., p.* 106*b) 17 quia confessio] set confessio *P, BxIn*^{1}*, SiHeUt, Ed*^{2,4ss} : in confessio(ne) Φ^{2a} (*cf. Préf.*, p. 106*b)

41 ex institutione ecclesie : Praesertim ex decreto Concilii Lateranensis IV, c. 21 : « Omnis utriusque sexus ... », in *Decretales Gregorii IX* (Friedberg, II 887). 43 ut ore — erubescat : Cf. Ps.-Iohannes Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, hom. 3 (P.G., 56, 650) : « Qui enim timet iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri; qui autem erubescit, non timet. Perfectus enim timor soluit omnem pudorem. Illic enim turpitudo confessionis aspicitur, ubi futuri iudicii poena non creditur. Numquid nescimus, quia confessio peccatorum habet pudorem, et quia hoc ipsum erubescere poena est grauis? Sed ideo magis nos iubet Deus confiteri peccata nostra, ut uerecundiam patiamur pro poena. Nam et hoc ipsum pars est iudicii », liberius laud. a *Glosa ord.*, in *Matheum* III 6 (t. I, p. 11) et a Petro Lombardo, *Sent.*, IV, d.17, c.4, n. 13 (ed. Brady, p. 355, 1-5). 44 [ut qui ore peccauit, ore purgetur] *secl.* — *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.4, qla 3, Thomas, qui quaestionem plenius tractat, utrum possit confiteri *per alium* uel per scriptum, recte respondet : « Qui per se ipsum peccauit, per se ipsum debet penitere ... ergo penitens debet confiteri *propria* uoce », ubi uim facit in uerbo « propria », auctoritatem sequens Ps.-Augustini (Anonymi saec. XI^{ex}-XII^{in}), *Liber de uera et falsa paenitentia*, X 25 (P.L., 40, 1122) : « qui per uos peccastis, per uos erubescatis » (a Petro Lombardo laud., ed. Brady, p. 349, 21). Hic autem hoc adagium locum non habet, cum peccatur non solum ore, sed cogitatione, opere et omissione. Rectius de Maria Magdalena Gregorius, *In eu.*, hom. XXXIII 2 (P.L., 76, 1240) : « Oculis terrena concupierat, sed hos iam per paenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem uultus exhibuerat, sed iam capillis lacrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui uestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta », a Thoma laud., *Catena in Lucam*, VII 38; eandem sententiam aliis uerbis exprimit Stephanus Langton : « Debet enim homo tribus modis satisfacere sicut tribus modis peccauit : corde, ore et opere. Quod exprimit penitens in tunsione pectoris ubi tria conueniunt : cor, manus, sonus. Cor refertur ad contritionem, sonus ad confessionem, manus ad satisfactionem ». — Veri similius est ergo uerba « ut qui ore peccauit, ore purgetur » reliquiae esse prioris redactionis incompletae, quam ipse Thomas emendauit in sententiam perfectiorem : « ut ore confitens confitendo magis erubescat », quae sola quaestioni ut hic est posita respondet.

A.11 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.1, qla 4 (= *Suppl.*, q.6, a.5). — Quaestionem iam simili modo tractauerant Praepositinus, *Summa*, Pars IV (ed. Pilarczyk, Romae 1964, p. 62; cf. P. Anciaux, p. 419, 1-17); Anonymus, *Summa Ne transgrediaris* (ed. Anciaux, p. 430-431, u. 28-41), sed praesertim Bonauentura, *In IV Sent.*, d.17, P. 2, a.2, q.2 (p. 444-446) e quo pendet Thomas. 6 ecclesia statuit : Cf. supra, adn. ad a.10, u. 41.

contritione que curat peccatum, alioquin peccator per singula momenta peccaret; ergo nec contritus tenetur statim confiteri, ita quod peccet si secus agat.

Set contra. Magis est subueniendum morbo spirituali quam morbo corporali; set aliquis subiectus morbo corporali, periculo se committeret nisi remedium medicine quereret quam cito posset, et ex negligencia peccaret; multo igitur magis peccat qui differt remedium confessionis adhibere contra spiritualem morbum peccati.

Responsio. Dicendum quod laudabile est quod peccator quam citius commode potest, peccatum suum confiteatur, quia inter sacramentum penitencie confertur gracia, que hominem reddit magis firmum ad resistendum peccato.

Quidam autem dixerunt quod tenetur confiteri quam cito oportunitas <se> obtulerit, ita quod, si differat, peccat.

Set hoc est contra rationem precepti affirmatiui, quod, licet obliget semper, non tamen obligat ad semper, set pro loco et tempore : tempus autem implendi preceptum de confessione uidetur quando inminet aliquis casus in quo necesse est homini quod sit confessus, puta si inmineat ei mortis articulus uel necessitas accipiendi eucharistiam aut sacrum ordinem, uel aliquid huiusmodi ad quod oportet hominem per confessionem purgatum preparari; unde, si aliquid horum inmineat et aliquis confiteri pretermittat, peccat, dummodo debita oportunitas assit. Et, quia ex precepto ecclesie omnes fideles tenentur saltem semel in anno, in festo Pasche precipue, sacram communionem accipere, ideo ecclesia ordinauit ut semel in anno, quando inminet tempus accipiendi eucharistiam, omnes fideles confiteantur.

Dico ergo quod differre confessionem usque ad hoc tempus, per se loquendo, licitum est. Set per accidens potest fieri illicitum, puta si inmineat aliquis articulus in quo confessio requiratur, uel si aliquis propter contemptum confessionem differat. Et similiter per accidens posset esse talis dilatio meritoria, si ad hoc differret ut prudentiori confiteretur uel deuotius propter sacrum tempus.

Primas ergo rationes concedimus.

Ad illud uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod morbus corporalis, nisi per medicine remedium extinguatur, semper inualescit in peius, nisi forte etiam uirtute nature fuerit extinctus; morbus autem peccati extinguitur per contritionem; unde non est simile.

<Q. 6, a. 3 [12]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod sacerdos parochialis non debeat credere suo subdito dicenti se alteri esse confessum, ut propter hoc ei eucharistiam det.

Φ : Φ^{1} *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 21 contritione *scr. cum E, dett* : intentione *codd*(- *E* : tencione *P*^{9}*)* 21 curat *scr. cum E, Pr* : causat *codd*(- *E* : *uarie corr. dett* : cassat, deleat, *etc.* : <cuius omissio> causat *sec.m. Rn, Sl* : ut cesset peccare Φ^{2bp}) 33 potest] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. TlP*^{7} : poterit *suppl. W)* 34 inter] per Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 106*b) 38 se *suppl. cum* Φ^{2b}, *Sm, sec.m. TlP*^{7} : *om. cett* 42 pro loco] per locum Ψ(- *SmW : corr. sec.m. C*^{b}*TlP*^{7}) 50 pretermittat] premittat Ψ(- *SmW : corr. sec.m. C*^{b}*TlP*^{7})

22 per singula momenta : Cf. Bonauentura, *loc. laud.*, fund. 2 (p. 444b). 25-31 Magis — peccati : Cf. Bonauentura, *loc. laud.*, opp. 3 (p. 444a). 37 Quidam : Opinio durior quandoque attribuitur Guillelmo Aluerno, qui tamen, etsi diffusius, cautius loquitur; *De sacramentis*, De sacramento penitencie, c. 19 (*Opera*, ed. Aureliae-Parisiis 1674, t. I, p. 497-498) : « Post hoc quatuor quaestiones, quae multos turbant et exagitant, determinare tentabimus. Quarum prima est de tempore ipso confessionis, uidelicet utrùm omni hora qua nobis possibile est confiteri, confessionem facere teneamur, an liceat differre, et quotiens differre liceat ». Primo ergo monstrat Guillelmus periculosam esse dilationem confessionis (p. 498a15-25) : « Quia ergo nec ad modicum uel momentum differre confessionem liceat unicuique propter multa pericula uideri potest. Primùm, ne propter negligentiam faciendi confessionem, dùm quis potest, dùm non uult, iusto Dei iudicio infligatur ei non posse cum uelit; hoc enim modo consueuit iustissimus Deus negligentias nostras punire. Secundùm, propter periculum obliuionis peccatorum : quae enim ipsa sua recentia memoriter tenentur, ipsa uetustate interdùm abeunt in obliuione. Tertiò, propter ipsum periculum morae, quae non mediocriter aggrauat peccatum. Quartò, propter periculum ruendi in aliud : peccatum enim quod statim per poenitentiam non diluitur, suo pondere trahit ad aliud... »; sed, post multa alia, concedit Guillelmus (p. 498b H 3) : « Licet autem periculosa sit interdùm confessionis dilatio, non tamen usque ad damnationem culpabilis; multis enim modis militat Sacramento confessionis ipsa dilatio. Primò, recogitatione ad rememorandum ipsa peccata. Secundò examinatione ipsorum, uidelicet ad ea exaggreganda et semetipsum fortiùs accusandum. Tertiò inuestigatione ipsorum ad plenam cogitationem propter Confessorem iudicem meliùs instruendum. Quartò inquisitione uel electione confessoris, cui cor suum sentit facilius ac melius effundendum. Quintò ipsius sacramenti reuerentiâ et honoratione... Sextò, deuotionis procuratione, hoc est ut deuota fit ipsa confessio » : tandem concludit (p. 499a A) : « Nec ullo modo sequitur de quacunque re si periculosa sit eius dilatio, quòd ideò sit uel culpanda uel damnabilis; nullum enim est opus bonum adeò examinate ac depurate perfectionis, quod non periculose agatur in ista uita, que tota non solum circundata est et obsessa, sed etiam, ut ita dicatur, immersa et immixta periculis. Si uero dilatio confessionis nullum huiusmodi fructum habuerit, non solum nobis uidetur inutilis, sed etiam pernitiosa ».

<1> Frequenter enim in ipsa confessione aliqui conterentur, qui prius contriti non fuerunt; set sacerdos debet subditum suum, quantum potest, ad bonum inducere; ergo uidetur quod omnino ab eo expetere debeat quod sibi confiteatur.

<2> Preterea. Prouerbiorum XXVII dicitur pastori ecclesie : *Diligenter agnosce uultum pecoris tui*; set hoc nullo modo melius potest quam per confessionem; ergo debet ab eo exigere quod sibi confiteatur.

Set contra. Si sibi confiteretur, posset dicere que uellet, et ei crederetur; ergo etiam de hoc sibi debet credi quod sit confessus.

Responsio. Dicendum quod in foro iudiciali creditur homini contra se, set non pro se; in foro autem penitencie, creditur homini et pro se et contra se. Est ergo distinguendum quod sit impedimentum quo aliquis a perceptione eucharistie impediatur. Si enim sit impedimentum ad forum iudiciale pertinens, puta excommunicatio, non tenetur sacerdos suo subdito credere, quem excommunicatum nouit, nisi ei de absolutione constet. Si autem sit impedimentum quod ad forum penitencie pertineat, scilicet peccatum, tenetur ei credere, et iniuste agit si deneget eucharistiam ei qui perhibet se confessum et absolutum ab eo qui absoluere potuit uel auctoritate apostolica uel auctoritate episcopi.

Ad primum ergo dicendum quod illud bonum quod in confessione homines consecuntur iam consecutus est ille qui confessum se dicit, si uerum dicit; si autem falsum dicit, pari ratione posset falsum dicere confitendo. Nec potest aliquis alicuius hominis auctoritate compelli ad confitendum peccatum quod alteri confessus est qui absoluere potuit, quia, sicut iam dictum est, confessio peccatorum quiddam sacramentale est, diuino imperio subiacens, non humano.

Ad secundum dicendum quod spiritualis pastor *uultum pecoris* sui debet *diligenter* agnoscere, considerando exterius uitam eius; set per modum confessionis non potest diligentius scrutari, set oportet quod credat ea que sibi a suo subdito dicuntur.

<Questio 7>

Deinde querebantur duo de hiis que pertinent ad clericos; et primo, de officio ecclesie, utrum ille qui est prebendatus in duabus ecclesiis, in die quo diuersum officium fit in utraque ecclesia, debeat utrumque officium dicere; secundo, de studio theologie, utrum aliquis teneatur dimittere studium theologie, etiam si sit aptus ad alios docendum, ad hoc quod intendat saluti animarum.

<a. 1 [13]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod aliquis in tali casu debeat utrumque officium dicere.

<1> Honus enim debet respondere emolumento; ille ergo qui habet emolumentum prebende in duabus ecclesiis, debet honus sufferre utriusque, ut scilicet utriusque ecclesie officium dicat.

<2> Preterea. Iustum esse uidetur ut si habet maius emolumentum ab una ecclesia, in qua forte cantatur prolixius officium, quod etiam maius honus subeat prolixius officium dicendo; non ergo ad eum pertinet electio, set uel debet utrumque dicere, uel debet dicere officium ecclesie in qua habet pinguius beneficium.

Set in contrarium inducebatur consuetudo.

Responsio. Dicendum quod, supposito quod aliquis licite sit prebendatus in duabus ecclesiis, scilicet ex dispensatione, considerandum est quod ille qui in aliqua ecclesia prebendam accipit,

Φ : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*V*^{4}*)*, Φ^{2b} *(EP*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 6 in ipsa] in ista Ψ : ipsa *Ed*$^{4\text{-}18}$: sola *Ed*^{19ss} (in ipsa *rest. Ed*^{30}) 18 ei crederetur] *inu.* Φ^{2b}

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 18 ergo *Incipit pecia 2*^{a} *in* Φ 19 debet] dedi Φ^{2b} (= *BaBa*^{1}*, pr.m. P*^{1}*, V*^{4}*, ArPd*^{1}*P*^{6}*V*^{3}*)* 23 quod] + dupliciter Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 107*a) 39 posset] possit Φ^{2b}(- *E*) 43 est] *om. P,* Φ^{2b} *(suppl. ante* quiddam *E, sec.m. P*^{1}*)* 45 dicendum] *om.* Ψ(- *N*^{b}*SmW : suppl. sec.m. P*^{7}*)* 46 sui] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. P*^{7}*)*

20 habet] habeat *N*^{b}*P*^{7} *: om. Li* 21 maius] magis Ψ(- *Li : om. Du*) 31 accipit] accepti *Ed*^{4ss}

A.12 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.3, qla 5, arg.2 et 4 et resp. ad 2 et 4 (= *Suppl.*, q.8, a.5); *Contra impugnantes*, c. IV, § 2, arg.4-6 (ed. Leon., t. XLI, p. A 70-71) et § 13, resp. ad arg.4-6 (p. A 82). 12 Prouerbiorum XXVII : 23. 42 dictum est : supra, a.10, u. 19-20.

duobus obligatur, scilicet Deo, ut ei debitas laudes exsoluat pro eius beneficiis, et ecclesie, de qua accipit sumptus. — Ea uero que ad ecclesiam pertinent, subiacent dispensationi prelatorum ecclesie, et ideo hoc debitum quod debet ecclesie debet exsoluere secundum quod statutum est, uel per se ipsum, si sit prebenda que requirat residenciam, uel per uicarium, si hoc sufficiat secundum ecclesie statutum ac consuetudinem. — Set debitum quod debet Deo, per se ipsum debet exsoluere. Non refert autem quantum ad Deum quibus psalmis uel ymnis Deum laudet, ut puta utrum dicat in uesperis : *Dixit Dominus,* uel : *Laudate pueri Dominum,* nisi quantum ad hoc quod homo debet sequi maiorum traditiones. Et quia laudes Deo debet quasi unus homo, sufficit quod semel officium dicat secundum consuetudinem alicuius ecclesiarum quarum est clericus.

Set de electione officii rationabiliter uidetur quod debeat dicere officium illius ecclesie in qua maiorem gradum habet, puta si in una sit decanus et in alia simplex canonicus, debet dicere officium ecclesie in qua est decanus. Quod si in utraque ecclesia fuerit simplex canonicus, debet dicere officium dignioris ecclesie, quamuis forte in minori ecclesia habeat opulentiorem prebendam, quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus comparata. Si uero ambe ecclesie sint equalis dignitatis, potest sibi eligere quodcunque officium magis uoluerit, si fuerit ab utraque ecclesia absens; si autem fuerit in aliqua earum presens, debet se conformare illis cum quibus conuersatur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 7, a. 2 [14]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod aliquis qui potest saluti animarum curam impendere, peccet, si circa studium tempus occupat.

<1> Dicitur enim Galatarum ultimo : *Dum tempus habemus, operemur bonum;* nulla etiam est grauior *iactura* quam *temporis*; non debet ergo aliquis terere tempus in studio, differens saluti animarum curam impendere.

<2> Preterea. Perfecti tenentur ad id quod melius est; set religiosi sunt perfecti; ergo maxime religiosi debent dimittere studium, ut saluti animarum insistant.

<3> Preterea. Peius est *errare in uia morum* quam *in uia pedum*; set prelatus tenetur reuocare suum subditum, si uideat eum errare in uia pedum; ergo multo magis tenetur eum reuocare ab errore qui est in uia morum; est autem error, si homo pretermittat quod melius est; ergo prelatus debet subditum cogere ut saluti animarum intendat, studio pretermisso.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}EP^{1}P^{9}V^4)*; Ψ *(N^b, C^{b}DuLiSmTlW, P^7)* 36 et ideo] adeo Ψ *(corr. sec.m. C^{b}TlP^7* : et ideo — ecclesie^2 *hom.om. Li)*

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}EP^{1}P^{9}V^4)*; Ψ *(N^b, C^{b}DuLiSmTlW, P^7)* 2 procedebatur] proceditur *O, BaP^{9}V^4, N^{b}C^{b}Sm* 8 terere Ψ (= *N^{b}DuSmTl* : tenere *C^{b}LiWP^7*) : *obsc.* Φ (*cf. Préf., p.* 107*a)

A.13 Parall. : De officio diuino, cf. *Quodl. III*, q.13, a.2 [29]; *Quodl. VI*, q.5, a.2 [8]; *Quodl. V*, q.14, a. un. [28]. 44-45 *Dixit Dominus* uel *Laudate pueri Dominum* : Psalmus 109 « Dixit Dominus » dicebatur (cum aliis) in II uesperis Dominicae et quarundam festiuitatum, psalmus autem 112 « Laudate pueri Dominum » dicebatur (cum aliis) in I uesperis Solemnitatum; iuxta antiquiores rubricas, clericus ergo poterat dicere uel secundas uesperas diei, uel primas uesperas Solemnitatis forsitan in alia ecclesia die sequenti concurrentis. 46 traditiones : Cf. *II ad Thess.*, II 14 : « et tenete traditiones ».

A.14 Parall. (Non agitur hic de comparatione uitae actiuae ad contemplatiuam, sed comparatione duorum actuum, — docere, uel studere ad docendum, et sacramenta ministrare, qui uterque ad uitam actiuam pertinent) *In III Sent.*, d.35, q.1, a.3, qla 1, ad 3; *Q. de uer.*, q.11, a.4; *Contra doctr. retrahentium*, c. 7, 211-236 (ed. Leon., t. XLI, p. C 51); *In Eth.*, X 10, 194-196; *II^a II^{ae}*, q.187, a.1; q.188, a.1. 5 Galatarum ultimo : *Ep. ad Gal.*, VI 10. 6-7 nulla — temporis : Post priorem maiorem ex Apostolo sumptam, secundam maiorem adfert Thomas ex Seneca, *Ep. ad Lucilium*, I 1 (ed. Préchac, Coll. ... Budé, t. I, 7^e tirage, Paris 1976, p. 3) : « quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam fit » (cf. Seneca, *Dialogorum libri duodecim*, ed. Reynolds, OCT, 1977, *De ira*, III XXI 4, p. 112, 12; *De tranq. animae*, 7 1, p. 220, 2-3 : « temporis nostri iactura »), a Thoma semel et iterum laud. *In IV Sent.*, d.14, q.2, a.3, qla 3, ad 1 : « tempus amissum non recuperatur, et ideo, eius iactura est grauissima, ut Seneca dicit »; d.15, q.1, a.2, arg.4 : « est grauis iactura temporis, ut Seneca dicit ». 8 terere tempus : cf. Thomas, *In Dion. De diu. nom.*, III (ed. Piana, t. X 2 f. 12b D 5-6) : (Hierotheus) « plurimum temporis terebat siue expendebat in docendo »; *In Eth.*, III 19, 99-103 : « Illos enim qui amant audire fabulas et narrare et totum diem terunt uel expendunt in quibuscunque contingentibus, dictis uel factis scilicet non necessariis neque utilibus, dicimus esse garrulos ». 14-18 Peius — morum : Iam docet Aristoteles naturale esse homini aliquem etiam ignotum reuocare ab errore « in erroribus uiarum », quem secuti sunt Cicero, Seneca, Iuuenalis (cf. *Eth. Nic.*, VIII, 1155a21-22, cum adn. ad comm. Thomae, ed. Leon., t. XLVII 2, p. 443). Augustinus autem in uia pedum errare quandoque esse bonum contendit, in uia morum nunquam; *Enchiridion*, V 17 (CCSL 46, p. 57, 30-37) : « Itemque nonnullis errare profuit aliquando, sed in uia pedum, non in uia morum. Nam nobis ipsis accidit ut in quodam biuio falleremur et non iremus per eum locum ubi opperiens transitum nostrum donatistarum manus armata subsederat, atque ita factum est ut eo quo tendebamus per deuium circuitum ueniremus, cognitisque insidiis illorum nos gratularemur errasse atque inde gratias ageremus Deo ».

In contrarium inducebatur consuetudo pro ratione.

Responsio. Dicendum quod aliqua duo possunt comparari ad inuicem et simpliciter et secundum aliquem casum. Nichil enim prohibet id quod est melius simpliciter, in aliquo casu esse minus eligendum, sicut *philosophari* est simpliciter *melius quam ditari, set* in tempore necessitatis ditari est magis *eligendum*; et aliqua preciosa margarita est carior uno pane, et tamen in aliquo casu famis, panis preeligeretur, secundum illud Trenorum IV : *Dederunt preciosa queque pro cibo ad refocillandas animas.*

Est autem considerandum quod in quolibet artificio simpliciter melior est qui disponit de artificio, et dicitur architector, quam aliquis manualis qui opere exequitur secundum quod ei

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 28 sicut Φ^{2b}, P^7, *sec.m. PC*^{b} : set *As. pr.m. C*^{b}, *Li* : si *PO, N*^{b}*DuSmTlW* 28-29 est simpliciter melius quam Φ^1 *(nec non dett, Ed*^{2,4ss}*)* : est melius quam simpliciter Φ^{2b} : simpliciter est melius quam Ψ (melius est simpliciter quam P^7 : est *om. C*^{b}) 33 IV] III N^b : I 2 *Ed*^{31} : I 11 *Ed*^{36,8} 38 opere] opera *Ed*^{10}

28-29 philosophari — eligendum : Cf. Ar., *Top.*, III, 118a10-11, a Boethio transl. (A.L., V 1-3, p. 56, 6-7) : « ergo philosophari melius quam ditari, sed non magis eligendum indigenti necessariis ». 32-33 Trenorum IV : *Lamentationes*, I 11 (*Biblia sacra*, t. XIV, p. 287 : ad refocillandam animam). 37 architector : Rarius (c. quinquies) usus est Thomas forma purioris Latinitatis « architectus » (ex *Ep. I ad Cor.*, III 10), saepius (c. 34 in locis) forma inferioris Latinitatis « architector ». — Etsi apud Vitruuium « architectus » est ille qui aedificii formam describit et sic praeest fabris qui aedificium construunt, tamen in saec. VII-XII hic uerbi sensus fere obsoleuerat et « architector » uocabatur quicunque faber suis manibus aedificium instruit, sed praecipue qui aedificium incipit (qui fundamentum ponit, Isidorus, *Etym.*, XIX VIII 1, ex *Ep. I ad. Cor.*) aut perficit (qui *tectum* ponit !) ; cf. N. Pevsner, *The Term 'Architect' in the Middle Ages*, in *Speculum*, 17, 1942, p. 549-564. — Verum tamen saec. XIII med. apud Aristotelis commentatores antiquissimus uerbi sensus reuiruit, hic nempe sensus quem habebat uerbum Graecum ἀρχιτέκτων, hic est principalis artifex, quandoque in arte aedificatiua (iam apud Platonem, *Pol.*, 253e), sed saepius in aliis artibus, in militari, in nauifactiua, in medicina (Ar., *Pol.*, III 11, 1282a3). Suam de « architectore » et de arte « architectonica » sententiam tribus in libris exponit Aristoteles : *Phys.*, II, 194a36-b8 (a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 54,4-55,4) ; *Met.*, I, 981a28-b6 et 981b30-982a1 (a Iacobo Veneto transl., A.L., XXV, 1, p. 6,19-7,3 et p. 7, 24-28 ; cf. *Transl. comp.*, p. 90,14-91,7 et p. 91, 18-21) ; *Eth. Nic.*, I, 1094a9-16 ; VI, 1041b22-29 ; VII, 1152b1-3 (a Roberto Grosseteste transl., A.L., XXVI, p. 141, 15-20 ; p. 261, 9-18 ; p. 291, 2-5). Doctrinam aristotelicam iam explicauerat Auerroes, *In Phys.*, II, comm. 25, a Michaele Scoto transl. (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 58rb) : « Artes operatiue sunt duobus modis, aut facientes artificium aut utentes illo. Et sunt *principales*, scilicet quia *precipiunt* eis que sunt sub eis operari, et cum ars que est sub eis perficit operationem, tunc principalis utitur eo quod fecit... (exemplificat de geometria) ; prima principalis nouit formam et precipit iuxta illam... alia autem nouit materiam... ». Eandem doctrinam fusius explicat Albertus, *Lectura in Eth.*, I, lect. 2 (ed. Col., XIV 1, p. 9, 47-73) ; *Physica*, II 1 11 (ed. Col., t. IV 1, p. 95, 19-61) ; *Metaphysica*, I 1 10 (ed. Col., t. XVI 1, p. 14, 9-48) ; *Politica*, I 9 (ed. Borgnet, t. VIII, p. 79a-b). — Etymologiam saepius perquirit Albertus. « Archos » idem ualere ac « princeps » tunc omnes sciebant (cf. *Mittellateinisches Wörterbuch*..., t. I, 902 « Archos »), sed ad secundam uerborum particulam enodandam duplici uia procedit Albertus. Vna, c. 1250, *Lectura in Eth.*, I, lect. 2 (ed. Col., t. XIV 1, p. 9, 39-43) : « Has autem superiores artes sub quibus alie ordinantur uocat architectonicas, eo quod sunt principales mechanice ; dicitur enim ab archos, quod est princeps, et tecton < ica >, quod est mechanica » ; c. 1263 (?), *In Isaiam*, III 4 (ed. Col., t. XIX, p. 50, 43-45) : « dicitur architectus... ab archos, quod est princeps, et tectonica, quod est edificatiua » ; c. 1268 (?), *Ethica*, I III 13 (ed. Lugduni 1651, t. IV, p. 27b) : « architectonice dicuntur ab archos, quod est principatus, et tectonica, quod est conditiua ». Alia uia, c. 1250, *Lectura in Eth.*, VI, lect. 6 (ed. Col., t. XIV 2, p. 434, 46-47) : « ategnia dicitur ab a, quod est sine, et tegnis, quod est ars, quasi sine arte » ; VI, lect. 11 (p. 469, 11-13) : « architectonica ars dicitur principalis, ab archos, quod est princeps, et tegne, quod est ars mechanica » ; (p. 471, 48-51) : « cheirotechne, quasi operantes secundum artem in particularibus, a cheros, quod est particulare (!), et tegni, quod est ars operatiua » ; *Ethica*, VI II 8 (ed. Lugduni 1651, t. IV, p. 235b) : « athecnia enim dicitur ab a, quod est sine, et thecnia, quod est ars ». E *Lectura in Ethicam* Alberti, quam c. 1250 reportauerat, pendet c. 1252-53, Thomas, *In Isaiam*, III 3 (ed. Leon., t. XXVIII, p. 25, 67-68) : « *sapientem de architectis*, ab archos quod est princeps, et tegni, quod est ars » ; et postea, *In Met.*, I, in 981a28-b6 (Ms. Napoli Naz. VIII F 16, f. 2vb) : « architector dicitur quasi principalis artifex, ab archos, quod est princeps, et teugny, quod est ars » (cf. etiam Thomas, *In Eth.*, VI 7, 67, ed. Leon., t. XLVII 2, p. 357 : « chirotegine » ; X 14, 49, p. 598 : « secundum thegnim, id est secundum artem », ubi re uera Aristoteles a Roberto Grosseteste transl. habebat : « secundum Theognim » !). Patet Albertum (quem Thomas sequitur), cum linguae Graecae penitus ignarus esset, has etymologias de suo finxisse et, quo ad uerbum « architector », secundam uiam peiorem esse quam prima, nam, etsi τέχνη ab eadem remotiore radice prouenit, tamen proxime uerbum componitur ex τέκτων. Notandum est etiam Albertum usum esse forma communiore « tegni » : Robertus Grosseteste transcripserat : « technη, id est ars » (cf. ed. Leon., t. XLVII 2, p. 343, adn. 228), sed forma « tegni » non est contraria usui purioris Latinitatis (χ ante « n » = g, cf. F. Biville, p. 30) et tempore Alberti usitatissima erat praecipue in versionibus arabo-latinis Medicorum (cf. « Pantegni, id est ars ingens », Constantinus Africanus, in *Opera omnia Ysaac*, t. II, f. 1va). — In *Catena in Matheum*, XXI 12, pro uerbo Hieronymi, *In Matheum* (CCSL 77, p. 187, 1316) « technam », scripsisse uidetur Thomas *(codd)* : « thechnyn, id est artem » ; sed ad *Catenam* scribendam adhibuit Thomas coadiutores linguae Graecae peritos (qui Hieronymum docte, sed falso correxerunt). — Verbo « architector » semel usus est Thomas in sensu strictiore (*De regno*, II 7, 6, ubi Vitruuius laudatur), bis in sensu Mediae Latinitatis (*C.G.*, II 73, ed. Leon., t. XIII, p. 459a14 et 17, ubi « architector » est faber qui instrumentis utitur ad domum construendam), sed saepius in sensu aristotelico : *In Isaiam*, III 3 (ed. Leon., t. XVIII, p. 26, 29) ; *In II Sent.*, d.9, q.1, a.3 ; d.10, q.1, a.3, ad 1 ; *Contra impugn.*, c. 7, u. 731 ; *In Boethium De Trin.*, q.2, a.2, ad 1 ; *C.G.*, I 1 (t. XIII, p. 3a22) ; III 67 (t. XIV, p. 190b15) ; III 114 (p. 363b14) ; *In I ad Tim.*, II, lect.2 ; *De regno*, I 9, u. 24 et 31 ; *I*^{a}, q.1, a.6 ; q.112, a.4, ad 1 ; *In I ad Cor.*, III, lect. 2 ; *Quodl. I, hic : I*^{a} *II*^{ae}, q.12, a.1 ; q.93, a.3 ; *In Eth.*, I 1, 238 ; VI 7, 42 et 69 ; *In Pol.*, I 2, 145 ; *In Met.*, I 1, in 981a28-b6 (quinquies) ; in 981b31-982a1 ; I 2, in 982a16-21 (bis) ; in 982b4-7 ; V 2, in 1013a24-b4. Verbo « architectonicus » nunquam utitur Thomas in sensu strictiore « pertinens ad architecturam », sed semper in sensu aristotelico : *In III Sent.*, d.14, q. unica, a.3, qla 4, s.c.2 ; d.33, q.2, a.1, sol.1 ; *In IV Sent.*, d.49, q.3, a.4, qla 3, arg.1 et ad 1 ; *Q. de uer.*, q.8, a.10, u. 62-67 ; *C.G.*, I 1 (XIII, p. 3a21) ; III 79 (XIV, p. 231a20) ; III 80 (p. 233a20-21) ; *Comp. theol.*, I 126, u. 39-41 ; *I*^{a}, q.1, a.5, ad 2 ; *In Phys.*, II 4, n. 8 (quater) ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.15, a.4, ad 1 ; q.66, a.5 ; *In Eth.*, I 1, 253 ; I 2, 102, 108, 111, 115, 119, 121, 149, 163 ; VI 5, 75 ; VI 7, 39, 40, 45 ; VII 11, 16 ; X 16, 24 ; *In Pol.*, Prol., 103 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.47, a.11, arg.2 ; a.12 ; q.58, a.6 ; *Q. de caritate*, a.5 ; *In Met.*, I 1, in 981a28-b6 ; V 1, in 1013a14.

ab alio disponitur; unde in edificiis construendis maiori mercede conducitur qui disponit de edificio, licet nichil manibus operetur, quam manuales artifices, qui dolant ligna et incidunt lapides. In edificio autem spirituali sunt quasi manuales operarii qui particulariter insistunt cure animarum, puta sacramenta ministrando uel aliquid huiusmodi particulariter agendo; set quasi principales artifices sunt episcopi, qui imperant et disponunt qualiter predicti suum officium exequi debeant; propter quod et 'episcopi', id est superintendentes, dicuntur.

Et similiter theologie doctores sunt quasi principales artifices, qui inquirunt et docent qualiter alii debeant salutem animarum procurare. Simpliciter igitur melius est docere sacram doctrinam, et magis meritorium, si bona intentione agatur, quam impendere particularem curam saluti huius et illius. Vnde Apostolus de se dicit, I ad Corinthios, I : *Non enim misit me Christus baptizare, set euangelizare,* quamuis baptizare sit opus maxime conferens saluti animarum; et II ad Timotheum II, dicit Apostolus : *Hec commenda fidelibus hominibus, qui ydonei erunt et alios docere.* Ipsa etiam ratio demonstrat quod melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui et in se et in alios proficere possunt, quam simplices qui in se tantum proficere possunt.

In aliquo tamen casu, necessitate inminente, deberent et episcopi et doctores, intermisso proprio officio, particulariter intendere saluti animarum.

Ad primum ergo dicendum quod nullam iacturam temporis patitur qui quod est melius operatur docendo sacram doctrinam uel qui ad hoc per studium se disponit.

Ad secundum dicendum quod perfectus dicitur aliquis dupliciter : uno modo quia habet perfectionem; alio modo quia habet statum perfectionis. Perfectio autem hominis in caritate consistit, que hominem Deo coniungit; unde quantum ad dilectionem Dei dicitur Genesis XVII : *Ambula coram me et esto perfectus*; quantum uero ad dilectionem proximi, postquam Dominus dixerat : *Diligite inimicos uestros,* concludit, Mathei

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 43 edificio] edificatio N^b*DuLiTlW* : edificatione C^b*Sm* 44 cure] que *pr.m. C*^{b}*, DuLi, pr.m. P*^{7} *: om. pr.m. Tl* 61 dicit] idem Ed^{10} Hec commenda *scr.* : et commendat *codd* (Hec commendo M^1M^3 : commendat Ed^{10} : Commenda Ed^{31}) 62 docere] doce Φ etiam Φ^{2b} : enim Φ^1, Ψ *(cf. Préf., p.* 107*a) 78-79 consistit que] consistit *om.* Φ^1 : que *om.* Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 107*a) 79 Deo] + ◆ et proximo Φ^{2bp}

39-43 unde — lapides : Cf. Thomas, *In I ad Cor.*, III, lect. 2 : « in rebus humanis ille magis premiatur qui in digniore opere laborat, sicut architector quam manualis artifex, licet minus laboret corporaliter »; *De regno*, I 9 (ed. Leon., t. XLII, p. 460, 23-26) : « in artificiis etiam maior estimatur maiorique conducitur premio architector qui edificium disponit, quam artifex qui secundum eius dispositionem operatur ». — Hanc consuetudinem quam, Aristotelis doctrina fultus, adprobat Thomas, paululum ante (c. 1260?) reprobauerat Nicolaus de Byardo, *Sermo* (laud. a B. Hauréau, *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibl. Nat.*, t. II, Paris 1891, p. 288) : « Magistri cementariorum uirgam et cyrothecas in manibus habentes aliis dicunt : 'Parci le me taille'; et nichil laborant, et tamen maiorem mercedem accipiunt; quod faciunt multi moderni prelati » (uox 'parci me le taille' prouerbii locum obtinuit : « c'est un dicton emprunté à la langue des maçons et tailleurs de pierre : faire quelque chose comme [celui à qui on dit] *par ci le me taille*, c'est faire comme l'ouvrier qui taille bien droit sa pierre suivant la ligne que le maître lui a tracée », Gaston Paris, in *Romania*, 18, 1889, p. 289). Cf. etiam Nicolaus de Byardo, *Distinctiones* (O 23; Mss. Avignon 308, f. 81ra; Paris B.N. lat. 16489, f. 186va) : « Sunt enim multi ut magistri cementariorum qui nichil agunt nisi imperare et plus in sero recipiunt quam alii. Ps. : *In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur*; Ps. : *Ecce enim peccatores et habundantes in seculo obtinuerunt diuicias* »; Iacobus de Lausanna, O.P. († 1321), *Compendium moralitatum* (Paris B.N. lat. 16490, f. 30rb) : « Operantur aliqui solo uerbo. Nota : in istis magnis edificiis solet esse unus magister principalis qui solum ordinat ipsa uerbo, raro aut nunquam apponit manum, et tamen accipit maiora stipendia aliis. Sic multi sunt in ecclesia qui habent pinguia beneficia, et Deus scit quantum faciant de bono : operantur in ea solum lingua, dicentes : 'Sic debetis facere', et ipsi nichil horum faciunt » (laud. a V. Mortet et P. Deschamps, *Recueil de textes relatifs à l'histoire de l'architecture ... en France au Moyen âge*, Paris 1929, p. 291). — E contra, Thomam sequitur Nicolaus de Gorran, *Distinctiones* (Ms. Troyes 1250, f. 266rb) : (Operarii) « debent attendere ut faciant opera sapiencie, que sunt predicare, docere, finem considerare, et hec faciliora, nobiliora, utiliora; sicut magister operum minus corporaliter grauatur, plus honoratur, amplius remuneratur, et tamen solum docet alios et regulat » (cf. L.-J. Bataillon, *La prédication au XIII*^{e} *siècle en France et en Italie*, Variorum 1993, VII, 781-784). 42 qui dolant ligna : Cf. Thomas, *I*^{a}, q.1, a.6 : « Vt in genere edificii, artifex qui disponit formam domus, dicitur sapiens et architector, respectu inferiorum artificum, qui dolant ligna uel parant lapides »; *In Met.*, I 1, in 981a28-b6 : « Vnde nauisfactor est architector respectu eius qui preparat ligna ». 49-50 episcopi, id est superintendentes » : Cf. Augustinus, *De ciu. Dei*, XIX XIX (CCSL 48, p. 686, 22-30) : « Propter quod ait apostolus : *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Exponere uoluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim atque inde ductum uocabulum, quod ille qui praeficitur eis quibus praeficitur superintendit, curam scilicet eorum gerens; σκοπὸς quippe intentio est; ergo ἐπισκοπεῖν, si uelimus, Latine superintendere possumus dicere, ut intelligat non se esse episcopum, qui praeesse dilexerit, non prodesse »; a Thoma laud., *In I ad Tim.*, III, lect.1 : « episcopus superintendens ... Episcopus est nomen grecum, scopos enim idem est quod intendens, epi, id est supra; episcopus ergo dicitur quasi superintendens »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.6, ad 1 : « Nam episcopi dicuntur ex eo quod superintendunt, sicut Augustinus dicit XIX De ciuitate Dei »; a.7, arg.2 : « Status autem episcoporum uidetur ordinari ad dilectionem proximi, cuius cure superintendunt; unde et nominantur, ut patet per Augustinum XIX De ciuitate Dei ». 57-58 I ad Corinthios I : 17. 60 II ad Timotheum II : 2. 75-138 perfectus — habeat : Cf. infra, *Quodl. III*, q.6, a.3 [17], u. 113-192, cum adn. 80 Genesis XVII : 1. 83-84 Mathei V : 44 et 48.

V : *Estote ergo perfecti.* Statum autem perfectionis habere dicuntur qui sollempniter obligantur ad aliquid perfectioni annexum.

Est autem aliquid annexum perfectioni caritatis dupliciter.

Vno modo sicut preambulum et preparatorium ad perfectionem, ut paupertas, castitas et huiusmodi, quibus homo retrahitur a curis secularium rerum, ut liberius uacet hiis que Dei sunt; unde huiusmodi magis sunt quedam perfectionis instrumenta. Propter quod Ieronimus, exponens illud uerbum Petri dicentis : *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te,* dicit quod *non sufficit* Petro dicere : *Ecce nos reliquimus omnia,* set addidit *quod perfectum est : et secuti sumus te.* Quicunque ergo uel uoluntariam paupertatem uel castitatem seruant, habent quidem preparatorium perfectionis, set non dicuntur habere statum perfectionis, nisi qui se ex sollempni professione ad huiusmodi obligant : <secundum> aliquid enim sollempne et perpetuum dicitur aliquis habere statum, sicut patet de statu libertatis uel matrimonii et similium.

Alio uero modo aliquid est annexum perfectioni caritatis ut effectus, ut scilicet aliquis curam animarum suscipiat : est enim perfecte caritatis ut aliquis propter Dei amorem pretermittat dulcedinem contemplatiue uite, quam magis amaret, et accipiat actiue uite occupationes ad procurandum proximorum salutem. Quicunque ergo hoc modo saluti proximorum intendit, habet quidem aliquem perfectionis effectum, set non habet perfectionis statum, nisi episcopus, qui cum quadam sollempni consecratione suscipit animarum curam; archidiaconi uero et parochiales presbiteri magis habent commissa quedam officia quam quod per hoc in aliquo perfectionis statu ponantur. Soli igitur religiosi et episcopi dicuntur perfecti quasi statum perfectionis habentes. Vnde religiosi fiunt episcopi, set non archidiaconi uel plebani.

Cum ergo dicitur quod perfecti tenentur ad id quod melius est, uerum est, si intelligatur de hiis qui dicuntur perfecti propter perfectionem caritatis : huiusmodi enim obligantur ex lege interiori, que inclinando obligat; unde ad hoc obligantur, secundum mensuram sue perfectionis, quod implent. Si autem intelligatur de hiis qui dicuntur perfecti propter statum, sicut episcopi et religiosi, non est uerum : non enim tenentur episcopi nisi ad ea ad que se extendit cura suscepti regiminis, et religiosi non tenentur nisi ad ea ad que obligantur ex uoto sue professionis; alioquin esset obligatio ad infinitum, cum tamen et natura et ars et omnis lex certos terminos habeat.

Dato tamen quod perfecti semper tenerentur ad id quod melius est, non esset ad propositum, sicut ex supra dictis apparet.

Ad tercium dicendum quod, licet prelatus teneatur subditum suum reuocare ab omni malo, non tamen tenetur eum inducere ad omne melius.

Hec etiam ratio in proposito locum non habet, sicut nec alie.

<Questio 8>

Deinde querebantur duo de hiis que pertinent ad religiosos : primo, utrum religiosus teneatur obedire suo prelato ut reuelet sibi aliquod secretum quod fidei sue est commissum; secundo, utrum teneatur sibi obedire ut reuelet occultam culpam fratris quam nouit.

<a. 1 [15]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod religiosus teneatur secretum fidei sue commissum reuelare prelato precipienti.

<1> Ad obediendum enim prelato obligauit se religiosus professione sollempni, ad tenendum autem secretum obligauit se simplici promissione; ergo magis debet obedire prelato quam seruare secretum.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 85 obligantur] obligentur Φ 103 secundum *suppl. cum* Φ^{2b} : *om.* Φ^1, Ψ *(nec non Ed*^{2,4ss}*). Cf. Préf., p.* 107*b 103-104 aliquid enim] *inu.* Φ^{2b} 104 aliquis] *post* 105 habere Φ^{2b} : *om.* P^7, *Ed*^{2,4ss} 138 habeat] habeant *Ed*^{19ss} 143 ab omni malo] aliquid cum nullo Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 107*b) 144 tenetur] teneretur *P*, Φ^{2b} 145 etiam Φ^1, *Tl* : est Φ^{2b}*(-?Ba : om. E) : obsc.* Ψ (et *DuSm* : est *pr.m. C*^{b} : enim *Li : om. W : obsc. N*^{b}*P*^{7}) 145 proposito] propositum *AsO*, Ψ(-W : -to *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7})

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 9 procedebatur] proceditur *PO, Ba, N*^{b}*C*^{b}*Sm*

94 Ieronimus : Cf. Hieronymus, *In Matheum*, III (in XIX 27; CCSL 77, p. 172, 913-917) : « Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu et arte quaerebat, et tamen loquitur confidenter : *reliquimus omnia.* Et quia non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est : *et secuti sumus te.* Fecimus quod iussisti; quid igitur nobis dabis praemii? ». 137-138 cum — habeat : Cf. Thomas, *In II Sent.*, d.18, q.2, a.2, ad 2; *In Iob*, XIV, u. 20-27; XXVI, u. 141; *In Phys.*, II 4, n. 6. 141 supra : u. 44-45, 60-61. 145-146 Hec alie : Cf. adn. sup.

Set contra est quod Bernardus dicit : Id quod est institutum *pro caritate,* non militat *contra caritatem* ; set professio obediencie, quam religiosus facit prelato, instituta est pro caritate ; ergo non militat contra caritatem, qua quilibet tenetur seruare fidem proximo.

Responsio. Dicendum quod, sicut Bernardus dicit in libro De dispensatione et precepto, sufficiens obediencia est ut religiosus obediat suo prelato de hiis que ad regulam pertinent uel directe, sicut ea que sunt scripta in regula, uel indirecte, sicut que ad hec reduci possunt, sicut ministeria exhibenda fratribus et pene pro culpis inflicte et huiusmodi ; perfecta autem obediencia est ut simpliciter in omnibus obediat que non sunt contra regulam uel contra Deum ; set quod aliquis obediat prelato in hiis que sunt contra Deum uel contra regulam, est obediencia incauta et illicita. Est ergo considerandum in proposito, utrum sit licitum religioso secretum fidei sue commissum reuelare.

Circa quod distinguendum est de secreto. Est enim aliquod secretum quod illicitum est celare, sicut quod in periculum uergit aliorum quibus aliquis cauere tenetur ; unde et in iuramento fidelitatis continetur quod huiusmodi secreta debeant dominis reuelari ; ad preceptum ergo prelati tenetur religiosus tale secretum pandere, etsi promisit se non reuelare, dicente Ysidoro : *In malis promissis rescinde fidem* (nisi forte in confessione audierit, quia tunc nullo modo est reuelandum). — Est autem aliud secretum quod de se celari potest sine peccato, et tale secretum religiosus nullo modo prelato precipienti pandere debet, si sit fidei sue commissum : peccaret enim frangendo fidem commissi.

Ad primum ergo dicendum quod sollempnior est obligatio ad seruanda ea que sunt fidei et caritatis (que est ex lege naturali et ex promissione in baptismo facta), quam ea que est ex professione religionis.

<Q. 8, a. 2 [16]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod subditus debeat prelato precipienti reuelare culpam occultam alterius fratris.

<1> Quia, ut Ieronimus dicit, non debet

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 17 Id] *om.* Φ^{2b}, *W* 24 dicit] *om.* Φ^{2b} *(suppl. sec.m. P*^{1}*V*^{4}*)* 28 que] ea que (sunt *exp.*) que *As* : ea que *Ed*^{2,4ss} 32-33 set — Deum] *hom.oin. Ba,* Ψ (33 uel *om. etiam SmW*) 42 huiusmodi] + serui *Ed*^{4ss} 43 reuelari] reuelare *Ed*^{10} *(cf. adn. sup.)* 50 modo] *om.* Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 107*b) 52 commissi] commisso *Ed*^{2,4ss} *(praeter Ed*^{33}*)* 56 est] sunt *Ed*^{31ss}
2 procedebatur] proceditur Φ, N^bW

A.15 Parall. : *In II Sent.*, d.44, q.2, a.3 ; *Quodl. X*, q.5, a.2 [10] ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.68, a.1, arg.3 et ad 3 ; q.70, a.1, arg.2 et ad 2 ; q.104, a.5, ad 3. 17 Bernardus : Re uera adagium est, quod iam laudauerant Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, III tr. 50, c.2, q.1 (ed. Ribaillier, p. 973, 1-3) : « dicit Bernardus : Quod propter caritatem institutum est, contra caritatem non debet obseruari » ; Albertus, *In III Sent.*, d.39 K, a.7 (XXVIII, p. 742b) : « ut dicit Bernardus, quod pro caritate institutum est, contra caritatem non debet militare » ; unde Thomas, *In III Sent.*, d.39, q.un., a.3, qla 1, s.c.1 : « Sicut dicit Bernardus, quod pro caritate institutum est, contra caritatem non militat » ; *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.3, qla 4, arg.5 : « Illud quod est institutum pro caritate, contra caritatem non militat, ut Bernardus dicit » ; d.21, q.3, a.1, qla 1, arg.1 : « sicut dicit Bernardus, quod est institutum pro caritate, contra caritatem non militat » ; apud Bernardum inuenitur non ad uerbum, sed ad sensum, *De praecepto et dispensatione*, c. II, n. 5 (ed. Cist., t. III, p. 257, 7-16) : « Porro inuenta atque *instituta* fuerunt, non quia aliter uiuere non liceret, sed quod ita magis expediret, nec plane ad aliud quam ad lucrum uel custodiam caritatis. Quamdiu ergo *caritati militant*, immobiliter fixa sunt mutarique omnino, ne ab ipsis quidem praepositis, sine offensa possunt. At si, e contrario, contraria forte aliquando caritati uisa fuerint, his dumtaxat quibus hoc posse uidere datum est et prouidere creditum est, nonne iustissimum esse liquet, ut quae *pro caritate inuenta fuerunt, pro caritate quoque*, ubi expedire uidebitur, uel omittantur, uel intermittantur, uel in aliud forte commodius demutentur? Sicut e regione iniquum procul dubio foret, si *statuta pro sola caritate, contra caritatem* tenerentur ». 23 Bernardus : *De praecepto et dispensatione*, c. IV-VI (ed. Cist., t. III, p. 259-262), iam clarius et breuius contracta a Thoma, *In II Sent.*, d.44, a.2, a.3. 41-42 in iuramento fidelitatis : Hoc est in iuramento quo, tempore Thomae, uasallus fidelitatem domino promittebat ; cf. *Consuetudines (Libri) feudorum*, ed. K. Lehmann, *Das Langobardische Lehnrecht*, 3, Göttingen 1896, p. 122 : « Est et alia de nouo super fidelitatis iuramento forma inuenta, et utentium approbata consuetudine, que hodie fere in omni curia uidetur obtinere, hec scilicet : Ego Titius iuro super hec sancta euangelia, quod ... nunquam scienter ero in consilio uel in facto quod tu amittas uitam uel membrum aliquod, uel quod tu recipias in persona aliquam lesionem uel iniuriam uel contumeliam, uel quod tu amittas aliquem honorem quem nunc habes uel in antea possidebis. Et si sciuero uel audiuero de aliquo qui uelit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo ut non fiat impedimentum prestabo. Et si impedimentum prestare nequiuero, *quam cito potero, tibi nunciabo* ». 45 Ysidoro : Isidorus, *Synonyma*, II 58 (P.L. 83, 858), laud. a Gratiano, *Decr.* (ed. Friedberg, I 876) et a Petro Lombardo, *Sent.*, III, d.39, c.9, n.2 (ed. Brady, p. 225, 19-21). 52 fidem commissi : Cf. Isidorus, *Synonyma*, II 58 (P.L. 83, 858 C) : « melius est enim non promittere quam fidem prommissi non exsoluere ».

A.16 Parall. : *In IV Sent.*, d.19, q.2, a.3, qla 1, arg.5 et ad 5 ; *Quodl. XI*, q.10, a.2 [13] ; *De secreto* (ed. Leon., t. XLII, p. 487-488 ; *Quodl. IV*, q.8, a.1 [12] ; *Q. de corr. fraterna*, a.2, arg.13 et ad 13 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.70, a.1 5 Ieronimus : Re uera Origenes, *In Lib. Iesu Naue*, Hom. VII, n. 6, a Rufino transl. (ed. W. A. Baehrens, in GCS XXX, Origenes Werke Bd. 7, Leipzig 1921, p. 333, 7-10), sed sub nomine Hieronymi laud. a Gratiano, *Decr.*, I Pars, d. 45, c. 17 (Friedberg, t. I, 166) : « et dum uni parcunt, uniuersae ecclesiae moliuntur interitum. Que ista bonitas, que ista misericordia est, uni parcere, et omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex uno peccatore populus », ex *Decreto* a Thoma, *In IV Sent.*, d.19, q.2, a.2, qla 1, ad 1 ; q.2, a.3, qla 1, ad 2 ; qla 2, ad 1 (ed. Moos, p. 992, 1001 et 1003).

occultari culpa unius in preiudicium multorum; sed presumendum est quod prelatus culpam unius cognoscere uelit propter multitudinis bonum; ergo prelato precipienti debet culpa alterius reuelari.

Set contra est quod Gregorius dicit, quod, etsi *aliquando* propter *obedienciam* debemus aliqua bona dimittere, nullo tamen modo propter obedienciam debemus aliquod *malum* perpetrare; set malum esse uidetur, culpam occultam detegendo, alium infamare; ergo hoc propter obedienciam fieri non debet.

Responsio. Dicendum quod religiosus prelatus in capitulo preest sicut in foro iudiciali; unde ad ea potest ex precepto subditos obligare ut ei pandantur, propter que potest iudex ecclesiasticus in foro iudiciali iuramentum exigere.

Est igitur sciendum quod in criminibus triplex est modus procedendi : unus per denunciationem, alius per inquisitionem, alius per accusationem.

In uia igitur denunciationis intenditur correctio delinquentis, et ideo, secundum preceptum Domini, Mathei XVIII, debet precedere fraterna correctio, ut scilicet corripias *eum inter te et ipsum solum*; quod *si non audierit,* coram duobus uel tribus testibus; et ultimo dicatur *ecclesie*. Caritatis enim est ut aliquis parcat fratri quantum potest; unde prius debet niti ut corrigat conscienciam fratris seruata fama, solitarie ammonendo, et postmodum coram duobus uel tribus, tandem negligenda est fama ut emendetur consciencia, et dicendum est ecclesie. In quo etiam processu consulitur consciencie : nam peccator, si a principio uideret se publicatum, amitteret uerecundiam et obstinatior fieret ad peccandum.

In inquisitione uero debet precedere infamia. In accusatione uero debet precedere inscriptio, per quam ipse <se> obligat ad talionem. In inquisitione enim et accusatione intenditur pena peccantis propter multitudinis bonum.

Si igitur appareat accusator in capitulo qui se obliget ad talionem, potest prelatus precepto ueritatis confessionem exigere, sicut et iudex ecclesiasticus iuramento. Et similiter si precedat infamia, potest prelatus precepto ueritatem exquirere, et subditi tenentur obedire.

Si autem procedatur per uiam simplicis denunciationis, non tenetur religiosus prelato precipienti culpam fratris reuelare, nisi precedente monitione eum uideat incorrectum. Immo magis peccaret, si ad preceptum prelati reuelaret, quia plus tenetur obedire euangelio quam prelato. Et multo magis prelatus peccaret, si subditum induceret ad peruertendum ordinem euangelii.

Ad primum ergo dicendum quod de peccato preterito, de quo aliquis iam correctus <est> ad secretam ammonitionem, uel de quo potest sperari corrigendus, nisi contrarium inueniatur, non potest inminere periculum multitudini. Set de peccato futuro quod esset periculosum multitudini uel spiritualiter uel corporaliter, procedit obiectio : tunc enim non oporteret monitionem secretam exspectare, set statim periculo occurrere. Vnde et Dominus non dicit : Si peccare intenderit, in futuro, set : *si peccauerit,* in preterito.

<Questio 9>

Deinde queruntur quatuor ad culpam pertinencia : primo, utrum peccatum sit natura ali-

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 19 sicut] + iudex ecclesiasticus Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 107*b) 32 testibus] *om. Ed*^{32ss} 33 parcat] ponit Φ^{2b} : portat Ψ(- *WP*^{7} : portet *Sm* : parcat *rest. sec.m. C*^{b}*Li*) fratri] fratres *?pr.m. P*^{1} : fratrem *Sm* : eum *V*^{4} : et non *E : lac. P*^{9} 34 niti] mitti Ψ(- *P*^{7} *: corr. sec.m. C*^{b}*Li*) 37 emendetur] emundetur Ψ 39 consulitur *scr. cum dett. Ed*^{2,4ss} : consistitur *codd* (conseruatur *corr. sec.m. P*^{1} *: cf. adn. inseq.*) consciencie] consciencia Φ^{2b} (37-39 et dicendum — consciencia *hom.om. E : cf. adn. sup.*) 44 se *hic suppl. cum F, M*^{1}*M*^{3}*, dett : post* obligat *suppl. Ed*^{2,4ss} : *om. codd* (*pro* obligat *hab.* obligatur *C*^{b}*An. sec.m. P*^{1}*, dett*) 45 enim] autem Φ 50 iuramento] iuramentum *Ed*^{19ss} (*praeter Ed*^{30} : *subaudiendum est* <potest ueritatis confessionem exigere>) 62 de peccato] *om.* Ψ 63 est *suppl. cum* Φ^{2b} : *om.* Φ^1, Ψ

11 Gregorius : *Moralia*, XXXV XIV 29 (CCSL 143 B, p. 1793, u. 176-178), a Gratiano laud., *Decr.*, II.P., causa XI, q.3 c. 99 (Friedberg, I, 671), a Thoma, *II*^{a} *II*^{ae}, q.104, a.3, arg.3. 23-24 triplex est modus procedendi : Cf. supra, *Quodl. XI*, q. 10, a.2 [13], u. 24-37, cum adn. 29 Mathei XVIII : 15-17. 39-41 nam — peccandum : Cf. Hieronymus, *In Matheum III* (in XVIII 15; CCSL 77, p. 161, 614-615) : « Corripiendus est autem frater seorsum ne, si semel pudorem ac uerecundiam amiserit, permaneat in peccato »; Augustinus, *Sermo 82 (De uerbis Domini 16)*, IV 7 (P.L. 38, 509 A) : « Ergo *corripe eum inter te et ipsum solum*, intendens correctioni, parcens pudori. Forte enim prae uerecundia incipit defendere peccatum suum, et quem uis facere correctiorem, facis peiorem »; ambo a Thoma laud. *Catena in Matheum*, XVIII 15, et *II*^{a} *II*^{ae}, q.33, a.7; *Q. de corr. fraterna*, a.2 (s.c. 1 et c.); ipse Thomas, *In Matheum*, XVIII 15 : « Tamen frequenter accidit quod quando homo uidet publicari peccatum suum, ita fit effrons quod omni peccato se exponit ». 43-44 inscriptio — talionem : Cf. supra, *Quodl. XI*, q.10, a.2 [13], u. 30-31, cum adn. 62-72 Ad primum — in preterito : Cf. Thomas, *Q. de corr. fraterna*, a.2, arg.10 et ad 10. 72 si peccauerit : *Matthaei eu.*, XVIII 15.

qua; secundo, utrum periurium sit grauius peccatum quam homicidium; tercio, utrum peccet qui propter ignoranciam constitutionem Pape non seruat; quarto, utrum monachus peccet mortaliter comedendo carnes?

<Q. 9, a. 1 [17]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod peccatum non sit aliqua natura.

Dicitur enim Iohannis 1 : *Sine ipso factum est nichil,* id est peccatum; set quod est natura aliqua, non potest dici nichil; ergo peccatum non est natura aliqua.

Set contra. Si peccatum non est natura aliqua, oportet quod sit priuatio pura; set priuatio pura non dicitur secundum magis et minus, ut mors et tenebra; ergo unum peccatum non esset grauius altero, quod est inconueniens.

Responsio. Dicendum quod peccatum, maxime transgressionis, est actus inordinatus; ex parte ergo actus, peccatum est natura aliqua, set inordinatio est priuatio, et secundum hanc peccatum dicitur nichil.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

<a. 2 [18]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod periurium sit grauius peccatum quam homicidium.

<1> Dicit enim Bernardus quod contra precepta prime tabule non potest dispensare nec Deus nec homo, contra precepta autem secunde tabule potest dispensare Deus, set non homo; ex quo potest accipi quod grauius sit peccare contra precepta prime tabule quam contra precepta secunde; set periurium est contra preceptum prime tabule, quod est : *Non assumes nomen Dei tui in uanum,* homicidium autem contra preceptum secunde tabule : *Non occides*; ergo grauius peccatum est periurium quam homicidium.

<2> Preterea. Grauius est peccare in Deum quam in hominem; set periurium est peccatum in Deum, homicidium in hominem; ergo grauius peccatum est periurium quam homicidium.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 6 Pape] populeΨ(- P^7 : populi C^bSm : copule *W* : pape *rest. sec.m. C*^{b}*Tl)* 7 seruat *P*, P^7 : seruet *cett* (conseruet *As*) 10 procedebatur] proceditur *PO*, N^bSm 18 secundum] *post* 19 tenebra *tr.* Φ^{2b} 18-19 et tenebra] in tenebra Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 107*b) 24 est] *om.* Φ^{2b} hanc (+ priuationem B^1L^1, Φ^{2bg}, Kr^8) : hunc Ψ (+ modum *W* : hoc SmP^7) 26 solutio] responsio Ψ
2 proceditur] procedebatur $Ed^{2,4ss}$ 11 set] + contra Ψ(- WP^7) 13 autem] + est *E*, $Ed^{2,4ss}$

A.17 Parall. : *In II Sent.*, d.36, q.1, a.1, arg.1 et ad 1 ; d.37, q.1, a.1 ; *Q. de malo*, q.2, a.1, arg.4 et ad 4 ; *In Iohannis eu.*, c. 1, lect. 2 (Piana, t. XIV 2, f. 5ra B6-C4). 12 Iohannis 1 : 3. 13 id est peccatum : Cf. Augustinus, *Tract. in Iohannis eu.*, I 13 (CCSL 36, p. 7, § 13, u. 1-7) : « Sane, fratres, quod sequitur : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, uidete ne sic cogitetis, quia nihil aliquid est. Solent enim multi male intelligentes *sine ipso factum est nihil*, putare aliquid esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum factum est; et manifestum est, quia peccatum nihil est, et nihil fiunt homines cum peccant » ; de hac Augustini interpretatione iam tractauerant Anselmus, *De conceptu uirginali et de originali peccato*, c. V (ed. F. S. Schmitt, 1968, t. I, vol. 2, p. 146-147); uerba Augustini laudantur a Petro Lombardo, *Sent.*, II, d.35, c.2, n. 1 (ed. Brady, p. 530). — Nihil dicit hic Thomas de falsis uersiculi Iohannis interpretationibus ab haereticis propositis, praecipue ab antiquis Manichaeis (cf. Augustinus, *De natura boni*, XXV, CSEL 25, p. 866-867), sed de his erroribus fusius tractat *In Iohannis eu.*, c. 1, lect. 2 (Piana, t. XIV 2, f. 4vb-5ra C). — Nusquam adludere uidetur Thomas ad errores Neo-Manichaeorum, de quibus cf. G. Madec, *« Nihil » cathare et « nihil » augustinien*, in *Revue des études augustiniennes*, 23 (1977), p. 92-112. 17-19 priuatio — tenebra : Adagium iam a Bonauentura saepius laud. : *In II Sent.*, d.3, dub. 2 (p. 111) ; d.34, a.2, q.3, opp. 4 et ad 4 (p. 814 et 816) ; *In III Sent.*, dub.36, d.2 (p. 808) ; *In IV Sent.*, d.18, P. II, a.un., q.5, ad 3 (p. 491a), nec non ab ipso Thoma : *In II Sent.*, d.42, q.2, a.5, arg.1 ; *Q. de pot.*, q.1, a.3, arg.4 et ad 4 ; *I*^{a}, q.11, a.4, arg.1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.73, a.2, arg. 2 ; sol. : « Est enim quedam simplex et pura priuatio, que consistit quasi in corruptum esse, sicut mors est priuatio uite et tenebra est priuatio luminis » ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.82, a.4 : « priuationes autem totaliter aliquid priuantes, ut mors et tenebre, non recipiunt magis et minus ». 18 mors : Cf. Seneca, *Ep. ad Lucilium*, 66, 43 (éd. Préchac, Coll. Budé, Paris 1969, p. 131) : « Mors nulla maior aut minor est ». 19-20 unum — altero : Paradoxum est Stoicorum, a Thoma saepius reprobatum, uelut : *In II Sent.*, d.42, q.2, a.5 ; *C.G.*, III 139 ; *Q. de malo*, q.2, a.9 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.73, a.2. Cf. iam Bonauentura, *In III Sent.*, d. 36, Dubium II (p. 808). 22 maxime transgressionis : Cf. Thomas, *I*^{a} *II*^{ae}, q.71, a.5.

A.18 Parall. : *Quodl. V*, q.10, a.2 [20] ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.70, a.4, ad 3. 5 Bernardus : *De praecepto et dispensatione*, c. III (ed. Cist., t. III, p. 257-259), ad sensum. 12-13 Non — uanum : *Exodi* XX, 7 (Domini Dei). 14 Non occides : *Exodi* XX, 13.

Set contra. Pena proportionatur culpe; set grauius punitur homicidium quam periurium; ergo est grauius peccatum.

Responsio. Dicendum quod, sicut Apostolus dicit ad Hebreos VI : *Homines per maiores sui iurant, et omnis controuersie eorum finis est adiuramentum.* Frustra autem in causa homicidii controuersie finis esset iuramentum, si homicidium esset grauius quam periurium : presumeretur enim quod qui maiorem culpam homicidii commisisset, non uereretur minorem periurii incurrere. Vnde, ex hoc ipso quod in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum, manifeste ostenditur quod periurium pro maximo peccato debet haberi. Nec inmerito, quia periurare nomen Dei uidetur quedam diuini nominis denegatio; unde secundum locum post ydolatriam peccatum periurii tenet, ut ex ordine preceptorum apparet. Set et apud Gentiles iusiurandum erat honoratissimum, ut dicitur in principio Methaphisice.

Primas ergo rationes concedimus.
Ad illud uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod in iudicio humano non semper quantitas pene respondet quantitati culpe : interdum enim infligitur maior pena pro minori culpa, quando grauius nocumentum inminet hominibus ex minori culpa. Set secundum Dei iudicium grauior culpa grauiori pena punitur; unde, ut ostendatur grauitas ydolatrie et periurii, postquam in primo precepto dixerat : *Non adorabis ea neque coles,* subditur, Exodi XXI : *Ego sum Dominus Deus tuus, uisitans iniquitates patrum in filios*; et, postquam dixerat : *Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum*, subditur : *Nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini sui frustra.*

<a. 3 [19]>

Ad tercium sic procedebatur. Videtur quod qui facit contra constitutionem Pape per ignorantiam, non peccet.

<1> Vt enim Augustinus dicit, *peccatum adeo est uoluntarium, quod si non sit uoluntarium, non est*

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 25 adiuramentum] iuramentum $Ed^{2,4ss}$ *(sed cf. app. fontium)* 30 uerereturl uereteretur *?*Φ (uitaret *P* : uetaretur *E* : ueretur *Ba*^{1}) 38 erat] om. Ψ (est *pr.m. P*^{7} : erat *rest. sec.m. TlP*^{7}) 40 ergo] autem Ed^{8ss} 42 non] sicut *?*Φ^{2b} 50 coles] tales Ψ(- *P*^{7} ; *cf. Préf., p.* 104*ab) XXI] 21 Ed^5 : 27 Ed^{20} : 20 Ed^{30} : XX Ed^{31ss} 53-54 insontem *scr. cum dett,* $Ed^{2,4ss}$: insomptem Φ^1 : *om.* Φ^{2b} : in[...] *(lac.)* Ψ (insontem *sec.m. C*^{b}*TlP*^{7} : *om. Sm)* 54 sui] dei sui *P : om. W,* Ed^{19ss}

20 Pena proportionatur culpe : Adagium a Thoma uariis uerbis saepius laud., et saepe auctoritate munitum Deuteronomii XXV, 2 : « Pro mensura peccati erit et plagarum modus » (rarius etiam auctoritate Isaiae XXVII, 8, uelut *In IV Sent.*, d.20, q.un., a.2, qla 1, s.c.1 ; *C.G.*, III 142); cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.20, q.un., a.3, qla 3, arg.1 ; d.21, q.1, a.1, qla 3, arg.2 ; d.44, q.3, a.3, qla 3, s.c.2 (= *Suppl.*, q.70, a.3, s.c.2) ; d.46, q.1, a.3, arg.1 (= *Suppl.*, q.99, a.1, arg.1) ; *C.G.*, III 142 ; IV 90, n. 5 ; *Q. de malo*, q.5, a.4, arg.3 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.72, a.5, arg.1 ; q.87, a.4, arg.2 ; q.105, a.2, arg.9 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.3, arg.3 ; q.39, a.1, arg.1. 24 ad Hebreos VI : 16 (Wordsworth-White, II 717) : « Homines enim per maiorem sui iurant et omnis controuersiae eorum finis ad confirmationem est iuramentum », a Thoma laud. *I*^{a} *II*^{ae}, q.100, a.5, ad 3 (ed. Leon., t. VII, p.212 ; cf. « ad confirmationem » *II*^{a} *II*^{ae}, q.89, a.1 ; a.10, arg.1). Sed breuius habet Thomas *In III Sent.*, d.39, q.1, a.1, s.c.3 (ed.Moos, p. 1284 ; Ms. Pamplona 51, f. 181va9) : « Set finis omnis controuersie est iuramentum, ut dicit Apostolus ad Hebreos » ; *In IV Sent.*, d.28, q.1, a.1, arg.3 (Mss Angers B.M. 209, f. 150rb ; Assisi Com. 119, f. 181vb) : « secundum Apostolum ad Hebreos : Omnis controuersie finis est adiuramentum » (« ad » *del. sec.m. in utroque cod.*) ; « adiuramentum » uidetur etiam habere Ps.-Patricius, *Synodus secunda S. Patricii*, ed.Bieler, p. 194 ; cf. *Vetus Latina*, t. 25, Pars II, p. 1284-1285). — In codicibus tamen Thomae posset legi duobus uerbis : « ad iuramentum ». 39 in principio Methaphisice : Ar., *Met.*, I, 983b33, a Iacobo Veneto transl. (A.L., XXV 1-1^a, p. 12, 21-22 ; cf. *Transl. comp.*, p. 95, 19) : « iusiurandum autem honorabilissimum ». — Aliter in translatione Anonyma (A.L., XXV 2, p. 13, 16) : « sed sacramentum quod honorabilius , et in Moerbecana (Paris B.N. lat. 16584, f. 98ra) : « sacramentum autem quod honorabilius ». 49-50 Non — coles : *Exodi* XX, 5. 50 *Exodi* XXI : Re uera XX, 5 (*Biblia sacra*, t. II, p. 180) : « ego sum Deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem (-tes *uar.*) patrum in filiis (-lios *uar.*). 52-55 Non — frustra : *Exodi* XX, 7 *(ibid.)*.

A.19 Parall. : *Q. de uer.*, q.17, a.3, sol. u. 66-86, ad 1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.90, a.4, ad 2. 5 Augustinus : Peccatum esse uoluntarium saepissime asserit Augustinus. Vnde adagium : « Omne peccatum est uoluntarium » saepius Augustino, sine libri mentione, attribuit Thomas, uelut : *In II Sent.*, d.22, q.2, a.2, s.c.2 : « Omne peccatum est uoluntarium, secundum Augustinum » *(libri mentionem add. edd recc)* ; d.35, q.1, a.3, arg.5 : « Augustinus dicit quod omne peccatum est uoluntarium » ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.6, a.8, arg.2 ; q.76, a.3, arg.1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.15, a.1, arg.3 ; q.46, a.2, arg.2 ; q.53, a.1, arg.1 ; q.64, a.8, sol. ; q.108, a.4, s.c. — Plus quam semel tamen Augustinum, *De duabus animabus*, c. 12 et 14 (CSEL 25, p. 68, 2-3 et 21) : « quibus concessis colligerem nusquam scilicet nisi in uoluntate esse peccatum ... Non igitur nisi uoluntate peccatur », laudat Thomas, uelut : *Q. de uer.*, q.22, a.5, arg.6 (sine libri mentione) : « peccatum autem non committitur nisi uoluntate, secundum Augustinum » ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.74, a.2, arg.1 : « Dicit enim Augustinus in libro De duabus animabus quod non nisi uoluntate peccatur » ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.2, arg.1 : « omne enim peccatum in uoluntate est, ut Augustinus dicit in libro De duabus animabus » ; q.59, a.1, arg.3 (sine libri mentione) : « omne peccatum est in uoluntate, ut Augustinus dicit » ; q.156, a.3, sol. : « peccatum secundum Augustinum precipue in uoluntate consistit ». — Quandoque tandem uerba Augustini, *De uera religione*, XIV 27 (CCSL 32, p. 204, 4-5) : « Nunc uero usque adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit uoluntarium », liberius laudat Thomas, uelut : *Q. de uer.*, q.22, a.6, s.c.2 (sine libri mentione) : « secundum Augustinum peccatum adeo est uoluntarium quod nisi sit uoluntarium, non est peccatum » ; hic, *Quodl. I*, q.9, a.3 [19], u. 5-7 : « Vt enim Augustinus dicit, peccatum adeo est uoluntarium, quod si non sit uoluntarium, non est peccatum » ; *Q. de malo*, q.2, a.1, arg.2 : « Augustinus dicit quod peccatum est adeo uoluntarium quod si non sit uoluntarium non est peccatum » ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.71, a.5, arg.2 : « Augustinus dicit in libro De libero arbitrio quod omne peccatum adeo est uoluntarium quod si non

peccatum; set ignorancia causat inuoluntarium, ut dicitur in III Ethicorum; ergo quod fit per ignoranciam, non est peccatum.

<2> Preterea. Secundum iura, dominus potest repetere seruum suum ordinatum post certum tempus; hoc autem debet computari *a tempore* noticie, non *a tempore ordinationis*; ergo obligatio constitutionis Pape obligat a tempore noticie.

Set contra. *Ignorancia iuris non excusat*; set constitutio Pape facit ius; ergo qui facit contra constitutionem Pape per ignoranciam, non excusatur.

Responsio. Dicendum quod ignorancia que est causa actus, causat inuoluntarium; unde semper excusat, nisi ipsa ignorancia sit peccatum. Est autem ignorancia peccatum, quando ignorat quis que potest scire et tenetur; constitutionem autem Pape omnes suo modo scire tenentur; si ergo aliquis nesciat per negligenciam, non excusatur a culpa, si contra constitutionem agat. Si uero aliquis habeat sufficiens impedimentum propter quod scire non potuerit, puta si fuit in carcere uel in terris extraneis ad quas constitutio non peruenit uel propter aliquid simile, talis ignorancia excusat, ut non peccet contra constitutionem Pape agens.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

<Q. 9, a. 4 [20]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod monachus peccet mortaliter comedendo carnes.

<1> Dicit enim canon De consecratione quod monachi non debent comedere carnes et, si contra fecerint, debent incarcerari; set talis pena non infligitur nisi pro peccato mortali; ergo monachi comedentes carnes peccant mortaliter.

<2> Preterea. Facere contra uotum est peccatum mortale; set monachi ex uoto obligantur ad seruandam regulam beati Benedicti, in qua continetur quod monachi *a carnibus abstineant*; ergo monachi peccant mortaliter comedendo carnes.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 13 noticie... ordinationis *scr. cum Si, Ed*^{33} : *inu. codd. edd* (ordinationis + Pape *Gf*, Φ^{2bF} : ordinationis non a tempore *om. P*^{2}, *Kr*^{6}*Kr*^{4}*Kr*^{5}, *F*^{1}*F*^{2}, *M*^{1}*M*^{3} : non a tempore ordinationis set a tempore noticie *corr. sec.m. P*^{10a}, *partim sec.m. InSg, pr.m. Ve*) 24 autem] enim Φ *(cf. Préf., p.* 104*b) 26 nesciat] al' sciat *?* Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 107*b) 27 si] *om.* Ψ*(-SmP*^{7} : *suppl. sec.m. C*^{b}*Tl)* agat] agens *W (cf. adn. sup.)* 31 aliquid simile] *uariat* Ψ *(cf. Préf., p.* 104*b) 34 solutio] responsio Ψ
7 infligitur *scr. cum dett (cf. u.* 77) : inprimitur Φ : inponitur Ψ *(cf. Préf., p.* 104*b)

sit uoluntarium, non est peccatum»; q.74, a.2, arg.3 : «ut dicit Augustinus in libro De libero arbitrio, peccatum adeo est uoluntarium quod si non sit uoluntarium, non est peccatum». Sententiam libri *De uera religione* perperam attribuit Thomas libro *De libero arbitrio*, quia ibi similis sententia inuenitur, III XVII-XVIII (CCSL 29, p. 304). Cf. etiam Augustinus, *Retract.*, I XIII 5 et XV 2 (CCSL 57, p. 38 et 45-46). 8 in III Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, III, 1110b18-1111a21, a Roberto Grosseteste transl. (A.L. XXV, p. 181,9-182,16). 10-12 Secundum iura — tempus : Cf. Iustiniani Nouellarum versio latina, in *Corpus iuris ciuilis*, vol. III, *Novellae*, recogn. R. Schoell... G. Kroll, 10ª ed. ster., 1972, p. 607, Nouella 123, c. 17; laudata a Gratiano, *Decr.*, I, d.54, c. 20 (Friedberg, I 213) : «Si seruus, sciente et non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipso liber et ingenuus erit. Sed si ignorante domino, licet ei, intra spatium unius anni et seruilem fortunam probare et seruum suum accipere (*uar.* recipere)», a Thoma laud. *Contra doctr. retrahentium*, c. XII, u. 157-163. 12-13 hoc — ordinationis : Cf. Raimundus de Pennaforte, *Summa de iure canonico*, cur. X. Ochoa et A. Diez, Roma 1975, col. 117 : «Item, a quo tempore computabitur annum...? Dic quod a tempore scientiae. Quidam tamen dicunt quod a tempore... ordinationis»; Id., *Summa de penitencia*, lib. III, tit. 17 (ed. Veronae 1744, p. 272b; ed. X. Ochoa et A. Diez, Romae 1976, col. 620) : «Et computatur iste annus secundum Laurentium <Hispanum>, cui assentio, a tempore scientiae domini. Arg. causa 17, q.2, c. *Si quis incognitus*. Huguccio uero dicit quod a tempore ordinationis»; Hostiensis, *Summa aurea*, I, De seruis non ordinandis (ed. Lugduni 1556, f. 54rb; Ven. 1574, c. 234) : «hoc si intra annum repetitur, a tempore ordinationis, secundum Hugucionem, uel a tempore sciencie, secundum Laurentium, fratrem Raymundum et Goffredum, computandum, LIV di. *Si seruus sciente*; vltimum approbo». 16 Ignorancia iuris non excusat : De hoc adagio, cf. O. Lottin, *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. III, Seconde partie, I, Louvain-Gembloux 1949, p. 53-96 : Le problème de l'«ignorancia iuris» de Gratien à saint Thomas d'Aquin. 20-24 ignorancia — tenetur : Cf. O. Lottin, *loc. laud.*, p. 9-51 : La nature du péché d'ignorance depuis le XII^e siècle jusqu'au temps de saint Thomas d'Aquin. — Praecipui loci Thomae : *In II Sent.*, d.22, q.2, a.1 et 2; *Q. de malo*, q.3, a.7 et 8; *I*^{a} *II*^{ae}, q.6, a.8; q.19, a.6; q.76.

A.20 Parall. : *II*^{a} *II*^{ae}, q.186, a.9. 4 canon De consecratione : Gratianus, *Decr.*, Tertia Pars, De consecratione, d.V, c. XXXII (ed. Friedberg, I, 1420) : «*Monacho carnem gustare non licet. Item Fructuosus Episcopus*... Carnem cuiquam monacho nec gustandi nec sumendi est concessa licentia, non quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quod carnis abstinentia utilis et apta est monachis estimetur, seruato tamen moderamine pietatis erga egrotos... Quod si quis monachus uiolauerit et contra sanctionem regulae usumque ueterum uesci carnibus presumpserit, sex mensium spacio retrusioni et penitenciae subiacebit» (cf. Fructuosus episcopus Bracarensis † c. 665, *Regula Complutensis*, c. 5, P.L., 87, 1102 B-C; *Clauis*, n. 1869). 11 regulam beati Benedicti : XXXVI 9 (*La Règle de saint Benoît*, II, SC 182, p. 570-572) : «Set et carnium esus infirmis omnino debilibus pro reparatione concedatur; at, ubi meliorati fuerunt, *a carnibus* more solito *abstineant*» (cf. etiam XXXIX 11, p. 578, nec non commentarium Domni A. de Vogüé, SC 186, p. 1103-1108).

Set contra. Nullum peccatum mortale conceditur alicui ratione cuiuscunque infirmitatis; set comedere carnes conceditur monacho ratione infirmitatis; ergo comedere carnes non est peccatum mortale monacho.

Responsio. Dicendum quod nichil est peccatum mortale monacho uel religioso cuicunque, per se loquendo, quod non sit peccatum mortale alteri, nisi sit contrarium ei ad quod se uoto professionis obligauit; per accidens tamen, ratione scandali uel alicuius huiusmodi, posset aliquid ei esse peccatum quod non esset alii peccatum.

Est ergo considerandum quid sit illud ad quod religiosus uoto professionis se astringit. Et si quidem religiosus profitendo uoueret se regulam seruaturum, uideretur se obligare uoto ad singula que continentur in regula, et sic, contra quodlibet eorum agendo, peccaret mortaliter, et ex hoc sequeretur quod religionis status esset religiosis in laqueum peccati mortalis, quod uix aut nunquam possent declinare. Sancti igitur Patres qui ordines instituerunt, nolentes hominibus inicere dampnationis laqueum, set magis uiam salutis, ordinauerunt talem professionis formam in qua periculum esse non posset.

Sicut in ordine fratrum predicatorum est cautissima et securissima forma profitendi, qua non promittit seruare regulam, set *obedienciam secundum regulam*; unde ex uoto obligatur ad seruanda ea que ponuntur in regula tanquam precepta, et que prelatus secundum tenorem regule sibi precipere uoluerit; cetera uero que non continentur in regula sub precepto, non cadunt directe sub uoto, unde ea pretermittens non peccat mortaliter.

Beatus uero Benedictus statuit monachum profiteri non quidem obseruare regulam, set quod profitens promittat conuersionem *morum suorum* secundum regulam, hoc est dictu ut secundum regulam dirigat mores suos. Contra quod facit si uel ea que sunt precepta in regula transgrediatur, uel etiam contempnat regulam, secundum eam dirigere actus suos omnino recusans. Non autem omnia que in regula continentur, sunt precepta : quedam enim monitiones siue consilia, quedam uero ordinationes siue statuta quedam, ut quod *post Completorium nemo loquatur*. Huiusmodi autem statuta que in regula continentur, non habent uim precepti, sicut nec prelatus statuens aliquid, intendit semper ad peccatum mortale obligare per preceptum : est autem prelatus quasi quedam regula animata. Vnde stultum esset putare quod monachus frangens silentium post Completorium peccaret mortaliter, nisi forte faceret hoc contra preceptum prelati, uel ex contemptu regule.

Abstinere autem a carnibus non ponitur in regula beati Benedicti ut preceptum, set ut statutum quoddam; unde monachus comedens carnes, non ex hoc ipso peccat mortaliter, nisi in casu propter inobedienciam uel contemptum.

Ad primum ergo dicendum quod pena illa infligitur monacho contumaciter et inobedienter carnes comedenti.

Ad secundum dicendum quod comedere carnes non est contra uotum monachi, nisi quando comederet ex inobediencia uel ex contemptu.

Quod uero in contrarium obicitur, efficaciam non habet : procedit enim ratio de hiis que sunt

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2a} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 24 tamen] + ut *Ed*^{10} 28 Et] Est Φ^1 38 professionis] perfectionis Φ^{2b} *(corr. sec.m. Ba*^{1}*E), primo (exp.) Tl, W* 41 profitendi *scr. cum* Φ^{2b}, *C*^{b}, *sec.m. LiW* : prouidenti Φ^1, Ψ(- *C*^{b}) 42 promittit (per-)] promittunt (per-) Φ^{2b} 56 eam] regulam Ψ 59 enim] + sunt Φ^{2b} monitiones] motiones Ψ(- *LiSm : corr. sec.m. P*^{7}*, ? Tl*) 63 nec] *om.* Ψ(- *P*^{7} : *suppl. sec.m. C*^{b}*Tl* : non *ante* 64 intendit *add. Sm, sec.m. Li*) 65 autem] tamen Ψ(- *P*^{7} *: corr. sec.m. C*^{b}) 74 hoc] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. TlP*^{7}*)* 76 ergo] *om.* Ψ(- *N*^{b}) 78 comedenti] comedendi Φ^1, *Li* 81 ex^2] *om.* Ψ, *Ed*^{31ss} 84 ratio] *om.* *Ed*^{8ss}

17 conceditur : Cf. adn. sup. 42-43 obedienciam secundum regulam : Cf. *Constitutiones antique ordinis predicatorum* (ed. H. Denifle, *Die Constitutionen des Prediger-Ordens vom Jahre 1228*, in *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, I, 1885, p. 164-227, praecipue p. 202-203) : « De modo faciendi professionem. Modus faciendi professionem talis est : Ego N. facio professionem et promitto *obedientiam* deo et beate Marie et tibi N. magistro ordinis predicatorum et successoribus tuis *secundum regulam* beati Augustini et institutiones fratrum ordinis predicatorum, quod ero obediens tibi tuisque successoribus usque ad mortem ». 52 conuersionem morum suorum : Cf. *Regula S. Benedicti*, LVIII 17 (SC 182, p. 630) : « Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conuersatione morum suorum et oboedientia » (cf. commentarium Domni A. de Vogüé, SC 186, p. 1324-1326 : « Conuersatio morum suorum », quae uox non significaret nisi « bonne vie et mœurs »). — Set, etsi non tempore Benedicti, tamen tempore Thomae uerbum « conuersatio » saepe idem ualebat atque « conuersio », cf. R. E. Latham, *Dict. of Medieval Latin from British Sources*, fasc. II C, London 1981, p. 480c-481a, « Conuersatio », 4 et 5. 61 post — loquatur : *Regula S. Benedicti*, c. XLII (SC 182, p. 584) : « Vt post conpletorium nemo loquatur ». 66 regula animata : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1132a21-22, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 234, 13-14) : « Iudex enim uult esse uelud iustum animatum <neutri generis> ». Vnde etiam Iohannes Pecham, *Quodlibet IV seu Romanum* (c. 1277-78), q.47 (ed. F. Delorme, rev. G. J. Etzkorn, Grottaferrata 1989, p. 278, 127) : « dominus Papa, qui est lex animata ». 84-86 que — huiusmodi : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1107a9-15, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 171,17 - 172,4).

secundum se mala, sicut homicidium, adulterium et huiusmodi, que sunt omnibus illicita, tam sanis quam infirmis. Non autem procedit de hiis que sunt mala quia prohibita : aliquid enim potest prohiberi sano quod non prohibetur infirmo.

<Questio 10>

Deinde circa bonum glorie querebantur duo de corporibus gloriosis; primo, utrum corpus gloriosum naturaliter possit esse cum alio corpore non glorioso in eodem loco; secundo, utrum hoc fieri possit miraculo.

<a. 1 [21]>

Ad primum sic procedebatur. Videtur quod corpus gloriosum naturaliter possit esse cum alio corpore in eodem loco.

<1> Si enim prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco, aut est propter grossiciem seu corpulenciam, aut propter dimensiones; set non propter grossiciem seu corpulenciam, quia corpus gloriosum erit *spirituale,* secundum Apostolum, I ad Corinthios XV; similiter nec propter dimensiones, quia, cum tangencia sint *quorum ultima* sunt *simul,* necesse est quod punctum unius corporis naturalis sit simul cum puncto alterius, et linea cum linea, et superficies cum superficie; pari ergo ratione et corpus cum corpore; non ergo prohibetur corpus gloriosum quin naturaliter possit esse simul cum alio corpore in eodem loco.

<2> Preterea. Commentator dicit in VIII Phisicorum quod *partes aeris et aque* partim subintrant *se inuicem,* propter hoc quod partim sunt nature spiritualis; set corpora gloriosa omnino erunt spiritualia, ut iam dictum est; ergo totaliter poterunt subintrare alia corpora et simul esse cum eis.

Set contra. Glorificatio non tollit naturam; set corpus humanum non potest naturaliter simul esse cum alio corpore in eodem loco in statu isto; ergo neque postquam erit glorificatum.

Responsio. Dicendum quod manifestum est quod corpus humanum in statu isto non potest esse cum alio corpore in eodem loco. Si ergo corpus gloriosum naturaliter posset esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam, <oporteret quod illa proprietas indita> auferat hoc quo corpus humanum in

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}, *C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 88 aliquid enim] uel aliquid enim Ψ (uel *del. sec.m. C*^{b}*Tl, om. W* : uel aliquid *Li* : Vnde aliquid *P*^{7})

25 Commentator] *obsc.* (9m̃) *multi codd* : communiter Φ^{2b}(- *EP*^{9}) : contrarium *Li* 26 et aque] in aqua Φ^{2b}(- *E* ; *cf. Préf., p.* 107*b) 30 poterunt] poterant Φ 30-31 cum eis esse *tr.* Ψ 33-34 simul esse] *inu. C*^{b}, *Ed*^{4ss} : simul (esse *om.*) *N*^{b} : *om. P*^{7} (*sed post* 34 cum alio corpore *add. pr.m.* naturaliter esse : *sec.m. exp.* naturaliter *et* simul *loco s.u. suppl.*) 38-40 Si — loco] *hom.om. AsP, Ba*^{1}, *W* 39 posset *scr. cum P*^{9} : possit *cett* 41-42 oporteret — indita *suppl. : hom.om.* Φ^1, Ψ : *uarie suppl.* oporteret quod illa (aliqua *Dl*) proprietas *B*^{1}*Dl* : oporteret quod insit ei aliqua alia proprietas *M*^{1}*M*^{3} : illa proprietas *P*^{10a}*Gf*^{1}*V*^{2}*LSiHeUt* : alia proprietas Φ^{2b} (illa proprietas *C*^{4}*L*^{1}*Pr, F*^{3}*RnSl,* Φ^{2bp}, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{2,4ss} : ista proprietas *C*^{1}*O*^{3} : oporteret ut *praem. sec.m. V*^{4}) 42 auferat] aufert, auferret, auferet *non nulli dett (cf. adn. sup.)* 42 quo *scr.* : quod Φ^1, Ψ (per quod *Sm. sec.m. Tl*) : propter quod Φ^{2b}

A.21 Parall. : *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.2, qla 2 (= *Suppl.*, q.83, a.2); *In Boeth. De Trin.*, q.4, a.3; *In ep. I ad Cor.*, c. XV, lect. 6; *In Iohannis eu.*, c. XX, lect. 4 (Piana, t. XIV 2, f. 105ra D, ubi tamen legendum uidetur : « Hec autem proprietas nullo modo separabilis et destructibilis est a corpore, cum non sit corpulencia, ut ipsi dicunt, set ipse dimensiones corporis quanti, quibus proprie accidit situs. Vnde Philosophus arguit contra ponentes ydeas et mathematica <separata> »); *III*^{a}, q.54, a.1, ad 1. 12-13 aut — dimensiones : Cf. Albertus, *De resurrectione*, tr. II, q.8, a.2 (ed. Col., t. XXVI, p. 274, 13-15) : « in locato duo sunt, scilicet distensio substantie per quantitatem intrinsecam, et repletio ex grosso materiali »; *In IV Sent.*, d.44 A, a.3, arg.4 (B, 28, 547a) : « Corpus dicitur dupliciter, scilicet a corporeitate et corpulencia; a corporeitate habet dimensiones, a corpulencia autem habet repletionem loci »; *ibid.*, s.c.4 (p. 548a) : « dicta istorum, quorum unum est quod corpus non a corporeitate set a corpulencia et grossicie habeat replere locum »; Bonauentura, *In IV Sent.*, d.49, Pars II, sect. II, a.3, q.1, ad 3 (p. 1029) : « non habet hoc quia corpus, sed quia habet corpulenciam ». 16 I ad Corinthios XV : 44-46. 17-18 cum — simul : Ar., *Phys.*, VI, 231a22-23, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 216, 4-5). 25-26 Commentator... in VIII Phisicorum : Cf. Auerroes, *In Phys.*, VIII comm. 82 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 430v I-K) : « Si igitur huius motus esset similis motui in rebus mobilibus terminabilibus, oporteret omnes *partes aeris et aque* simul moueri de primo usque au ultimum et expelli in omnibus partibus mundi, in tantum quod in totum fieret inundatio, aut corpus *intraret* corpus, quod est impossibile. Set hec corpora ab extrinsecis recipiunt densitatem et *raritatem*, et recipiendo densitatem quasi recipiunt aliquam penetrationem in suis partibus. Nam, si non reciperet penetrationem aliquam, oporteret etiam quod motus eorum omnino simul esset, ita quod ultimus terminus mundi expelleretur etiam. Et, si iste partes perfecte penetrarent *se inuicem*, tunc non moueretur de aqua nisi quantum possidet corpus quod cecidit in illa. Est igitur *quasi medium inter esse spirituale et corporale* : secundum ergo naturam spiritus accidit in partibus aliqua penetratio, unde uidimus diuersos motus non inpediri a se inuicem in aqua; secundum uero *corporeitatem* expellunt se inuicem, ita quod ex eis duobus existimatur quod aer motus in eis est qui transfertur per se, et lapis proiectus de necessitate transfertur per translationem illius partis que defert motum, et cessat illa cessante ». 29 iam dictum est : supra, u. 15. 32 Glorificatio non tollit naturam : Adagium a Bonauentura iam in hac materia laud. (*loc. laud.*, p. 1028a5) : « gloria non aufert naturam »; a Thoma saepius usurpatum : *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.1, qla 4, ad 5; a.4, qla 1; d.48, q.2, a.2, arg.10; *Q. de uer.*, q.8, a.5, arg.3 et ad 3; *II*^{a} *II*^{ae}, q.26, a.13, s.c.

statu isto prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco.

Est ergo considerandum quid sit huiusmodi prohibens.

Dicunt autem quidam hoc esse grossiciem uel corpulenciam quandam, que tolletur per dotem glorie, quam nominant subtilitatem. — Set hoc non est intelligibile. Non enim inuenitur quid sit huiusmodi corpulencia uel grossicies : non enim est aliqua qualitas, quia nulla qualitas dari potest, qua remota corpus possit esse cum alio corpore in eodem loco; similiter nec potest esse nec forma nec materia, que sunt partes essencie, quia tunc integra essencia corporis humani non remaneret cum gloria, quod est hereticum.

Et ideo dicendum est quod hoc prohibens nichil est aliud quam dimensiones, quibus substat materia corporalis. Necesse est enim ut id quod est per se, sit causa in unoquoque genere; distinctio autem secundum situm primo et per se conuenit quantitati dimensiue, que diffinitur esse quantitas *positionem habens*; unde et partes <in> subiecto ex hoc ipso distinctionem habent secundum situm, quod sunt subiecte dimensioni; et sicut est distinctio diuersarum partium unius corporis secundum diuersas partes unius loci per dimensiones, ita propter dimensiones diuersa corpora distinguntur secundum diuersa loca : duo enim corpora facit actualis diuisio materie corporalis, duas autem partes unius corporis diuisibilitas potencialis. Vnde et Philosophus dicit in IV Phisicorum quod, sicut subintrante cubo ligneo in aquam uel aerem, oportet quod cedat tantum de aqua uel aere, ita oporteret quod cederent dimensiones separate, si uacuum poneretur.

Cum ergo gloria non tollat dimensiones corporis, dico quod corpus gloriosum non potest naturaliter esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dictum est, corpus humanum in statu isto prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco non propter corpulenciam uel grossiciem, que per gloriam tollatur (spiritualitatem enim Apostolus opponit animalitati secundum quam corpus est alimonia indigens, ut Augustinus dicit, non autem grossiciei uel corpulencie), set impeditur propter dimensiones. — Ratio uero que in contrarium obicitur ponitur in sophisticas rationes a Philosopho in VI Phisicorum : puncto enim et linee et superficiei non debetur locus, set corpori; unde non sequitur, si termini corporum se tangentium sunt simul, quod propter hoc plura corpora possunt esse in eodem loco.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 45 quid *scr. cum* Φ^{2b} : quis Φ^1, Ψ (quid *sec.m. C*^{b}) 49 nominant] nominat Φ^1, *V*^{4}, Ψ(- *C*^{b}*Tl*) 50 intelligibile] intelligere Ψ *(corr. sec.m. C*^{b}*TlP*^{7}*)* 54 nec^2 *As, M*^{2}*P*^{2}*P*^{3}*P*^{5a}*Sa, SiHeUt*, Ψ(- *P*^{7}*)* : *om. cett* 55 nec] *om. N*^{b} 64 in *suppl. cum* Φ^{2b}, *sec.m. C*^{b} : *om.* Φ^1, Ψ 65 subiecto] subiecti *W* : substancie *F, M*^{1}*M*^{3} (*cf. adn. sup.* : substancie *etiam legit Remigius Florentinus, Quodl. I, a.5, u. 41, ed. E. Panella, in Memorie Domenicane NS 15, 1983, p. 86*) 69 diuersa] diuersas Φ^{2b} 74 Phisicorum] + [T.c. 76] *Ed*^{10} : + (Topicorum capite septuagesimosexto) *Ed*^{19ss} (*Praeter Ed*^{20,27,29,30}, *quae rest.* Tex. co. 76 (= Textus 76 in commento Auerrois) 74 sicut] *om.* Ψ *suppl. sec.m. P*^{7}) 82 inditam] *obsc.* Φ^{2b} (uideret *?Ba* : in deum *Ba*^{1} : <ut *sec.m.*> uidetur *V*^{4} : *lac. pr.m. P*^{9} : inditam *E, sec.m. P*^{9} : sibi inditam *P*^{1}) : *om. O* 88 animalitati] animalitate *?*Φ^{2b} 92 in] inter Φ^{2b}

47 quidam : Circa 1240, Albertus, *De resurrectione*, tr. II, q.8, a.2 (ed. Col., t. XXVI, p. 274, 16-20) : « In corporibus autem gloriosis tollitur id quod est ignobilitatis, hoc est repletio ex grosso materiali, et remanet alterum, quod est de ueritate nature humane. Et propter hoc corpus gloriosum potest esse cum alio in eodem loco » (uerum est Albertum respondere ad questionem : « utrum duo corpora *gloriosa* uel plura possint esse in eodem loco », supra, p. 272, 22-23, sed exemplo quaestionem mutauit : « Videtur quod sic, quia Dominus intrauit ostio clauso non diuidendo ostium; ergo *cum ostio* quandoque fuit in eodem loco », p. 272, 23-26); Bonauentura, *In IV Sent.*, d.49, Pars II, sect.2, a.3, q.1, concl., op. 4 (p. 1028-1029) : « Quod ergo non sunt simul, hoc est propter *corpulentiam* ipsorum, et quia unum non est alteri peruium. Si ergo ita sit quod alterum habeat subtilem corporeitatem et penetratiuam uirtutem respectu alterius, tunc quidem poterunt esse simul. Et quoniam in dote penetrabilitatis datur corpori *subtilitas* et uirtus actiua ad penetrandum non glorificatum, ideo penetrat, illo non cedente »; ad 4 (p. 1029b) : « secundum facit corpulentia et grossities, que aufertur per gloriam ». — Aliter Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr. 18, c.3, q.2 (ed. Ribaillier, p. 493, 20-31) : corpus non glorificatum potest penetrari quia est *porosum* (opinio secunda a Bonauentura reprobata, p. 1028b). — Plura corpora *gloriosa* posse esse simul docuerat Ps.-Odo Rigaldus, *In IV Sent.* (Ms. Bruxelles 11614 [1542], f. 244rb, laud. ab editore Alberti, *De resur.*, ed. Col., XXVI, p. 274, adn. ad u. 21), quem reprobat Bonauentura (p. 1029, ad 7). — Opinionem quam in suo tractatu *De resurrectione* sustinuerat, postea, c. 1248-49, diserte retractauit Albertus, *In IV Sent.*, d.44 G, a.25 (B, 28, p. 577b) et opinionem Thomae iam proposuit, ibid., a.3 (p. 549). 57 hereticum : Cf. ipse Thomas, *C.G.*, IV 84; *De articulis fidei...*, I, 275-325 (infra adn. ad. u. 103). 58 dicendum est : Est uia Auicennae, secundum Thomam, *In Boeth. De Trin.*, q.4, a.3, sol., u. 176 (= *Sufficiencia*, II 7, ed. Ven. 1508, f. 28rb-29rb). 63 diffinitur : Cf. adn. ad *Quodl. VII*, q.4, a.3 [10], u. 70. 73-78 Vnde — poneretur : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 216a26-b2, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 164,16 - 165,8), iam laud. ab Alberto, *In IV Sent.*, d.44 A, a.3, s.c.2 (B, 28, p. 547). 89 Augustinus : *De Genesi ad litteram*, XII 6 (CSEL 28, p. 389, 1-9) : « Spiritale autem pluribus modis dicitur. nam et corpus quod futurum est in resurrectione sanctorum, spiritale appellat apostolus, ubi ait : *seminatur corpus animale, surget corpus spiritale* [*I ad Cor.*, XV 44] quod miris modis ad omnem facilitatem et incorruptionem spiritui subdatur et sine ulla indigentia corporalium alimentorum solo uiuificetur spiritu, non quod incorpoream substantiam sit habiturum; neque enim et hoc corpus, quale nunc habemus, animae habet substantiam et hoc quod est anima, quia dictum est animale »; *De ciu. Dei*, XIII XX (CCSL 48, p. 403, 13-25). 93 in VI Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, VI, 231a21-b18, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 216-217).

Ad secundum dicendum quod, sicut ibidem Commentator exprimit, subintratio illa fit per condensationem, et dicuntur habere spiritualem uirtutem propter raritatem. Esset autem erroneum dicere hoc modo quod sint aeri uentisque similia, ut patet per Gregorium in XIV Moralium.

<Q. 10, a. 2 [22]>

Ad secundum sic procedebatur. Videtur quod corpus gloriosum nullo modo possit esse simul cum alio corpore in eodem loco.

<1> Sicut enim se habet corpus unum ad unum locum, ita duo corpora ad duo loca; ergo, commutatim, sicut unum corpus ad duo loca, ita duo corpora ad unum locum; set unum corpus nullo modo potest esse in duobus locis; ergo nec duo corpora in uno loco.

<2> Preterea. Si duo corpora sint in uno loco, sumentur duo puncta in duabus extremitatibus loci; sequetur ergo quod inter ista duo puncta erunt due linee recte duorum corporum in eodem loco existencium, quod est inpossibile; ergo inpossibile est duo corpora esse in eodem loco.

Set contra est quod Christus intrauit ad discipulos ianuis clausis, ut habetur Iohannis XX; quod esse non posset, nisi corpus eius simul cum corpore portarum fuisset in eodem loco; potest ergo corpus gloriosum cum alio corpore esse in eodem loco.

Responsio. Dicendum quod, sicut iam dictum est, duo corpora esse in eodem loco prohibentur ex dimensionibus, quia materia corporalis secundum dimensiones diuiditur; dimensiones autem distinguntur secundum situm. Deus autem, qui est omnium causa prima, potest conseruare effectus in esse sine causis proximis; unde, sicut conseruat in sacramento altaris accidencia sine subiecto, ita potest conseruare distinctionem materie corporalis et dimensionum in ea absque diuersitate situs. Miraculose igitur fieri potest quod duo corpora sint in eodem loco. Vnde corpori Christi attribuitur a sanctis quod exiuit per clausum Virginis uterum et quod intra-

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 99 exprimit] exponit *SmP*^{7} 100 dicuntur] durum (dur̄ *pro* dn̄r) Φ(-*P*) 102 dicere] + corpora gloriosa futura esse C^4, *sec.m.* C^b : + corpora gloriosa esse spiritualia *Ed*$^{32,34\text{-}36}$ 102 hoc modo] scilicet C^4, *sec.m.* C^b *: om. SiHeUt* 102 quod] + corpora C^1O^3 : + corpora gloriosa C^2, Φ^{2bp}, *Ed*^{1}, *Ed*^{3} *(nec non non nulli sec.m.)* 103 XIV *scr. cum Ed*^{30}, *Ed*^{33} : XIX *codd, edd (cett). — Sed in hoc loco libri sui XIV exponit Gregorius capitulum* XIX *Libri Iob.* 2 procedebatur] proceditur *PO, Ba, N*^{b} 10 loco] *om.* Ψ(-*P*^{7} : *suppl. sec.m. Tl*) 12 sumentur] sumentia *P* : sumantur *SmP*^{7}, *sec.m. OV*^{4}*C*^{b}, *Ed*^{10} 13 sequetur] sequitur *Ed*^{4ss} 14 erunt] erant Ψ(-*?P*^{7} : *corr. sec.m.* C^b)

99 Commentator : Auerroes, *In Phys.*, VIII, comm. 82, laud. supra adn. u. 25-26. 103 Gregorium : *Moralia in Iob*, XIV LVI § 72 (CCSL 143 A, p. 743, 1-5), in Iob XIX 26 : « *Et rursum circumdabor pelle mea.* Dum aperte pellis dicitur, omnis dubitatio uerae resurrectionis aufertur; quia non, ut Eutychius Constantinopolitanae urbis episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, uentis aereque subtilius », a Thoma laud. *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.2, qla 6, s.c. 2; *Catena in Lucae eu.*, in XXIV 39; *C.G.*, IV 84, n. 2; *De articulis fidei ...*, I, 297-306 (ed. Leon., t. XLII, p. 249).

A.22 Parall. : *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.2, qla 3 (= *Suppl.*, q.83, a.3); *C.G.*, IV 87; *In ep. I ad Cor.*, XV, lect. 6; *In Iohannis eu.*, XX, lect. 4; *III*^{a}, q.57, a.4, ad 2. 13-14 inter ... duo puncta (*cf. u.* 70 *et* 73) : Cf. Auerroes, *In Phys.*, V, comm. 24, in 226b33 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 224ra BC) : « quoniam minima linea recta est finita, id est quoniam minima linea recta posita inter duas distantias est una ... minima linea inducta inter duo puncta est recta ... hec est finita, id est una »; *In De celo*, I, comm. 27, in 271a9 (ed. Ven. 1562, t. V, f. 20ra B) : « inter duo puncta non potest cadere nisi una linea recta ». Vnde Bonauentura, *In IV Sent.*, d.49, P.II, sect.2, a.3, q.1, opp. 6 (p. 1028a); Thomas, *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.2, qla 3, arg.2 (ed. Piana, t. VII 2, f. 211rb BC) : « similiter etiam est contra diffinitionem linee quod *infra* duo puncta sit plus quam una linea recta, quod contingeret si duo corpora essent in eodem loco, quia *infra* duo puncta signata in diuersis superficiebus loci essent due linee recte ... » (infra *pro* inter *habent etiam ed. Veneta 1750, ed. Parmensis et ed. Vivès, nec non Suppl.*, q.83, a.3, ed. Leon., t. XII 2, p. 193a53 et 55); *In Boethium De Trin.*, q.4, a.3, s.c.2, u. 76 (ed. Leon., t. L, p. 127); *In Phys.*, V 5, n. 5 et VIII 19, n. 2 (ed. Leon., t. II, p. 245a46-47 et p. 437b12-14); *In Met.*, XI, in 1068b30-31 : « inter duo puncta non potest esse nisi una linea recta »; *In De celo*, I 8, n. 6 (ed. Leon., t. III, p. 33b42-43). 19 Iohannis XX : 19. 24-25 dictum est : a.21, u. 57-78. 29-30 causa prima — proximis : « ut patet per primam propositionem Libri de causis », secundum Thomam *In IV Sent.*, d.44, q.2, a.2, sol. 3 (cf. *Liber de causis*, ed. A. Pattin, p. 46, I § 1-2). 36 a sanctis : Hi sunt Augustinus et Gregorius, secundum Thomam, *Catena in Iohannis eu.*, in XX 19; *In ep. I ad Cor.*, c. XV, lect. 6 (Piana, t. XVI, f. 89va K); *In Iohannis eu.*, in XX 19; *III*^{a}, q.57, a.4, ad 2. — Cf. Augustinus, *Sermo 258*, n. 2 (P.L. 38, 1157) : « Nonnulli enim de hac re ita mouentur, ut pene periclitentur, afferentes contra miracula diuina praeiudicia ratiocinationum suarum ... Respice ab initio miracula Domini tui, et redde mihi de singulis rationem. Vir non accessit, et virgo concepit. Redde rationem, quomodo sine masculo virgo conceperit. Vbi defecerit ratio, ibi est fidei aedificatio. Ecce habes unum in Domini conceptu miraculum : audi etiam in partu. Virgo peperit, et virgo permansit. Iam tunc Dominus antequam resurgeret, per clausa ostia natus est »; *In Iohannis eu.*, Tractatus 121, 4 (CCSL 36, p. 667, 9-12) : « Moli autem corporis ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit »; Gregorius, *Hom. in Eu.*, II 26 (P.L., 76, 1197 C-D) : « Illud enim corpus Domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod uidelicet ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis ianuis post resurrectionem suam in aeternum iam uicturus intrauit, qui moriturus ueniens non aperto utero Virginis exiuit ? ».

uit ianuis clausis per uirtutem diuinam. Et similiter dico quod corpus gloriosum, quod erit *configuratum corpori claritatis* Christi, poterit esse cum alio corpore in eodem loco, non propter aliquam uirtutem creatam inditam, set sola diuina uirtute assistente et hoc operante. Sicut et corpus Petri sua *umbra* sanabat infirmos, <non per aliquam uirtutem creatam sibi inditam>, set diuina uirtute assistente et miracula faciente.

Ad primum ergo dicendum quod proportione commutata sic est utendum : sicut se habet primum ad secundum, ut duo ad tria, ita se habet tercium ad quartum ; ergo, commutatim, sicut se habet primum ad tercium, ut duo ad quatuor, ita se habet secundum ad quartum, id est tria ad sex. Et secundum hoc ratio sic deberet procedere : sicut se habet unum corpus ad unum locum, ita duo corpora ad duo loca ; ergo sicut unum corpus ad duo corpora, ita unus locus ad duo loca. Et sic non sequitur quod, si unum corpus non potest esse in duobus locis, quod duo corpora non possunt esse in uno loco : unum enim corpus esse localiter in duobus locis implicat contradictionem, quia de ratione loci est quod sit terminus locati, *terminus* autem est *extra* quem *nichil est* rei, unde nichil locati potest esse in loco exteriori ; quod si ponatur esse in duobus locis, sequitur quod sit extra suum locum, et ita sequitur quod sit locatum et non locatum. Nec est instancia de corpore Christi, quia non est in sacramento altaris localiter, set per conuersionem.

Ad secundum dicendum quod duas lineas mathematicas esse inter duo puncta est inpossibile, quia in eis nulla alia ratio distinctionis potest intelligi nisi ex situ ; set duas lineas naturales esse inter duo puncta est inpossibile quidem per naturam, set possibile per miraculum, quia remanet alia ratio distinctionis in lineis duabus ex diuersitate corporum subiectorum, que conseruatur uirtute diuina, etiam remota diuersitate situs.

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, C*^{b}*DuLiSmTlW, P*^{7}*)* 43 et^2] *om.* Ψ 44-45 non — inditam *suppl. cum E (cf. app. fontium) : om. codd*(- *E*), *edd* (*uarie suppl. non nulli dett, uelut* : non propria uirtute B^1 : non uirtute naturali Φ^{2bB} : non sua *Pr*^{2}*Wr*^{4}*Wr*^{3} : non quidem ex aliqua uirtute naturali indita fuit Φ^{2bP} [fuit *pro* sibi *? del. uel om. non nulli familiae testes*]) 46 et] *om.* Φ(- *P, E*) 48 sic] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7} : *pr.m. post* est utendum *SmTl*) 50-52 ergo — quartum] *hom. om. Ed*^{19} *(om. uel uarie suppl. edd ss)* 52 id est] ita Φ^{2b}(ut *E*) : scilicet *Sm* 58 possunt] possint *P, C*^{b}*TlP*^{7}, *Ed*^{19ss} 61 quia] quod Φ^{2b} (quia *rest. sec.m. V*^{4}, *dett)* 68 per] *om.* Ψ(- *Sm* : per *suppl. sec.m. C*^{b}*TlP*^{7} : secundum *suppl. pr.m. W*) 70 inter *scr.* : infra Φ : ita Ψ (*perscr. C*^{b}*P*^{7} : i^a *cett*). *Cf. u.* 73 ; infra *etiam bis hab. edd In IV Sent., d.44, q.2, a.2, qla 3, arg.2 ; quae falsae lectiones ortum habuisse uidentur ex compendio* ĩ˜, *ubi signum* ˜ *potest legi* r *uel* a : i^r = inter, i^a = infra *uel* ita : *in codice autographo Vat. lat. 9850, f. 93va3, In Boet. De Trin., q.4, a.3, s.c.2, u. 76, pro* inter habetur ĩ = in. 71 quia in eis nulla] quod in (eis nulla *om.*) Φ^{2b} 73 inter *scr.* (*cf. u.* 70) : infra Φ (ml'ta *AsO*), Ψ (i^a *Tl*) : intra *Ed*^{20,27,29,30,31ss} 76 conseruatur] conseruantur Φ (*sed coniungendum uidetur* 75-76 distinctionis ... que conseruatur ; *cf. supra, u.* 32-33)

39-40 configuratum corpori claritatis : *Ep. ad Phil.*, III 21. 43-46 Sicut — faciente : Cf. *Actus Apostolorum*, V 15, a Thoma saepius laud., uelut *I*^{a}, q.105, a.7, arg.2 ; *In Mathei eu.*, in X 1 ; *In Iohannis eu.*, in XIV 12, sed praecipue : *In ep. I ad Cor.*, XV, lect. 6 (Piana, t. XVI, f. 89va K) : « Sed sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis, sed ex uirtute diuinitatis unite, ita corpus cuiuslibet alterius sancti hoc habebit, non ex dote, sed ex uirtute diuinitatis existentis in eo. Per quem modum corpus Petri habuit quod ad umbram eius sanarentur infirmi, *non per aliquam proprietatem ipsius* » ; *De operationibus occultis nature*, u. 62-70 (ed. Leon., t. XLIII, p. 183b) : « quod quidem etiam quandoque contingere credimus in operatione diuina uel etiam angelorum bonorum : quod enim ad umbram Petri apostoli sanarentur infirmi, uel etiam quod ad tactum reliquiarum alicuius sancti aliqua egritudo pellatur, *non fit per aliquam formam hiis corporibus inditam*, sed solum per operationem diuinam que huiusmodi corporibus utitur ad tales effectus ». 47-48 proportione commutata : Cf. Thomas, *In Post.*, I 12, 93-124, cum adn. (ed. Leon., t. I* 2, p. 46-47). — Forsitan u. 50 supplendum sit : « ad quartum <ut quatuor ad sex> » ; $\frac{2}{3} = \frac{4}{6}$ ergo commutatim $\frac{2}{4} = \frac{3}{6}$

62 terminus — rei : Cf. Ar., *Met.*, V, 1022a4-5, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 106, 12, cum adn. crit.) : « Terminus dicitur quod est cuiuslibet ultimum et extra quod nichil est accipere primum (primi *uar.*) ». 70 et 73 inter duo puncta : Cf. supra, adn. ad u. 13-14. 72 ex situ : Cf. supra, *Quodl. VII*, q.4, a.3 [10], u. 68, cum adn.

<QVODLIBET SECVNDVM>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Comunale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
E = Erlangen, Universitätsbibl. 269/3 (328)
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
P^9 = Paris, Bibl. Mazarine 853
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ

Bx^1 = Bruxelles, Bibl. royale 10827-35 (1579)
C^b = Cambridge, Gonville and Caius College 93 (175). *Pars secunda*
Du = Durham, Chapter Library B.I.8
Li = Lisboa, Bibl. Nacional Alc. 262 (CCXXVI)
N^b = Napoli, Bibl. Nazionale VIII.B.21
P^7 = Paris, B.N. lat. 16297
Sm = Semur-en-Auxois, Bibl. municipale 3 *(a quaestione 4)*
W = Wien, Nationalbibliothek 3926

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de Christo, de angelis, de hominibus.

<Questio I>

Circa Christum quesita sunt duo de passione eius : primo, utrum in triduo mortis fuerit idem homo numero ; secundo, utrum quelibet passio Christi suffecisset ad redemptionem humani generis sine morte.

<a. 1 [1]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christus fuerit idem homo in triduo.

<1> Dicitur enim Mathei XII : *Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus*, ita et *Filius hominis in corde terre* ; set non fuit alius Filius hominis in corde terre nisi Filius hominis qui loquebatur super terram, alioquin Christus fuisset duo filii ; ergo fuit idem homo in triduo mortis.

<2> Preterea. Ionas fuit idem homo in uentre ceti qui prius fuerat ; set sicut Ionas fuit in uentre ceti, ita Christus in corde terre ; ergo etiam Christus fuit idem homo.

Set contra. Remota forma partis, remouetur forma totius, que resultat ex compositione forme et materie ; set in triduo mortis, anima fuit separata a corpore Christi, ergo desiit esse humanitas ; non ergo fuit idem numero homo in triduo mortis.

Responsio. Dicendum quod in Christo fuerunt tres substancie unite, scilicet corpus, anima et diuinitas ; set corpus et anima fuerunt unita non solum in unam personam, set etiam in unam naturam ; diuinitas autem in natura quidem non potuit uniri nec anime nec corpori, quia, cum sit perfectissima natura, non potest esse pars alicuius nature, set fuit unita et anime et corpori in persona. In morte autem separata fuit anima a corpore, alioquin non fuisset uera mors Christi, de cuius ratione est quod separetur anima a corpore quod per animam uiuificatur ; set diuinitas non fuit separata nec ab anima nec a corpore, quod patet ex Symbolo fidei, in quo de Filio Dei dicitur quod *sepultus* est et *descendit ad inferos* ; corpore autem iacente in sepulcro et anima ad inferos descendente, non attribuerentur ista Filio Dei nisi hec duo essent ei copulata in unitate ypostasis uel persone.

Et ideo de Christo in triduo mortis dupliciter loqui possumus. Vno modo quantum ad ypostasim uel personam, et sic est idem numero simpliciter qui fuit. Aut quantum ad naturam humanam, et hoc dupliciter. Vno modo quantum ad totam naturam, que humanitas dicitur, et sic Christus non fuit homo in triduo mortis ; unde nec idem homo nec alius homo, set eadem ypo-

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ* *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 1 *Ante* Quesitum *Rubr.* Questio de passione Christi *O, BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4} (+ anno domini .M°.CC° .LXX°. in natali domini fratris *Ba* : + in natiuitate domini fratris anno domini M° CC° LXX° *P*^{1} : *eadem uerba hab. in mg. inf. P*^{1}) : *in mg.* 2^m quodlibet de anno domini 1270 *M*^{2} : alia d/.../ anno domini /.../ (*margo resectus : complendum* : alia disputatio) *O*^{4}. *Cf. Préf., p.* 111*-112*. 7 suffecisset] fecisset Φ^{2b} 14 terre] in terre *pr.m. N*^{b}*Bx*^{1}*C*^{b}*Du* : in terra *LiF*^{1}*F*^{2} 14-15 set — terre] *hom.om.* Ψ* 15 hominis — terre] *om.* Φ^{2b} 25 anima fuit] *inu.* Φ^{2b} 27 numero] *om.* Ψ* (*lac. 8 litt. Bx*^{1} : numero *suppl. post* homo *W*) 32 etiam] *om. P. N*^{b}*Li, pr.m. P*^{7} : tantum Φ^{2b} (set — naturam *om. V*^{4}) 54 unde] ergo Ψ*(-*FV*^{1}, *M*^{1}*M*^{3}) 55 idem *scr. cum* Φ^{2b} : quidem Φ^1, Ψ* (idem *sec.m. P, sec.m. C*^{b}*P*^{7}, *AnFV*^{1})

A.1 Parall. : *In III Sent.*, d.22, q.1, a.1 ; *Comp. theol.*, I 229 (quod capitulum hic subsequitur Thomas) ; *Quodl. III*, q.2, a.2 [4] ; *Quodl. IV*, q.5, a. un. [8] ; *III*^{a}, q.50, a.4. — De statu quaestionis saec. XII et XIII^{in}, cf. A. M. Landgraf, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*. 2. Teil. Die Lehre von Christus, Bd. I, Regensburg 1953, XI, p. 272-319 : Das Problem Utrum Christus fuerit homo in triduo mortis. 12 Mathei XII : 40 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 89) : « sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre », quae uerba diligentius laud. Thomas *In III Sent.*, d.21, q.2, a.2, arg.5 (in codice autographo Vat. lat. 9851, f. 46vb20) ; sed in *III*^{a}, q.51, a.4, arg.1 (ed. Leon., t. XI, p. 490a), codices Thomae habent, pro « sic erit », « ita ... erit ». 23-24 forma partis ... forma totius : Cf. infra adn. ad a.4, u. 43-68. 30-31 tres — diuinitas : Cf. Petrus Lombardus, *Sent.*, III, d.6, c.3 (ed. Brady, p. 52, 22-23). 42 ex Symbolo fidei : hoc est ex Symbolo Apostolorum, a.6 et 7 ; cf. Thomas, *In Credo* (ed. Ayo, p. 66 et 78).

stasis. Aut quantum ad partes humane nature, et sic anima quidem fuit omnino eadem numero, eo quod non est transmutata secundum substanciam, corpus uero fuit idem numero secundum materiam, set non secundum forman substancialem, que est anima; unde non potest dici quod simpliciter fuerit idem numero, quia quelibet differencia substancialis excludit idem simpliciter, animatum autem est differencia substancialis, et ideo mori est corrumpi, non alterari tantum; nec iterum potest dici quod sit simpliciter non idem uel aliud, quia non est secundum totam substanciam non idem aut aliud. Dicendum est ergo quod secundum quid est idem, secundum quid non idem : secundum materiam enim idem, secundum formam uero non idem.

Ad primum ergo dicendum quod homo est nomen nature, set filius est nomen ypostasis; et ideo magis in triduo mortis Christus potest dici Filius hominis quam homo.

Ad secundum dicendum quod similitudo non attenditur ibi quantum ad omnia, set solum quantum ad occupationem. Nam Christus fuit mortuus in corde terre, non autem Ionas in uentre ceti.

<Q. 1, a. 2 [2]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod alia passio Christi non suffecisset ad redemptionem humani generis sine morte.

<1> Dicit enim Apostolus, Galatarum II : *Si ex lege* est *iusticia, ergo Christus mortuus est gratis*, id est inutiliter et sine causa; set si alia passio sufficeret, Christus gratis mortuus esset; set hoc habet Apostolus pro inconuenienti; ergo alia passio Christi non suffecisset ad redemptionem humani generis.

<2> Preterea. Illud emi dicitur quod iusto precio comparatur; set iustum precium pro peccato primi parentis, quo uenditum est in seruitutem genus humanum, esse non potuit aliud quam uita Christi, que ualet omnium hominum uitas, que per illud peccatum priuantur (nam *per peccatum* primi hominis *mors in omnes* introiuit, ut dicitur Romanorum V); ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionem Christi absque morte.

<3> Preterea. Gregorius dicit in III Moralium quod nisi Christus mortem *indebitam* suscepisset, nequaquam *nos a morte debita liberaret*; ergo passio alia non suffecisset ad liberationem humani generis sine morte.

<4> Preterea. Dicit Apostolus ad Hebreos X quod Christus *una oblatione consummauit in eternum sanctificatos*, et ideo non est locus secunde oblationis; set manifestum est quod Christus ante mortem multas passiones sustinuit, esuriens, laborans, consputus et flagellatus; si ergo iste passiones suffecissent, non obtulisset se ipsum ad mortem, obtulit autem *se ipsum hostiam Deo* pro peccatis nostris, ut dicitur ad Ephesios V, et hoc per mortem; ergo passio Christi absque morte non suffecisset.

Set contra. <1> Iniuria uel passio alicuius mensuratur ex dignitate persone : maiorem enim iniuriam patitur rex si percuciatur in facie quam aliqua priuata persona; set dignitas persone

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 56 partes Ψ : partem Φ 66 iterum] *om. N*^{b}*DuLi, pr.m. P*^{7} : *lac. 7|8 litt. Bx*^{1} : etiam *C*^{b}*W*

6 Christus] *post* mortuus est Φ^{2b} : *om. Li* 17 que... priuantur] que... priuatur *Ed*^{4} : qua... priuatur *Ed*^{20} : qua... priuantur *Ed*^{30} 19 Romanorum V] Io. do (*pro* Ro. V°) Φ^{2b} 24 nos] mors Ψ (nos *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}) liberaret] liberasset *P, V*^{1} 27 Dicit Apostolus] *inu.* Φ (*sed cf. u.* 5) 29 sanctificatos] sanctificatus Ψ *(corr. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 30 ante] aliquando (alīn *pro* añ) Φ^{2b} 31 esuriens] erudiens *Ed*^{31ss} *(praeter Ed*^{33}*)* 37 suffecisset] sufficiens Φ^{2b} 39 maiorem] per maiorem Φ^{2b}(- *E*)

A.2 Parall. : *In III Sent.*, d.20, q. unica, a.3; *C.G.*, IV 55, ad 23-24; *De rationibus fidei*, c. 7; *Comp. theol.*, I 227 et 231 (quae capitula hic subsequitur Thomas); *III*^{a}, q.48, a.2; q.50, a.1; q.52, a.1. 5 Galatarum II : 21 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 378) : « si enim per legem iustitia ergo christus gratis mortuus est » (ex lege *Hieron., Aug.*; mortuus est gratis D; *pro* gratis *hab.* sine causa *Hieron.*); « ex lege » hab. etiam Thomas, *III*^{a}, q.62, a.6; q.70, a.4, arg.1. 6-7 id est — causa : Hieronymus, *Dial. adu. Pel.*, II 9, 16-17 (CCSL 80, p. 66) : « Si enim ex lege iustitia, ergo Christus sine causa mortuus est »; *Glosa* (interl., t. IV, p. 359) : « gratis : frustra »; *Glosa* Petri Lombardi (P.L., 192, 117) : « ergo Christus mortuus est gratis, id est frustra, sine causa ». 19 Romanorum V : 12 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 85) : « propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit et per peccatum mors et ita in omnes homines mors pertransiit ». 22 Gregorius : *Moralia in Iob*, III XIV 27 (CCSL 143, p. 132, 40-41) : « Sed si ipse indebitam non susciperet, nunquam nos a debita morte liberaret ». 27 ad Hebreos X : 14 (ed. Wordsworth-White, t. II, 737) : « una enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos »; « in sempiternum » hab. Thomas *III*^{a}, q.80, a.10, ad 1; sed pro uar. « in eternum », cf. *Vetus Latina*, t. XXVI 2, p. 1458. 35 ad Ephesios V : 2 (p. 441) : « sicut et christus dilexit nos et tradidit se ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis »; cf. *Ep. ad Hebraeos*, IX 14 (p. 731) : « semet ipsum optulit immaculatum deo ». 39-41 maiorem — persona : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1132b28-30, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 236, 4-6).

Christi est infinita, quia est persona diuina; ergo quelibet passio eius, quantumcunque sit minima, est infinita; quelibet ergo passio eius suffecisset ad redemptionem humani generis, etiam sine morte.

<2> Preterea. Bernardus dicit quod minima gutta sanguinis Christi suffecisset ad redemptionem humani generis; potuisset autem aliqua gutta sanguinis Christi effundi sine morte; ergo etiam sine morte potuisset per aliquam passionem humanum genus redimere.

Responsio. Dicendum quod ad emptionem duo requiruntur, scilicet quantitas precii, et deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis det precium non equiualens ad rem aliquam acquirendam, non dicitur esse simpliciter emptio, set partim emptio, partim donatio; puta, si quis emat librum qui ualet uiginti libras pro decem libris, partim emeret librum et partim sibi daretur. Rursus, si daret etiam maius precium et non deputaret ad emendum, non diceretur emere librum.

Si ergo loquamur de redemptione humani generis quantum ad quantitatem precci, sic quelibet passio Christi etiam sine morte suffecisset ad redemptionem humani generis, propter infinitam dignitatem persone. Et sic procedunt due ultime rationes.

Si autem loquamur quantum ad deputationem precii, sic dicendum est quod non sunt deputate ad redemptionem humani generis a Deo Patre et Christo alie passiones Christi absque morte. Et hoc triplici ratione. — Primo quidem ut precium redemptionis humani generis non solum esset infinitum ualore, set etiam esset eiusdem generis, ut scilicet nos de morte per mortem redimeret. — Secundo, ut mors Christi non solum esset precium redemptionis, set etiam exemplum uirtutis, ut uidelicet homines non timerent pro ueritate mori. Et has duas causas assignat Apostolus, ad Hebreos II, dicens : *Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium*, quantum ad primum, *et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti*, quantum ad secundum. — Tercio, ut mors Christi esset etiam sacramentum salutis, dum nos uirtute mortis Christi morimur peccato et carnalibus concupiscenciis et proprio affectui. Et hec causa assignatur I Petri III : *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu.* — Et ideo humanum genus non est redemptum per aliam passionem absque morte Christi.

Ad primum ergo dicendum quod non sine causa deputata est mors Christi ad redemptionem humani generis, quamuis minor passio sufficere potuisset, ut dictum est.

Ad secundum dicendum quod Christus non

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}EP^{1}P^{9}V^4)*; Ψ *(N^b, Bx^{1}C^{b}DuLiW, P^7)* 47 quod] *om.* Φ 92 uiuificatos] iustificatos Ψ

47 Bernardus : Re uera Nicolaus Claraeuallensis, sed exponens et complens Bernardum; cf. Bernardus, *Super Cantica, Sermo 22*, III 7 (ed. Cist., t. I, p. 133, 19-21) : « Apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa, quia non gutta, sed unda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit »; Nicolaus Claraeuallensis, *Sermo de exaltatione sanctae crucis* (P.L. 144, 762 B) : « Nam apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa, non stricta, quia largiter unda sanguinis de corpore Christi per quinque partes emanauit. Sufficeret ad redemptionem orbis uel una pretiosissimi sanguinis gutta, sed data est copia, ut uirtus diligentis in beneficii redundatione clarescat ». Sub nomine Bernardi sententia laudatur, c. 1244-45, in *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. IV, p. 209a) : « Bernardus : Vna gutta sanguinis sufficiens fuit pretium nostre redemptionis »; c. 1245-49, a Guillelmo de Militona, *Q. de sacramentis*, tr. II, pars 7, q.38 (ed. C. Piana, Quaracchi 1961, p. 387) : « ut dicit Bernardus, cum una gutta sanguinis Christi sufficeret ad redemptionem hominis, nihilominus illum effudit in magna abundantia, ut uel sic hominem ad amorem sui alliceret »; c. 1253, sine auctoris nomine eandem sententiam fusius exponit Henricus de Segusio, card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, De remissionibus (ed. Lugduni 1556, f. 430a; Venetiis 1574, col. 1871), ad « thesaurum » describendum e quo ecclesia indulgentias haurit (cf. infra, adn. ad a.16, u. 38-59) : « Sed minima gutta sanguinis Christi sufficeret ad expiationem omnium peccatorum et redemptionem omnium hominum qui unquam fuerint uel esse possent, cum respectu Dei totus mundus nichil sit, gutta uero sanguinis Christi res pretiosissima sit. Cum igitur qualitas persone consueuerit estimationem augere et respectu Filii Dei non sit estimatio aliqua ... et Filius Dei non solum guttam, set totum sanguinem fuderit pro peccatoribus ... ». Ex *Summa fratris Alexandri* sententiam laudauisse uidetur Thomas, *In III Sent.*, d.20, q. unica, a.3, arg.4 (in codice autographo Vat. lat. 9851, f. 44ra52-54) : « Bernardus dicit quod una gutta sanguinis christi fuit suffitiens pretium nostre redemptionis ». Laudatur etiam in oratione *Adoro te deuote*, a Guillelmo de Tocco, *Ystoria*, 4ª rec. (c. 1323), Thomae attributa : « Me immundum munda tuo sanguine Cuius una stilla saluum facere Totum mundum posset omni scelere » (ed. Le Brun-Gouanvic), nec non anno 1343 a Clemente VI, Extr. *Unigenitus* (*Decretales*, ed. Friedberg, II 1304) : « sed sui ipsius agni incontaminati et immaculati pretioso sanguine nos redemit, quem in ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad uerbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose uelut quoddam profluuium noscitur effudisse ... ». 53-55 ad emptionem — emendum : Thomas, *Comp. theol.*, I 231, 76-78 : « in emptione enim qualibet non solum requiritur quantitas ualoris, set deputatio precii ad emendum ». 59 librum qui ualet uiginti libras : Liber esset pretiosus, quia saec. XIII^{ex}, quando iam librorum pretia aucta erant, Thomae *I^a II^{ae}* ualebat inter 4 et 6 libras, *II^a II^{ae}* inter 6 et 12 libras (cf. L.-J. Bataillon, *Les conditions de travail des maîtres de l'Université de Paris au XIII^e siècle*, in *Rev. Sc. ph. th.*, 67, 1983, p. 422). 81-82 ad Hebreos II : 14-15. 89 I Petri III : 18 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 296) : « christus semel pro peccatis mortuus est iustus pro iniustis ut nos offerret deo mortificatus carne uiuificatus autem spiritu » (*uar.* : peccatis + nostris : mortificatos (+ quidem) ... uiuificatos); cf. *Vetus Latina*, t. XXVI 1, p. 142-144. Etiam in *Comp. theol.*, I, c. 227, 30 hab. Thomas : « mortificatos ... uiuificatos ».

solum soluendo uitam suam, set etiam quamcunque passionem paciendo, sufficiens precium exsoluisset pro redemptione humani generis, si minor passio ad hoc diuinitus deputata fuisset, et hoc propter infinitam dignitatem persone Christi, ut dictum est.

Alie due rationes procedunt ex hoc quod alie passiones Christi non fuerunt deputate ad hoc quod per eas, absque morte Chrisit, redimeretur genus humanum.

<Questio 2>

Deinde querebatur de angelis.

Et primo quantum ad compositionem ipsorum; secundo, quantum ad tempus motus ipsorum.

Circa primum querebantur duo : primo, utrum angelus substancialiter sit compositus ex essencia et esse; secundo, utrum in angelo sit aliud suppositum et natura.

<a. 1 [3]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod angelus non componitur substancialiter ex essencia et esse.

<1> Essencia enim angeli est ipse angelus, quia *quiditas simplicis est ipsum simplex*; si ergo angelus componeretur ex essencia et esse, componeretur ex se ipso et alio; hoc autem est inconueniens; non ergo substancialiter componitur ex essencia et esse.

<2> Preterea. Nullum accidens cadit in substancialem compositionem substancie; set esse angeli est accidens; proprie enim Deo attribuit Hylarius in libro De Trinitate quod *esse non* sit *accidens* ei, *set subsistens ueritas*; ergo angelus non est essencialiter compositus ex essencia et esse.

Set contra est quod dicitur in commento Libri de causis, quod *intelligencia* (quam dicimus angelum) habet essenciam et *esse*.

Responsio. Dicendum quod dupliciter aliquid de aliquo predicatur : uno modo essencialiter, alio modo per participationem : lux enim predicatur de corpore illuminato participatiue, set, si esset aliqua lux separata, predicaretur de ea essencialiter. Secundum hoc ergo dicendum est quod ens predicatur de solo Deo essencialiter, eo quod esse diuinum est esse subsistens et absolutum; de qualibet autem creatura predicatur per participationem : nulla enim creatura est suum esse, set est habens esse; sicut et Deus dicitur bonus essencialiter, quia est ipsa bonitas, creature autem dicuntur bone per participationem, quia habent bonitatem : unumquodque enim in quantum est, bonum est, secundum illud Augustini in I De doctrina christiana, quod *in quantum sumus, boni sumus*. Quandocunque autem aliquid predicatur de altero per participationem, oportet ibi aliquid esse preter id quod participatur, et ideo in qualibet creatura est aliud ipsa creatura que habet esse, et ipsum esse eius. Et hoc est quod Boetius dicit in libro De ebdomadibus, quod in omni eo quod est citra Primum, *aliud est esse* et quod est.

Set sciendum est quod aliquid participatur dupliciter. Vno modo quasi existens de substan-

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}EP^{1}P^{9}V^4)*; Ψ *(N^b, Bx^{1}C^{b}DuLiW, P^7)* 100-101 quamcunque] quantumcunque *?P, O, BaV^4, pr.m. P^1, N^b, ?pr.m. P^7* : quantulamcunque *F* 101 passionem] pagationem Ψ (*cf. Nouum Glossarium*, pagatio = paiement : passionem *rest. sec.m. C^{b}P^7*) 101 paciendo] soluendo *(exp.)* paciendo *Bx^1 (cf. adn. sup.)* 5 querebantur] queruntur Ψ(- *Li*) 7 aliud] aliter Ψ (idem *corr. sec.m. Bx^1* : aliud *rest. sec.m. P^7*) 11 componitur] sit compositus *E, P^7 (ex u. 6)* : componatur *Ed^{4ss}* 14 quiditas] *om. As* : qualitas Ψ (quiditas *rest. sec.m. N^{b}C^{b}P^7*) 17-18 componitur] compositum (!) est Ψ (*hom.om. Li* : componitur *rest. sec.m. P^7*) 21 Deo attribuit] *inu.* Ψ 26 intelligencia] *obsc.* Φ^{2B} *(lac. 7/8 litt. E)* 28 aliquid] aliquod Φ(- *E*) 34 solo] *om.* Ψ(- *Bx^{1}P^7* : *suppl.* solo *sec.m. C^b*, sc̄o (*?* sancto) *pr.m. Li*) 38 sicut] sic *Ed^{2,4ss}* 39 essencialiter] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C^{b}P^7)* 50 citra] circa Φ^{2b}

A.3 Parall. : *De ente et essencia*, c. 5, 44-130; *In I Sent.*, d.8, q.5, a.1; *In II Sent.*, d.3, q.1, a.1; *C.G.*, II 52; *Q. de pot.*, q.7, a.4; *I^a*, q.50, a.2, ad 3; q.75, a.5, ad 4. 14 quiditas — simplex : Auicenna, *Liber de philosophia prima*, V 5 (ed. Van Riet, p. 274, 57) : « Quidditas autem omnis simplicis est ipsummet simplex », a Thoma saepius laud., uelut *In I Sent.*, d.26, q.1, a.1, ad 3; *In III Sent.*, d.5, q.1, a.3 (ed. Moos, p. 196, n. 57); *Q. de pot.*, q.7, a.4; q.9, a.1. 22 Hylarius in libro De Trinitate : VII, c. 11, u. 34-35 (CCSL 62, p. 271) : « Esse enim non est accidens nomen, sed subsistens ueritas », a Thoma laud. *C.G.*, I 22 (ed. Leon, t. XIII, p. 69b6-8); *I^a*, q.3, a.4, s.c.; *Quodl. XII*, q.4, a.1 [6]. 25-26 Libri de causis : ed. A. Pattin, Prop. VIII (IX), n. 90, p. 69, u. 98-99 : « Et *intelligentia* est habens *yliathim* quoniam est *esse* et forma »; cf. Thomas, *In II Sent.*, d.3, q.1, a.1, sol. in fine : « Et propter hoc in Libro de causis dicitur quod intelligencia non est esse tantum, sicut causa prima, set est in ea *esse et forma*, que est quiditas sua », nec non *In De causis*, prop. 9 (ed. Saffrey, p. 64, 6-13). 42 Augustini in I De doctrina christiana : c. XXXII, § 35, u. 4 (CCSL 32, p. 26). 48-49 Boetius ... in libro De ebdomadibus : Boethius, *Quomodo substantiae* ... (ed. Peiper, p. 169; ed. Stewart-Rand, p. 42) : « VII. Omne simplex esse suum et id quod est unum habet. VIII. Omni composito *aliud est esse*, aliud ipsum *est* ». Cf. Boethius, *De Trin.*, c. 2 (ed. Peiper, p. 153; ed. Stewart-Rand, p. 10) : « Reliqua enim non sunt id quod sunt. Unumquodque enim habet esse suum ex his ex quibus est, id est ex partibus suis, et est hoc atque hoc, id est partes

cia participantis, sicut genus participatur a specie; hoc autem modo esse non participatur a creatura : id enim est de substancia rei quod cadit in eius diffinitione, ens autem non ponitur in diffinitione creature, quia nec est genus neque est differencia. Vnde participatur sicut aliquid non existens de essencia rei, et ideo alia questio est 'an est' et 'quid est'; unde, cum omne quod est preter essenciam rei dicatur accidens, esse, quod pertinet ad questionem 'an est', <est> accidens. Et ideo Commentator dicit in V Methaphisice quod ista propositio : 'Sortes est', est de accidentali predicato, secundum quod importat entitatem rei uel ueritatem propositionis, *set* uerum est quod *hoc nomen 'ens'*, secundum quod importat rem cui competit huiusmodi esse, sic *significat essenciam rei*, et diuiditur per decem genera. Non tamen uniuoce, quia non eadem ratione competit omnibus esse, set substancie quidem per se, aliis autem aliter.

Sic ergo in angelo est compositio ex essencia et esse, non tamen est compositio sicut ex partibus substancie, set sicut ex substancia et eo quod adheret substancie.

Ad primum ergo dicendum quod aliquando ex hiis que simul iunguntur relinquitur aliqua res tercia, sicuti ex anima et corpore constituitur humanitas, que est homo, unde homo componitur ex anima et corpore; aliquando autem ex hiis que simul iunguntur non resultat res tercia, set resultat quedam ratio composita, sicut ratio hominis albi resoluitur in rationem hominis et in rationem albi, et in talibus aliquid componitur ex se ipso et alio, sicut album componitur ex eo quod est album et ex albedine.

Ad secundum dicendum quod esse est accidens, non quasi per accidens se habens, set quasi actualitas cuiuslibet substancie; unde et ipse Deus, qui est sua actualitas, est suum esse.

<a. 2 [4]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in angelo idem sit suppositum et natura.

<1> In hiis enim que sunt composita ex materia et forma, differt suppositum et natura, quia suppositum addit supra naturam speciei materiam indiuidualem, quod non potest esse in angelo, si angelus non sit compositus ex materia et forma; ergo in angelo non differt suppositum et natura.

<2> Set dicebat quod suppositum in angelo differt a natura in quantum suppositum intelligitur ut habens esse, non autem natura. — Set contra : esse, sicut non ponitur in diffinitione nature, ita non poneretur in diffinitione suppositi uel singularis, si suppositum uel singulare diffi-

Φ (pecia 2) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 57 neque] nec *P, E, N*^{b}*P*^{7} est^2] *om. AsP, EP*^{1}*, LiWP*^{7} 59 et ideo] non Φ^{2b} 61 essenciam] esse naturam Ψ(- *P*^{7})

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 60-61 unde — accidens *Inter haec uerba incipit pecia 3*^{a} *in* Φ 62 est^2 *suppl. cum Ba, sec.m. EP*^{1}*C*^{b} *: om. cett* 64 Sortes *perscriptum E, Bx*^{1}*C*^{b}*LiWP*^{7} : soŕ *cett* est^2] *om.* Ψ(- *DuP*^{7} *: suppl. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}) 80 que *codd (perscr. As, Ba, N*^{b}*C*^{b}*DuLi), edd : non est cur (cum S. Edwards) coniciamus* qua; *sed subaudiendum est* : « que est homo <communis> »; cf. *infra, a.4, u.* 124-133.
11 dicebat] dice. Φ^1 : dicebatur *Ba*^{1} 16-17 diffiniretur *scr. cum V*^{4}*, sec.m. EP*^{1}*, Ed*^{2,4ss} : diffinitur Φ(- *V*^{4}) : diffiniatur Ψ

suae coniunctae, sed non hoc uel hoc singulariter ». Ex his Boethii locis, c. 1228 (secundum N. Wicki), primus Philippus Cancellarius finxit adagia quae tritissima euaserunt : « Sicut enim dicit Boethius in libro De Trinitate : Omne quod est citra Primum est hoc et hoc » (*Summa de bono*, ed. Wicki, p. 65, 9-11); « Boethius : Omne quod est indiget esse ut sit et aliquo quo sit aliquid, et ipsum non est suum esse neque quo est aliquid » (*ibid.*, p. 67, 67-68). Vnde ipse Thomas, *In I Sent.*, d.8, q.5, a.1, s.c. : « Boetius : In omni eo quod est citra Primum differt quod est et quo est » (perperam ad *De Trin.* referunt edd). Cf. O. Lottin, *Psychologie et morale* ..., t. I, p. 430-450; R. A. Gauthier, in *Arch. hist. doctr. litt. M.A.*, 42 (1975), p. 118-119, note b; *Rev. Sc. ph. th.*, 67 (1983), p. 213-214. 63-70 Commentator — genera : Cf. Auerroes, *In Met.*, V, comm. 14 (Ms. Vat. lat. 2081, f. 53r; ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 117rb; ed. Ponzalli, p. 131-133) : « Et cum dixit quod hoc nomen 'ens' dicitur de decem predicamentis, dixit : *Et etiam ens significat essenciam* etc., id est : et hoc nomen 'ens' etiam significat illud quod significat dicere aliquid esse uerum. Cum enim dicimus aliquid esse, demonstramus ipsum esse uerum, et quando dicimus aliquid non esse, demonstramus ipsum non esse, scilicet ipsum falsum. Deinde dicit : *Et similiter in affirmatiua et negatiua* etc., et intendit per 'ens' hic illud quod sonat uerum aut simpliciter aut composite, scilicet in quesito singulari et composito. In propositione autem composita, sicut dicimus : 'Sortes est musicus' aut 'Sortes non est musicus'; in questione autem simplici, sicut dicimus : 'utrum Sortes sit' aut 'non sit'. Et uniuersaliter hoc nomen 'ens' hic non significat nisi uerum. Deinde dicit : *Sicut dicimus quod Sortes* etc., id est : et similiter in affirmatiua cum demonstrabimus esse per affirmationem in qua est hec copula 'est', demonstrabimus ipsum esse uerum, uerbi gracia : 'Sortes est musicus' ... *Sed* debes scire quod uniuersaliter *hoc nomen 'ens'*, quod *significat essenciam rei*, est aliud ab ente quod significat uerum ... Et intendebat distinguere inter hoc nomen 'ens' quod significat copulationem in intellectu et quod significat essenciam que est extra intellectum ». 77-81 aliquando — corpore : Cf. Thomas, *De ente et essencia*, c. 2, 204-207 : « ex anima enim et corpore dicitur esse homo sicut ex duabus rebus quedam res tercia constituta, que neutra illarum est, homo enim neque est anima neque corpus ». 81-87 aliquando — albedine : Cf. Ar., *Met.*, VII, 1031a15-1032a11, a Michaele Scoto transl. (in Auerroe, *In Met.*, VII 20-21, ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 168v-171v); ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 130,22 - 132,22).

niretur; ergo suppositum per esse a natura non differt; nullo ergo modo differunt suppositum et natura.

Set contra. In omnibus creaturis natura constituit suppositum; set nichil constituit se ipsum; ergo in nulla creatura est idem suppositum et natura.

Responsio. Dicendum quod ad huius questionis intelligenciam oportet considerare quid sit suppositum et quid natura. Natura autem, quamuis multipliciter dicatur, tamen uno modo dicitur natura ipsa *substancia* rei, ut dicitur in V Methaphisice, secundum quod substancia significat essenciam uel quiditatem rei uel quod quid est; illud ergo significatur nomine nature, prout hic loquimur de natura, quod significat diffinitio; unde Boetius dicit, in libro De duabus naturis, quod *natura est* unumquodque *informans specifica differencia*; differencia enim specifica est completiua diffinitionis. Suppositum autem est singulare in genere substancie, quod dicitur ypostasis uel substancia prima.

***

Et, quia substancie sensibiles composite ex materia et forma sunt nobis magis note, ideo in eis primo uideamus quomodo se habeat essencia uel natura ad suppositum.

Dicunt autem quidam quod forma partis est idem cum forma totius, que dicitur essencia uel natura, secundum rem, set differt sola ratione : nam forma partis dicitur in quantum facit materiam esse in actu, forma autem totius in quantum constituit speciem, sicut forma hominis in quantum perficit corpus dicitur anima, in quantum autem constituit speciem humanam dicitur humanitas. Et secundum hoc, in rebus compositis ex materia et forma, natura est pars suppositi : nam suppositum est indiuiduum compositum ex materia et forma, ut dictum est.

Set predicta positio non uidetur esse uera,

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 24 huius] huiusmodi *Ba*^{1}, *pr.m. P*^{1}, Ψ 30 quiditatem] quantitatem Ψ (qualitatem P^7 : quiditatem *rest. sec.m. C*^{b}) 46-47 materiam] naturam Φ^1, *BaBa*^{1}, *pr.m. P*^{9}, *W* 48-50 sicut — speciem] *hom.oom.* Φ^1 : sicut anima dicitur forma partis in quantum facit corpus esse in actu, et similiter dicitur anima forma totius in quantum constituit speciem *suppl.* Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 109*b) 55 positio] ratio (rō *pro* pō) Φ^1 : propositio *Du*

A.4 Parall. : *In I Sent.*, d.5, q.1, a.1 ; d.8, q.5, a.2 ; d.24, q.1, a.1 ; *In II Sent.*, d.3, q.1, a.2 (cf. a.5, in fine) ; *In III Sent.*, d.5, q.1, a.3 ; *C.G.*, II 54 ; *Q. de pot.*, q.7, a.4 : *Q. de spir. creat.*, a.5, ad 9 ; *I*^{a}, q.3, a.3 ; q.39, a.1 ; *Q. de unione Verbi incarnati*, a.1 ; *III*^{a}, q.17, a.1. 28-29 in V Methaphisice : Ar., *Met.*, V, 1015a10-11, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 89, 10-11) : (et etiam natura) « et species et substantia », secundum expositionem Thomae, *In Met.*, V, in hunc locum (Secundus modus adiacet quinto ...). 33 Boetius : *Liber contra Eutychen et Nestorium*, c. 1 (ed. Peiper, p. 190, 54-55 ; ed. Stewart-Rand, p. 80, 57-68) : « natura est unam quamque rem informans specifica differentia » (saepe a Thoma laud. cum « unumquodque » pro « unam quamque rem »). 38 substancia prima : Cf. Ar., *Cat.*, 2a35, b6, 8, etc., a Boethio transl., A.L., I 1-5, p. 8, u. 4, 12, 14. 43-68 Dicunt — forma : De distinctione duplicis formae « forma totius — forma partis » scripserunt M.-D. Roland-Gosselin, *Le De ente et essentia de S. Thomas d'Aquin* (Bibl. thomiste VIII), Kain 1926, p. 22, n. 1 et p. 172-173, sed praesertim A. Maurer, *Form and Essence in the Philosophy of St. Thomas*, in *Mediaeval Studies*, 13 (1951), p. 165-176, aliquantulum corr. in A. Maurer, *Being and Knowing*, Toronto 1990, p. 3-18. — Hanc distinctionem iam circa 1242 exponit Albertus, *De IV Coequeuis*, I, q.2, a.5 (ed. Borgnet, t. 34, p. 334a ; cf. IV, q.20, a.1, p. 460a-b), e quo pendet Odo Rigaldus (cf. O. Lottin, *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. I, Louvain 1942, p. 448, 57 et 449) ; c. 1247 idem Albertus, *In IV Sent.*, d.44, a.11 (ed. Borgnet, t. 30, p. 561) ; ante 1245, *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. II, p. 667b, ad 3 ; cf. t. I, p. 53b) ; c. 1250 Rogerus Bacon, *Q. supra libros IV Phys.* (OHI, fasc. 8, Oxford 1928, p. 68, 12-16) ; fusius S. Bonauentura, *In II Sent.*, d.18, a.1, q.3 (ed. Quaracchi, t. II, p. 441) ; *In III Sent.*, d.2, a.2, q.3 (t. III, p. 48b) ; d.5, a.2, q.5 (p. 141a) ; d.10, a.1, q.3 (p. 232a2 ; cf. etiam d.22, a.un., q.1, p. 453a, ad 3). Ipse Thomas hanc distinctionem saepius exponit : *De ente et essencia*, c. 2, 274-308 ; *In I Sent.*, d.8, q.5, a.2 ; *In IV Sent.*, d.44, q.1, a.1, qla 2, ad 2 (= *Suppl.*, q.79, a.2, ad 2) ; *C.G.* IV 81 (ed. Leon., t. XV, p. 236b2-36) ; *In Met.*, VII, in 1034b33, prologus ad expositionem textus « Ad euidenciam ». Ad hanc distinctionem breuius adludit Thomas : *In I Sent.*, d.23, q.1, a.1, sol. circa finem ; *In III Sent.*, d.2, q.1, a.3, qla 3, s.c. 1 et 2 (ed. Moos, p. 65, n. 61 et 62) ; d.5, exp. textus (p. 210, 3-4), d.11, a.4 (p. 370, 2) ; d.22, q.1, a.1, s.c.2 (p. 662, n. 10) ; *Quodl. IX*, q.2, a.1 [2], u. 14 ; *Quodl. XI*, q.6, a. unicus [6], arg.4 ; *In Boethium De Trin.*, q.5, a.3, prior scriptio deleta (ed. Leon., t. L, p. 146, app. A, u. 13-14) ; *C.G.*, IV 80 (t. IV, p. 251a28) ; *Q. de anima*, q.10 (ed. Robb, p. 159, 10) ; *Quodl. II*, a.1, s.c.1 ; *In Met.*, I, in 988b28-989a5 ; V, in 1015a7-13 ; VII, in 1040b5-16 ; VIII, in 1043a14-26, in fine ; *Q. de unione Verbi incarnati*, a.1, arg.11 et ad 11 (attamen plus quam semel uerbis « forma totius » ad alias sententias exprimendas utitur Thomas, uelut *C.G.*, II 72, t. XIII, p. 456-457 ; *In Dion. De diu. nom.*, XIII, lect. 2 ; *Q. de pot.*, q.3, a.17, sol. circa principium). 43 quidam : Auerroes, secundum Albertum (*In IV Sent.*, d.44, a.11 ; t. XXX, p. 561b) et ipsum Thomam (*In Met.*, VII, in 1034b33), qui adludere uidentur ad Auerroem, *In Met.*, VII, comm. 34 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 184r-185r, praesertim f. 184rb D7-184va G5), ubi tamen haec doctrina obscurius innuitur. 54 ut dictum est : supra, u. 6-7, 36-38. 55 non uidetur esse uera : « uidetur esse contra intentionem Aristotilis », dicet Thomas *In Met.*, VII, in 1034b33. E contra, hanc opinionem praeferebat Albertus « cum Auerroys et Aristotile » (*In IV Sent.*, d.44, a.11, B. 30, p. 561b), et re uera, secundum A. Maurer, *Being and Knowing*, p. 7, Auerroes (qui commentatores graecos secutus est) recte intellexerat Aristotelem. — Doctrina quam adprobat Thomas est Auicennae, secundum Albertum (*In IV Sent.*, d.44, a.11, B. 30, p. 561a), Bonauenturam (*In II Sent.*, d.18, a.1, q.3, p. 441b ; *In III Sent.*, d.2, a.2, q.3, p. 48b) et ipsum Thomam (*De ente et essencia*, c. 2, u. 45 ; *In I Sent.*, d.8, q.5, a.2 ; *In IV Sent.*, d.44, q.1, a.1, qla 2, ad 2 ; *In Met.*, VII, in 1034b33). Non tamen inuenitur apud Auicennam ad uerbum, sed ad sensum, *Liber de philosophia prima*, V 5.

quia, ut dictum est, natura uel essencia dicitur id quod significat diffinitio; diffinitio autem in rebus naturalibus non solum significat formam, set etiam materiam, ut dicitur in VI Methaphisice. Nec potest dici quod materia ponatur in diffinitione rei naturalis sicut non existens de essencia eius : hoc enim est proprium accidentis ut diffiniatur per aliquid quod non est de essencia eius, scilicet per subiectum, et ideo habent essenciam incomplete, ut dicitur in VI Methaphisice. Relinquitur ergo quod in rebus compositis ex materia et forma, essencia uel natura non sit sola forma, set compositum ex materia et forma.

Restat ergo considerandum, cum suppositum uel indiuiduum naturale sit compositum ex materia et forma, utrum sit idem essencie uel nature. Et hanc questionem mouet Philosophus in VII Methaphisice, ubi inquirit *utrum sit idem unumquodque et quod quid est* eius. Et determinat quod in hiis que dicuntur per se, idem est res et quod quid est rei, in hiis autem que dicuntur per accidens, non est idem : homo enim nichil est aliud quam quid est hominis, nichil enim aliud significat 'homo' quam *'animal gressibile bipes'*; set res alba non est idem omnino ei quod quid est album, quod scilicet significatur nomine albi : nam *album nichil significat* nisi *qualitatem*, ut dicitur in Predicamentis, res autem alba est substancia habens qualitatem.

***

Secundum hoc igitur, cuicunque potest aliquid accidere quod non sit de ratione sue nature, in eo differt res et quod quid est, siue suppositum et natura : nam in significatione nature includitur solum id quod est de ratione speciei, suppositum autem non solum habet hec que ad rationem speciei pertinent, set etiam alia que ei accidunt; et ideo suppositum significatur ut totum, natura autem siue quiditas ut pars formalis. In solo autem Deo non inuenitur aliquod accidens preter eius essenciam, quia suum esse est sua essencia, ut dictum est, et ideo in Deo omnino est idem suppositum et natura. In angelo autem non est omnino idem, quia aliquid accidit ei preter id quod est de ratione sue speciei, quia et ipsum esse angeli est preter eius essenciam seu naturam et alia quedam ei accidunt, que omnia pertinent ad suppositum, non autem ad naturam.

Ad primum ergo dicendum quod non solum in compositis ex materia et forma inuenitur aliquod accidens preter essenciam speciei, set etiam in substanciis spiritualibus, que non componuntur ex materia et forma; et ideo in utrisque suppositum non est omnino idem quod natura.

Hoc tamen est aliter et aliter in utrisque. Dupliciter enim aliquid accipitur ut accidens preter rationem rei. Vno modo, quia non cadit in diffinitione significante essenciam rei, set tamen est designatiuum uel determinatiuum alicuius essencialium principiorum, sicut rationale accidit

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa* ^{1}*EP* ^{1}*P* ^{9}*V* ^{4}*)*; Ψ *(N* ^{b}*, Bx* ^{1}*C* ^{b}*DuLiW, P* ^{7}*)* 64 habent] habet *Ed* ^{31} 64-65 essenciam] enciam *Bx* ^{1}*C* ^{b}*DuLi (corr. sec.m. C* ^{b}*)* 78 quid] quod quid *dett, Ed* ^{8ss} *(sed cf. app. fontium)* 93 quiditas] quantitas Ψ *(corr. sec.m. C* ^{b}*P* ^{7}*)* 95 essenciam] esse naturam Ψ (esse *om. N* ^{b}*)* 96 dictum est] + in precedente questione *Dl* 105 speciei] ipsius speciei *Ed* ^{8ss} 108 natura] ipsa natura *Ed* ^{8ss}

56 dictum est : supra, u. 32. 59-60 in VI Methaphisice : Ar., *Met.*, VI, 1025b28-1026a7, in Auerroe, *In Met.*, VI text. 2 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 145va) : « manifestum est igitur quod *in rebus naturalibus* queritur quid sit materia ... Naturalis enim habet considerare de aliqua forma, scilicet illa que est non sine materia ». 65 in VI Methaphisice : Cf. Ar., *Met.*, VI, 1026b21, a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Met.*, VI text. 4 (f. 147vb) : « Accidens enim uidetur prope illud quod non est quoquo modo », cum comm. Auerrois (f. 148va G) : « illa autem que sunt per accidens nullam habent speciem »; ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 119, 8-9. 72-73 in VII Methaphisice : Ar., *Met.*, 1031a15-16, ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 130, 22-23 : « Vtrum autem idem sit aut diuersum *quid erat esse* et unumquodque, prescrutandum est »; a Guillelmo de Moerbeke transl. (Ms. Paris B.N. lat. 16584, f. 135vb) : « Vtrum autem idem est aut alterum *quod quid erat esse* et unumquodque, perscrutandum est » (uox graeca τὸ τί ἦν εἶναι fere reddit « quid erat esse » Anonymus, « quod quid erat esse » Guillelmus). 74-81 Et — albi : Cf. Ar., *Met.*, VII, 1031a16-b3. 79 animal gressibile bipes : Ar., *Top.*, I, 101b29-33, a Boethio transl., A.L., V, p. 8,22-9,2, et pluries. 83 in Predicamentis : Ar., *Cat.*, 3b19, a Boethio transl., A.L., I 1-5, p. 11, 8-9 : « nihil enim aliud significat album quam qualitatem ». 96 ut dictum est : supra, a.3, sol., u. 33-38, et ad 2, u. 90-91. 97-102 In angelo — naturam : Contrarium dixisse uidetur Thomas, *Q. de spir. creat.*, a.5, ad 9 : « in formis abstractis non addit indiuiduum supra naturam speciei aliquid secundum rem, quia in talibus essentia eius est ipsummet indiuiduum subsistens, ut patet per Philosophum in VII Methaphisice [1031a28-b3] ». Secundum M.-D. Roland-Gosselin, *Le De ente et essentia* ..., p. 192-193, articulus 4 Quodlibeti II occasionem aperuit Thomae suam doctrinam diligentius et clarius exponendi. Cui fauet defensio Thomae a Iohanne de Neapoli contra condemnationem anni 1277; cf. C. Jellouschek, *Quaestio magistri Ioannis de Neapoli O. Pr. « Vtrum licite possit doceri Parisius doctrina fratris Thomae quantum ad omnes conclusiones eius » hic primum in lucem edita* (Xenia thomistica, III, Romae 1925, p. 71-104, praesertim p. 89) : « Primus articulus condemnatus qui uidetur esse contra Thomam est articulus 79, sc. : Quod substancie separate sunt sua essentia, quia in eis idem est quod est et quo est, error. — Responsio : Quamuis sanctus doctor I Parte, q.3, a.3, et in multis locis Scripti Metaphysice uideatur dicere quod in omnibus separatis a materia sunt idem suppositum et natura, quod uidetur hic reprobari pro errore, tamen expresse dicit in quolibet suo II, a.4, quod in angelis differt suppositum et natura, quia suppositum in eis etiam addit esse supra naturam ». 101 alia quedam : Cf. M.-D. Roland-Gosselin, *Le De ente et essentia* ..., p. 193, n. 1 : « S. Thomas ne précise pas quels sont ces 'alia quaedam'. Il s'agit sans doute des actes personnels de l'ange ».

animali, utpote preter diffinitionem eius existens, et tamen est determinatiuum essencie animalis, unde fit essenciale homini et de ratione eius existens. Alio modo accidit aliquid alicui, quia nec est in eius diffinitione, nec est determinatiuum alicuius essencialium principiorum, sicut albedo accidit homini.

Hiis igitur que sunt composita ex materia et forma, accidit aliquid preter rationem speciei existens utroque modo. Cum enim de ratione speciei humane sit quod componatur ex anima et corpore, determinatio corporis et anime est preter rationem speciei, et accidit homini in quantum est homo quod sit ex hac anima et ex hoc corpore; set hoc conuenit per se huic homini, de cuius ratione esset, si diffiniretur, quod esset ex hac anima et ex hoc corpore, sicut de ratione hominis communis est quod sit ex anima et corpore. Accidunt etiam compositis ex materia et forma preter rationem speciei multa alia que non sunt determinatiua essencialium principiorum.

Substanciis uero inmaterialibus creatis accidunt quidem aliqua preter rationem speciei que non sunt determinatiua essencialium principiorum, ut dictum est; non tamen accidunt eis aliqua que sunt determinatiua essencie speciei, quia ipsa natura speciei non indiuiduatur per materiam, set per se ipsam, ex hoc quod talis forma non est nata recipi in aliqua materia; unde per se ipsam est non multiplicabilis neque predicabilis de pluribus. Set quia non est suum esse, accidit ei aliquid preter rationem speciei, scilicet ipsum esse, et alia quedam que attribuuntur supposito et non nature. Propter quod suppositum in eis non est omnino idem cum natura.

Ad secundum dicendum quod non omne quod accidit alicui preter rationem speciei, est determinatiuum essencie ipsius, ut oporteat illud poni in ratione eius, sicut dictum est; et ideo, licet ipsum esse non sit de ratione supposition, quia tamen pertinet ad suppositum et non est de ratione nature, manifestum est quod suppositum et natura non sunt omnino idem in quibuscunque res non est suum esse.

Ad illud uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod natura dicitur constituere suppositum etiam in compositis ex materia et forma, non quia natura sit una res et suppositum alia res (hoc enim esset secundum opinionem dicentium quod natura speciei sit forma tantum, que constituit suppositum sicut totum), set quia secundum modum significandi natura significatur ut pars, ratione supra dicta, suppositum uero ut totum; natura significatur ut constituens, et suppositum ut constitutum.

<Questio 3>

<a. unicus [5]>

Deinde quesitum est de tempore per quod Deus mouet creaturam spiritualem, secundum Augustinum, utrum sit idem cum tempore quod mensurat motus corporalium rerum?

Et uidetur quod sic.

<1> Quia neque Augustinus diuersitatem hanc temporum assignat neque aliquis philosophus; uanum igitur uidetur hanc diuersitatem temporum assignare.

<2> Preterea. Omne quod est, in quantum est, unum est; si ergo non sit unum tempus, set diuersa, non erit ens, quod est inconueniens; oportet igitur ponere unum tempus tantum.

Set contra. <1> Tempus quo mensurantur corporales motus, est numerus motus primi celi, secundum Philosophum in IV Phisicorum; set tempus per quod mouentur angeli non habet ali-

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 124 existens utroque modo] *om.* Φ^1 (existens *suppl. P; cf. Préf., p.* 110*a) 140 sunt] sint P^7 *: om.* Ba^1, *Li* essencie *scr. cum* Φ^{2b}, P^7, *sec.m.* C^b : essencia Φ^1, Ψ (essencialium [+ principiorum *exp.*] *W* : essencialia *F*) 154 tamen] non Φ^1, Ψ (*om.* Ba^1 : tamen non V^4 : tamen *rest. sec.m.* C^bP^7) 157 omnino] omnia omnino Φ^1
13 ergo] igitur Ψ(- P^7)

128-129 ex hac anima et ex hoc corpore : Cf. Ar., *Met.*, VII, 1034a5-7, ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 137, 10-11 : « Omnis uero iam talis species in hiis carnibus et ossibus, Callias et Socrates ». 147 alia quedam : Cf. u. 101 cum adn. 163 dicentium : Cf. u. 43 quidam, cum adn.

A 5 Parall. : *In I Sent.*, d.19, q.2, a.1 ; *In II Sent.*, d.2, q.1, a.1 et 2 ; *Quodl. X*, q.2, a.un. [4] ; *Q. de pot.*, q.3, a.14, ad 9 in contr. : I^a, q.10 a.5 et 6. 5 Augustinum : Cf. infra ad u. 65. 8 Augustinus : Cf. infra ad u. 65. 12-13 Omne — est^2 : Cf. Boethius, *Contra Eutychen*, IV (ed. Peiper, p. 198, 34-36; ed. Stewart-Rand, p. 94, 36-39) : « Quod enim non est unum, nec esse omnino potest; esse enim atque unum conuertitur et quodcumque unum est, est ». 18 in IV Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 223b21-23, a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Phys.*, IV, text. 133 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 204rb E-F) : « Et ideo existimatur quod tempus est motus spere, quoniam per istum motum mensurantur isti ceteri motus tempus » ; a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1 2, p. 190, 8-9 : « Vnde et uidetur tempus esse spere motus, quia hoc mensurantur alii motus et tempus hoc motu ». — Cf. infra, u. 47-49, cum adn.

quem ordinem ad motum; ergo illud tempus est aliud a tempore corporalium rerum.

<2> Preterea. Perpetuo et corruptibili nichil est commune nisi secundum nomen, ut dicitur in X Methaphisice; set angeli sunt perpetui, corpora autem sunt corruptibilia; non ergo idem tempus est utrorumque.

Responsio. Dicendum quod, sicut Augustinus dicit in XI De ciuitate Dei : *tempora non fuissent, nisi creatura fieret, que aliquid aliqua motione mutaret, cuius ... mutationis cum aliud atque aliud, que simul esse non possunt, cedit atque succedit ...* sequitur *tempus*. Ex quo accipitur, quod etiam Philosophus dicit in IV Phisicorum, quod oportet loqui de tempore secundum rationem motus : nam *tempus est numerus motus secundum prius et posterius*.

Omnes ergo motus qui possunt mensurari una mensura, habent unum tempus; si qui uero motus sunt qui non possunt una mensura mensurari, necesse est quod eorum sit diuersum tempus. Cum autem mensura sit homogenea mensurato, ut dicitur in X Methaphisice, manifestum est quod omnia que sunt unius generis possunt habere mensuram communem, non autem que sunt generum diuersorum. Omnes autem motus continui conueniunt in uno genere in quantum sunt commensurabiles, et ideo possunt habere unam mensuram communem : mensurantur enim omnes simplicissimo sui generis, scilicet *uelocissimo motu* primi *celi*; unde omnium motuum continuorum potest esse unum tempus commune. Quod quidem tempus, licet uideatur esse secundum genus de numero discretorum, quia est numerus, quia tamen *non est numerus simpliciter*, set numerus harum rerum continuarum, scilicet motuum, fit et ipsum continuum; sicut decem simpliciter dictum, est aliquid discretum, set decem ulne panni est aliquid continuum. Discretorum autem et continuorum non potest esse una mensura communis, cum sint diuersorum generum in quantum sunt mensurabilia; et ideo necesse est, si sint aliqui motus non continui, quod tempus eorum sit aliud a tempore quo mensurantur motus continui.

Manifestum est autem quod motus spiritualium creaturarum, de quibus Augustinus loquitur, dicens creaturam spiritualem moueri per tempus et non per locum, non sunt motus continui, set uicissitudines quedam discrete; dicit enim quod *per tempus mouetur animus uel reminiscendo quod oblitus erat, uel discendo quod nesciebat, uel uolendo quod nolebat*. Vnde manifestum est quod, cum tempus non habeat continuitatem nisi ex motu, quod tale tempus non est continuum et quod est aliud a tempore corporalium rerum.

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus ex ipsa differencia motuum dat intelligere differenciam temporum.

Ad secundum dicendum quod eo modo aliquid est unum, quo est et dicitur esse : quod

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 28 XI] 11 *Ed*^{20} : II *Ed*^{31ss} ciuitate] cau. Ψ (causis *perscr. pr.m. P*^{7} : ciui. *rest. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}, ciuitate *perscr. sec.m. P*^{7}) 43 mensuram] unam mensuram Φ^{2b}(- *Ba*^{1}*P*^{9}) 45 continui] communi Ψ (communes *W, pr.m. An* : continui *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*An*) 53-54 quia^2 — numerus] *hom.om.* Φ^1 : quia tamen est numerus *suppl.* Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 110*a) 61-63 non continui ... continui] continui ... continui *Ed*^{20} : continui ... discreti *Ed*^{31ss} (praeter *Ed*^{33}) 62 tempore *scr. cum Lo*^{1}*, LoV*^{5}*, C*^{4}*Ve, C*^{5}*V*^{6}*C*^{1}*O*^{3}*, Ed*^{3}*, FM*^{1}*M*^{3}*, sec.m. An* : motu *cett*

23-24 in X Metaphisice : Cf. Ar., *Met.*, X, 1058b26-1059a14, cum comm. Auerrois, *In Met.*, X comm. 26 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 276va G-E) : « corruptibile et incorruptibile sunt due differencie contrarie et illud quod congregat illa est nomen equiuocum »; (f. 277ra A-B) : « Impossibile est ut sit hic eadem forma in specie eterna et non eterna », unde Thomas, *In I Sent.*, d.35, q.1, a.4, arg.5 : « eterno et corruptibili nichil est commune nisi secundum nomen, ut in X Methaphisice a Commentatore dicitur, et etiam a Philosopho ». At pro « eternum » aut « perpetuum » hab. Aristoteles « incorruptibile », unde adagia a Thomas saepius laud., uelut *In II Sent.*, d.12, q.1, a.1, ad 1; *In Boeth. De Trin.*, q.6, a.3; *Quodl. XI*, a.5, arg.3; *Q. de uer.*, q.15, a.2, arg.4; *Q. de pot.*, q.5, a.3, arg.10 et 11; a.7, arg.12; q.7, a.7, s.c.1 : « eterno et temporali nichil est commune nisi nomen », ad s.c.1; *Q. de spir. creat.*, a.2, arg.16 (per Philosophum et Commentatorem); a.3, arg.8; *I*^{a}, q.97, a.1, arg.1, etc. 27 Augustinus ... in XI De ciuitate Dei : c. 6 (CCSL 48, p. 326, 3-8; hab. Augustinus, post « cuius » : « motionis et », post « succedit » : « in breuioribus uel productioribus morarum interuallis tempus sequeretur »). 33 in IV Phisicorum : « quod oportet loqui de tempore secundum rationem motus », ad sensum 218b21-219b1, ex quo subsequitur definitio temporis, 219b1-2, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 175, 16-17 : « hoc enim est tempus : numerus motus secundum prius et posterius ». 41 in X Metaphisice : 1053a24-25, non ab Anonymo (uel a Guillelmo) transl., A.L., XXV 2, p. 187, 9 : « Semperque cognatum est metrum » (« cognatum » et « metrum » etiam Guillelmus), sed a Michaele Scoto, in Auerroe, *In Met.*, X text. 4 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 253va H) : « Et mensura semper est unigenea »; unde Thomas, *In II Sent.*, d.41, q.1, a.1, arg.1 : « mensura est homogenea mensurato »; *Q. de uer.*, q.8, a.11, arg.11; *I*^{a}, q.13, a.5, ad 3 (cf. q.3, a.5, ad 2); *I*^{a} *II*^{ae}, q.19, a.4, arg.2; q.96, a.2. 47-49 mensurantur — celi : Cf. Ar., *Met.*, X, 1053a8-12, ab Anonymo transl., A.L., XXV 2, p. 186, 17-20 : « Et motum simplici motu et uelocissimo (paruissimum enim habet hic tempus); quapropter in astrologia tale est principium et metrum (motum enim equalem supponunt et uelocissimum qui est celi) » (fere idem Guillelmus, praeter « regularem » pro « equalem »). Cf. iam Thomas, *In I Sent.*, d.19, q.2, a.1, ad 4. 51-57 Quod — continuum : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 219a10-14, in Auerroe comm. 99; 220a24-26, in Auerroe comm. 108 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 186va G) : « Et quia est numerus continui et *non est numerus simpliciter ...* »; 223a29-b12, in Auerroe comm. 132. 65-66 Augustinus ... dicens : *De Genesi ad litteram*, VIII, 20-26 (CSEL 28, p. 258-265); cf. supra, *Quodl. IX*, q.4, a.4 [9], s.c. 68 dicit : Augustinus, *De Genesi ad litteram*, VIII 20 (CSEL 28, p. 259); cf. supra, *Quodl. I*, q.3, a.2 [5], u. 57, cum adn.

enim dicitur esse secundum communitatem generis est unum genere, et quod dicitur esse secundum speciem est unum specie, non autem unum numero. Vnde non sequitur, si sint plures homines, quod non sit homo, et similiter non sequitur, si sint plura tempora, quod non sit tempus.

<Questio 4>

Deinde quesitum est de homine; et primo quantum ad uirtutes; secundo quantum ad peccata; tercio quantum ad penas.

Circa uirtutes autem fuit quesitum et quantum ad res diuinas et quantum ad res humanas. Quantum ad res diuinas, quesita sunt tria : primo circa fidem, utrum aliquis credere teneretur Christo uisibilia miracula non facienti; secundo circa fidei sacramentum, utrum paruuli Iudeorum sint baptizandi inuitis parentibus; tercio circa decimas que debentur ministris sacramentorum, utrum aliquis propter consuetudinem possit excusari ne decimas soluat.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christo non facienti uisibilia miracula homines credere non tenerentur.

<1> Quicunque enim non facit hoc ad quod tenetur, peccat; set, si homines non crederent Christo miracula non facienti, non peccarent : dicit enim ipse in Iohanne, XV : *Si opera non fecissem in eis que* nullus *alius fecit, peccatum non haberent*; et loquitur de peccato infidelitatis, secundum Augustinum; ergo Christo, si non fecisset miracula, homines credere non tenerentur.

<2> Preterea. Nullus potest mutare legem nisi lator legis uel eo superior; set Christus predicabat quedam que uidebantur pertinere ad ueteris Legis abolitionem, sicut quod cibi non coinquinarent hominem, et quod liceret in sabbato operari; ergo, nisi probasset se esse legis latorem, non fuisset ei credendum; set hoc fieri non potuisset nisi per miracula, cum Legis lationem multa miracula precesserint; ergo Christo non esset credendum, nisi miracula fecisset.

Set contra. <1> Magis obligantur homines ad credendum prime ueritati quam ad credendum uisibilibus signis; set, licet Christus miracula non fecisset, ipse tamen uerus Deus existens, prima ueritas erat; ergo, etiam si non miracula fecisset, adhuc erat ei credendum.

<2> Preterea. Gracia unionis est maior quam gracia gratum faciens per adoptionem; set miracula non sufficienter probant graciam gratum facientem, quia, ut habetur Mathei VII, hiis qui Christo in iudicio dicent : *Domine, ... in nomine tuo uirtutes multas fecimus*, respondebitur : Non *noui uos*; ergo multo minus miracula sufficiunt ad probandum graciam unionis. Si ergo sine miraculis Christo homines credere non tenerentur, neque etiam miraculis factis tenebantur credere dicenti se esse Deum; quod patet esse falsum.

Responsio. Dicendum quod nullus tenetur ad hoc quod est supra uires suas nisi per hunc modum quo fit sibi possibile; credere autem est super potenciam hominis naturalem, unde ex dono Dei prouenit, secundum illud Apostoli, ad Ephesios II : *Gracia saluati estis per fidem, et hoc non ex uobis, Dei enim donum est*; et ad Philippenses I, dicit : *Vobis* datum *est ... non solum ut in* ipsum *credatis, set ut ... pro* ipso *paciamini*; homo igitur tenetur credere secundum hoc quod adiuuatur a Deo ad credendum.

Adiuuatur autem a Deo aliquis ad credendum tripliciter. Primo quidem per interiorem uocatio-

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiW, P*^{7}*)* 80-81 secundum — esse] *hom.om.* Φ *(cf. Préf., p.* 110*a)

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 30 abolitionem] ablutionem Φ^1 (ablationem *corr. sec.m. P*) : impletionem *Ba*^{1} 31 liceret] licet Φ 32 nisi] non *AsO* : si non *P*, Φ^{2b} 41 etiam] *om. BaBa*^{1}*E* non miracula] non miracula non Φ^1 : miracula non Φ^{2b} 45 graciam gratum] gracia ingratum *AsO, P*^{1} 48 respondebitur] respondebit *AsP, BaP*^{9} 56 est] *om.* Φ^1 58 prouenit] proueniunt Φ^1

A.6 Parall. : *In Iohannis eu.*, V, lect. 6 (in uersic. 36b); XV, lect. 5 (in uersic. 22 et 24); *III*^{a}, q.43, a.1 et 4. 21 in Iohanne XV : 24 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 613); pro « nullus » hab. « nemo », quod etiam hab. Thomas, *In Iohannis eu.*, in V 36b et in XV 24; *III*^{a}, q.43, a.4, ad 1. 23 infidelitatis : Cf. Thomas, *In Iohannis eu.*, in V 36b; in XV 22. 24 Augustinum : Cf. Augustinus, *In Iohannis eu.*, tract. 89, § 1, 17 usque ad § 4, 27 (CCSL 36, p. 548-550; ex parte laud. a Thoma, *Catena in Iohannem*, in XV 22); tract. 91, § 1, 8-9 (p. 553; a Thoma laud., *ibid.*, in XV 24). 46 Mathei VII : 22-23 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 66) : « Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne ... in tuo nomine uirtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis quia numquam noui uos » (*uar.* nomine tuo). 58-59 ad Ephesios II : 8 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 425; « estis saluati », sed « saluati estis » *uar.*). 60 ad Philippenses I : 29 (*ibid.*, p. 469) : « uobis donatum est pro christo non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo patiamini » (*uar.* datum est; pro ipso).

nem, de qua dicitur Iohannis VI : *Omnis qui* audit *a Patre et didicit, uenit ad me*; et Romanorum VIII : *Quos predestinauit, hos uocauit.* Secundo, per doctrinam et predicationem exteriorem, secundum illud Apostoli ad Romanos VII : *Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi.* Tercio, per exteriora miracula; unde dicitur I ad Corinthios XIV quod signa data sunt *infidelibus*, ut scilicet per ea prouocentur ad fidem.

Si autem Christus uisibilia miracula non fecisset, adhuc remanebant alii modi attrahendi ad fidem, quibus homines acquiescere tenerentur. Tenebantur enim homines credere auctoritati Legis et Prophetarum. Tenebantur etiam interiori uocationi non resistere, sicut Ysaias de se dixit : *Dominus* autem *aperuit michi aurem, ego autem non contradico* nec *retrorsum abii*, Ysaie L; e contra de quibusdam dicitur Actuum VII : *Vos semper Spiritui sancto restitistis.*

Ad primum ergo dicendum quod inter illa opera que Christus in hominibus fecit, annumerari debet etiam interior instinctus quo quosdam attraxit, sicut Gregorius dicit in quadam omelia quod Christus *per misericordiam* Magdalenam *traxit interius, qui* etiam per clemenciam *suscepit foris.* Annumerari etiam debet eius doctrina, cum etiam ipse dicat : *Si non uenissem et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent.*

Ad secundum dicendum quod Christus poterat se ostendere esse legislatorem, non solum faciendo uisibilia miracula, set etiam per auctoritatem Scripture et per interiorem instinctum.

Ad tercium dicendum quod interior instinctus, quo Christus poterat se manifestare sine miraculis exterioribus, pertinet ad uirtutem prime ueritatis, que interius hominem illuminat et docet.

Ad quartum dicendum quod miracula uisibilia fiunt uirtute diuina ad confirmationem ueritatis fidei; unde dicitur Marci ultimo de Apostolis quod *predicauerunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.* Non autem fiunt miracula semper ad demonstrandum graciam eius per quem miracula fiunt, et ideo potest contingere quod aliquis graciam gratum facientem non habens, miracula faciat. Set hoc contingere non potest, quod aliquis falsam doctrinam annuntians, uera miracula faciat, que non nisi uirtute diuina fieri possunt : sic enim Deus esset falsitatis testis, quod est inpossibile. Cum igitur Christus se Filium Dei diceret equalem Deo, hanc eius doctrinam comprobabant miracula que faciebat. Et ideo ostendebatur Christus per miracula que faciebat esse Deum; Petrus autem, licet eadem uel maiora miracula faceret, non probabatur esse Deus, set per ea etiam probabatur quod Christus esset Deus, quia Petrus non predicabat se ipsum, set Ihesum Christum esse Deum.

<a. 2 [7]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod pueri Iudeorum sint baptizandi parentibus inuitis.

<1> Maius enim est uinculum matrimoniale quam ius patrie potestatis, quia ius patrie potestatis potest per hominem solui, cum filius familias emancipatur, uinculum autem matrimoniale non potest solui per hominem, secundum illud

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 67 audit] audiuit *Ba*^{1}, *Ed*^{30}, *Ed*^{31ss} *(cf. app. fontium)* 69 hos] + et Φ^{2b}(- *Ba*^{1}*E; cf. app. fontium*) 71 VII] X Φ^{2b} *(cf. app. fontium)* 79 auctoritati] actori Φ (auctoritati *rest. Ed*^{33}) 80-81 interiori] inferiori Φ^1 81 non] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 82 autem] Deus Φ^{2b} *(cf. app. fontium)* 83 nec retrorsum] retrorsum non Φ^{2b} *(cf. app. fontium)* 83-84 e contra] satis Φ^1 : sicut Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 110*b) 85 restitistis] resistitis *P*^{9}, *N*^{b}*Sm* 88 etiam] *ante* debet Φ(- *As*), *Li : om. P*^{9}, *C*^{b} instinctus] *om.* Φ^1 : uocatio *suppl. ante* interior Φ^{2b} (uocatio interior uocatio *Ba*^{1}) 88 quo] qua Φ^{2b} *(cf. adn. sup.)* 91 clemenciam] elementa *pr.m. As* : elementum *O* 93 uenissem] nouissem Φ^1, *pr.m. C*^{b} *: obsc.* Φ^{2b} 93 eis] ei Φ^1 : *om. EP*^{9} : *post* non *pr.m. P*^{1} *(hom.om. Ba)* 101 prime] primam Φ^1, Ψ 102 ueritatis *scr. cum Ed*^{2,4ss} : uirtute Φ^1 : uirtutis Φ^{2b} : doctrine Ψ (diuine *primo Sm*) 114 nisi] in Φ^1 : *om. pr.m. BaEP*^{1}*V*^{4} 118 faciebat] faciebant Φ^1 119 Et] Set Φ^1 122 etiam] que *Ba*^{1}, *Bx*^{1}*W* : etiam que Ψ(- *Bx*^{1}*W*)

6 patrie^1] paterne Φ^{2b} 6-7 quia ius patrie potestatis *P*, Ψ *(nec non II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12) : *om. AsO, Ba*^{1}, *pr.m. P*^{1}*V*^{4} : quia paterna potestas *suppl. BaEP*^{9}, *sec.m. P*^{1}*V*^{4}

67 Iohannis VI : 45 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 548-549) : « omnis qui audiuit a patre et didicit uenit ad me » (*uar.* audit). 68 Romanorum VIII : 30 (t. I, p. 104) : « Quos autem praedestinauit hos et uocauit ». 71 ad Romanos VII : Immo X 17 (p. 117). 73 I ad Corinthios XIV : 22 (p. 255) : « itaque linguae in signum sunt non fidelibus sed infidelibus » ; sed « signa data sunt infidelibus » hab. etiam Thomas *In III Sent.*, d.21, q.2, a.3 (ed. Moos, p. 647, n. 86); *III*^{a}, q.43, a.1, ad 3 (cf. etiam *In II Sent.*, d.29, q.1, a.3). 83 Ysaie L : 5 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 84) : « Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii ». 84 Actuum VII : 51 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 84; restitistis *uar. pro* resistitis). 89 Gregorius : *In Euangelia*, hom. 33, 2 (P.L. 76, 1240) : « ipse eam per misericordiam traxit interius, qui per mansuetudinem suscepit foris ». 93 ipse dicat : *Iohannis eu.*, XV 22 (t. I, p. 613) : « Si non uenissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent » (eis non fuissem *uar.*). 106 Marci ultimo : XVI 20. 108-116 Non — inpossibile : Cf. Thomas, *II*^{a} *II*^{ae}, q.178, a.2.

Mathei XIX : *Quod Deus coniunxit, homo non separet*; set propter infidelitatem soluitur uinculum matrimoniale : dicit enim Apostolus, I ad Corinthios VII : *Quod si infidelis discedit, discedat : non enim est* seruitute *subiectus frater aut soror in eusmodi*; et Canon dicit quod si coniunx infidelis non uult cohabitare sine *contumelia creatoris*, quod alter coniugum non debet ei cohabitare; ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius patrie potestatis. Sic ergo infideles Iudei non habent ius patrie potestatis in suos filios. Possunt ergo eorum filii baptizari eis inuitis.

<2> Preterea. Magis debet homini subueniri contra periculum mortis eterne quam contra periculum mortis temporalis; set si aliquis uideret hominem in periculo mortis temporalis et ei non ferret auxilium, peccaret; cum ergo pueri Iudeorum et aliorum infidelium sint in periculo mortis eterne si parentibus relinquantur qui eos in sua infidelitate informant, uidetur quod sint eis auferendi et baptizandi et in fide instruendi.

<3> Preterea. Filii seruorum sunt serui et in potestate dominorum; set Iudei sunt serui regum et principum; ergo et filii eorum. Reges igitur et principes habent potestatem de filiis Iudeorum facere quod uoluerint. Nulla ergo erit iniuria si eos baptizent inuitis parentibus.

<4> Preterea. Quilibet homo magis est Dei, a quo habet animam, quam patris carnalis, a quo habet corpus; non est ergo iniustum si pueri Iudeorum carnalibus parentibus auferantur et Deo per baptismum consecrentur.

<5> Preterea. Baptismus est efficacior ad salutem quam predicatio, quia per baptismum

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 10 Quod] Quos *P, Ed*^{2,4ss} 14 seruitute] seruituti Φ^{2b}, *sec.m. P*^{7} 14 in] et Φ^1 14-15 eiusmodi] huiusmodi *As*, Φ^{2b} 19 patrie] paterne Φ^{2b} *(om. Ba)* 19-20 Sic — potestatis] *hom.om. N*^{b}, *AnM*^{1}*M*^{3}, *nec non II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12 19 Sic] si Ψ *(deest N*^{b} : sic *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* infideles] + et *Ed*^{31ss} *(praeter Ed*^{33}*)* 20 patrie] paterne Φ^{2b} (paterne [+ patrie *exp.*] P^1) 22 subueniri] subuenire Φ(- *E : corr. sec.m. P*) : subuiri *? DuLi* : *lac. 7|8 litt. Bx*^{1} 23-24 contra periculum (*cf. III*^{a}, q.68, a.10, arg.1)] circa periculum *N*^{b}, *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12 : in periculo P^7 30 fide] fidelitate Ψ, *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12 36 eos] per eos Φ^{2b} baptizent] baptizentur *As*, Φ^{2b} (*BaV*^{4} : baptizarentur *E*) : baptizarent Ψ(- P^7) 41 consecrentur] consecrantur *As*, Φ^{2b}

A.7 Parall. : *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12 (qui articulum Quodlibeti ex recensione Ψ fere ad uerbum exscripsit); *III*^{a}, q.68, a.10. — Quaestionem hanc instituerunt Decretistae occasione canonis 61 concilii Toletani IV (anni 633), laud. a Gratiano, *Decretum*, II Pars, Causa 28, q.1, c. 11 (Friedberg, I 1087) : « Iudeorum filios uel filias, ne parentum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut monasteriis, aut Christianis mulieribus ac uiris, Deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant » ; cf. c. 1188-90 Huguccio Pisanus, *Summa super decretum* (Mss Vat. Borgh. 272, f. 161ra; Vat. lat. 2280, f. 267va) : « *Iudeorum.* Quidam intelligunt hoc capitulum in eo casu cum ambo parentes sunt iudei et habent filios paruulos, qui auferendi sunt ab eis, ut dicunt, et debent baptizari; set adulti non debent eis auferri, quia nullus cogendus est ad fidem, cum nullus possit saluari inuitus. Set dico quod nec filii paruuli sunt eis auferendi, quia *nulli est facienda iniuria*, ergo nec parentibus talium. Preterea, usque ad modicum tempus nulli essent iudei si hoc fieret; qualiter ergo reliquie Israel salue fierent in ultimis temporibus? Dico ergo quod hoc capitulum loquitur de filiis iudeorum baptizatis siue paruulis siue adultis, et presertim de illis qui circumcisi sunt a parentibus ex quo facti erant christiani » ; c. 1234-45, *Glosa ord. in Decr.* (Iohannis Teutonici a Bartholomaeo Brixiensi recognita, ed. Romae 1582, col. 2035) : « Quidam intelligunt hoc capitulum quod Iudeis auferendi sunt paruuli eorum et baptizandi, set adulti nequaquam. Set certe sicut nec adulti, ita nec paruuli ad fidem ui trahendi sunt; immo secundum hoc in breui nullus esset Iudeus : quomodo ergo reliquie Israel salue fierent postea? Ideo intelligo hoc de filiis iam Christianis, quos forte parentes circumcidere uolebant, De consecratione, d.4, *Plerique* [Friedberg, I 1392]; et hec littera hoc idem innuit ubi dicit « ultra », et ubi dicit « separari » ; et ita *per baptismum soluitur ius patrie potestatis.* Nec tamen priuabuntur isti paterna successione, Extra. De Iudeis, Iudei [Friedberg, II 773] ». Sententiam hanc, saeculo XIII communem, sequitur Thomas. — Sed iam saec. XII^{ex} consuetudinem Ecclesiae non intellegebat Petrus Cantor, *Summa de sacramentis et animae consiliis*, App. V 15 (ed. J.-A. Dugauquier, Analecta Mediaevalia Namurcensia 21, Pars III, Louvain-Lille 1967, p. 728) : « Ego moueor et multum miror, cum Christus sit passus pro omnibus et omnibus uoluerit imprimi caracterem baptismi, sine quo non est salus, maxime paruulo decedenti, quod ecclesia non baptizat paruulos iudeorum, cum teneatur prouidere proximorum saluti, maxime in hiis que sunt ad uitam eternam, et quare in hoc preualet parentum praua uoluntas ». C. 1303-1304, duriorem canonis interpretationem defendit Iohannes Duns Scotus, *In IV Sent.*, d.4, q.9 (ed. Parisiis 1894, p. 488) : « non solum licet, sed debet Princeps auferre paruulos a dominio parentum uolentium eos educare contra cultum Dei ... et debet eos applicare cultui diuino », et ad obiectionem Decretistarum de reliquiis Israel respondet (*ibid.*, p. 489) : « dico pro tam paucis et sic tarde conuertendis, non oportet tot Iudeos in tot partibus mundi tantis temporibus sustinere in lege sua persistere ... Vnde sufficeret aliquos paucos in aliqua insula sequestratos permitti legem suam seruare » ; quae durior sententia saec. XIV praeualuit (cf. Durandus de S. Porciano, *In IV Sent.*, d.4, q.6; ed. Venetiis 1571, reed. 1964, f. 300v-301r). Cf. A. Bernareggi, *S. Tommaso d'Aquino e la repressione dell'errore*, in *Scritti vari nel VI centenario della canonizzazione di S. Tommaso d'Aquino*, n° spec. della *Scuola cattolica*, Luglio-settembre 1924, p. 54-86, praesertim p. 60, 69-70); G. Dahan, *Les intellectuels chrétiens et les juifs au moyen âge*, Paris 1990, p. 149-152. 10 Mathei XIX : 6. 12-13 I ad Corinthios VII : 15 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 208 : seruituti : *pro* eiusmodi *uar.* huiusmodi) 15 Canon : Cf. Gratianus, *Decretum*, II Pars, Causa 28, q.2, c.2 (Friedberg, I 1090), qui perperam Gregorio attribuit uerba Ps.-Ambrosii (Ambrosiaster, *In ep. I ad Cor.*, VII 15, CSEL 81, 2, p. 77, 6) : « Contumelia quippe creatoris soluit ius matrimonii ... » ; quae uerba « Ambrosio » restituit Petrus Lombardus, *In ep. Pauli* (P.L., 191, 1593 C), et *Sent.*, IV, d.39, c. 5 (ed. Brady, p. 489, 9-10); unde uox « cohabitare sine contumelia creatoris » iam apud Bonauenturam, *In IV Sent.*, d.39, dub. II (p. 842b) et apud Thomam, *In IV Sent.*, d.39, a.4 (= *Suppl.* q.59, a.4, tit. et arg.1 ; a.5 (= *Suppl.*, q.59, a.5), arg.2, s.c.2, sol. et ad 2 ; expos. textus. 32 Iudei sunt serui : Cf. ipse Thomas, *Ep. ad comitissam Flandrie (De reg. Iudeorum)*, u. 23-25 (ed. Leon., t. XLII, p. 375) : « quamuis, sicut iura dicunt, Iudei merito culpe sue sint perpetue seruituti addicti ... » ; *Decretales*, II tit. XX, c. 21 (ex concilio Lateranensi III, anno 1179; Friedberg, II 322) : « quum eos (Iudeos) Christianis subiacere oporteat » ; V, tit. VI, c. 13 (Innocentius III archiepiscopo Senonensi et episcopo Parisiensi, Dat. Id. Iul. 1205 ; Friedberg, II 775) : « Etsi Iudeos, quos propria culpa submisit perpetuae seruituti ... ».

statim tollitur peccati macula <et> reatus pene, et aperitur ianua celi; set, si periculum sequitur ex defectu predicationis, imputatur ei qui non predicauit, ut habetur Ezechielis III et XXXIII de eo qui uidet *gladium uenientem et non insonuerit* tuba; ergo multo magis si pueri Iudeorum dampnentur propter defectum baptismi, imputatur ad peccatum eis qui potuerunt baptizare et non baptizauerunt.

Set contra. *Nemini facienda est iniuria*; fieret autem Iudeis iniuria, si eorum filii baptizarentur eis inuitis, quia amitterent ius patrie potestatis in filios iam fideles; ergo eis inuitis non sunt baptizandi.

Responsio. Dicendum quod maximam auctoritatem habet ecclesie consuetudo, que semper est in omnibus emulanda, quia et ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet; unde magis est standum consuetudini ecclesie quam uel auctoritati Augustini uel Ieronimi uel cuiuscunque doctoris. Hoc autem ecclesie usus nunquam habuit quod Iudeorum filii inuitis parentibus baptizarentur, quamuis fuerint retroactis temporibus multi catholici principes potentissimi, ut Constantinus, Theodosius et alii plures, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ut Siluester Constantino et Ambrosius Theodosio, qui nullo modo hoc pretermisissent ab eis impetrare, sic hoc esset consonum rationi. Et ideo periculosum uidetur hanc assertionem de nouo inducere, ut preter consuetudinem in ecclesia hactenus obseruatam Iudeorum filii inuitis parentibus baptizentur.

Et huius ratio est duplex.

Vna quidem propter periculum fidei. Si enim pueri nondum usum rationis habentes baptismum susciperent, postmodum cum ad perfectam etatem peruenirent, de facili possent a parentibus induci ut relinquerent quod ignorantes susceperunt, quod uergeret in fidei detrimentum.

Alia uero ratio est quia repugnat iusticie naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris, et primo quidem a parente non distinguitur secundum corpus, quandiu in matris utero continetur; postmodum uero, postquam ex utero egreditur, ante quam usum liberi arbitrii habeat, continetur sub parentum cura sicut sub quodam spirituali utero. Quandiu enim usum rationis non habet puer, non differt, quantum ad ea que agit, ab animali irrationali; unde, sicut bos uel equs iure gentium uel ciuili est possessoris ut utatur eo cum uoluerit sicut proprio instrumento, ita de iure naturali est quod filius, ante quam habeat usum rationis, sit sub cura patris; unde contra iusticiam naturalem esset, si puer ante quam habeat usum liberi arbitrii, a cura parentum subtrahatur uel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, iam incipit esse suus et potest, quantum ad ea que sunt iuris diuini uel naturalis, sibi ipsi prouidere, et tunc est inducendus ad fidem, non coactione, set persuasione, et potest, etiam inuitis parentibus, consentire fidei et baptizari. Non autem ante quam habeat usum rationis; unde de pueris antiquorum patrum dicitur quod saluabantur *in fide parentum*, per quod datur intelligi quod ad parentes pertinet prouidere filiis de sua salute, precipue ante quam habeant usum rationis.

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 44 et *suppl. cum* Φ^{2b} : *om.* Φ^1, Ψ, *nec non* II^a II^{ae}, q.10, a.12 45 sequitur] sequatur Φ 55 patrie] paterne Φ^{2b} 76 baptizentur] baptizarentur Ψ, II^a II^{ae}, q.10, a.12 86 parente Φ^{2b}(-*Ba*^{1}) : patre Φ^1 (apparet *pro* a patre *O*), *Ba*^{1} : parentibus Ψ, II^a II^{ae}, q.10, a.12 91 rationis] *om.* Φ *(suppl. mg. EP*^{1}*)* 93 animali irrationali] anima rationali Φ (animali *sec.m. PP*^{1} : irrationali *sec.m. V*^{4}*, pr.m. E* : rationali *etiam pr.m. P*^{7})

45 aperitur ianua celi : *Glosa ord.*, ad Lucam, III 21 (t. IV, p. 151), ex Beda (CCSL 120, p. 83, 2548), a Thoma laud. *In IV Sent.*, d.4, q.2, a.2, qla 6; *C.G.*, IV 59; III^a, q.69, a.7, s.c. 47 Ezechielis : III 18, ad sensum; XXXIII 6 (*Biblia sacra*, t. XV, p. 187-188) : « Quod si speculator uiderit gladium uenientem et non insonuerit bucina ... ». 53 Nemini ... iniuria : Adagium iuris, cf. Huguccio Pisanus (laud. supra, adn. ad initium articuli), nec non infra, *Quodl. III*, q.12, a.1 [26], u. 43, cum adn. 55-56 amitterent — iam fideles : Hoc pro manifesto habet Thomas : mitior est expositio canonis 61 concilii Toletani IV (cf. *Glosa ord.*, laud. in adn. ad initium articuli). 85 Filius — patris : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1134 b10-11, a Roberto Grosseteste transl. (A.L. XXVI, p. 241, 12-13) : « filius, usque utique sit pelicon et non separetur, quemadmodum pars ipsius »; VIII, 1161b18 (p. 316, 20-21) : « Parentes quidem enim diligunt filios ut sui ipsorum aliquid existentes ». 90 sub parentum cura : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, VIII, 1160b25 (p. 314, 5) : « filiorum enim, patri est cura »; 1161a18-19 (p. 315, 10) : « Et natura quidem principatiuum pater filiorum ». 94-96 iure gentium uel ciuili ... iure naturali : Ius gentium non est ius naturale nisi secundo modo; cf. Thomas, II^a II^{ae}, q.57, a.3; J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas* (Bibl. thomiste 30), Paris 1955, p. 116-117. 109 in fide parentum : Vox « in fide parentum » ficta esse uidetur a theologis ante saec. XII med., sed in quaestione de salute puerorum *post* aduentum Christi (cf. infra, adn. ad *Quodl. VI*, q.3, a.1 [4], u. 20); ad quaestionem de salute puerorum *ante* aduentum Christi adplicata est a Petro Lombardo, *Sent.*, IV, d.1, c.8 (ed. Brady, p. 237, 9), e quo pendet Thomas hic et in locis parall. (II^a II^{ae}, q.10, a.12; III^a, q.68, a.10), nec non *Quodl. VI*, a.4, u. 18 et 23; *Q. de malo*, q.4, a.8, arg.12; III^a, q.68, a.9, arg.2 (sed *In Credo*, a.7, uerba « in fide parentum » non habentur nisi in add. spuria; cf. ed. Ayo, p. 80, cum adn. 3, p. 161). In *Quodl. VI*, a.4, u. 24, et in *Q. de malo*, uerba « in fide parentum » Gregorio perperam attribuit Thomas; re uera in Petro Lombardo (ed. Brady, p. 237, 11-14) insequitur locus Gregorii, cuius tamen uerba sunt prorsus alia.

Ad primum ergo dicendum quod in uinculo matrimoniali uterque coniugum habet usum liberi arbitrii, et uterque potest, inuito altero, fidei assentire; set hoc non habet locum in puero ante quam habeat usum rationis; set post quam habet usum rationis, tunc tenet similitudo, si conuerti uoluerit.

Ad secundum dicendum quod a morte temporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis; puta, si quis a suo iudice condempnetur ad mortem, nullus debet eum uiolenter eripere; unde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris, ut eum liberet a periculo mortis eterne.

Ad tercium dicendum quod Iudei sunt serui principum seruitute ciuili, que non excludit ordinem iuris naturalis uel diuini.

Ad quartum dicendum quod homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest; unde puer, ante quam usum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum cure naturaliter subiacet; et secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

Ad quintum dicendum quod periculum quod sequitur de predicatione omissa, non inminet nisi eis quibus est commissum predicationis officium; unde in Ezechiele premittitur : *Speculatorem dedi te* filiis *Israel*. Prouidere autem pueris infidelium de sacramentis salutis pertinet ad parentes eorum, unde eis inminet periculum propter subtractionem sacramentorum, si eorum paruuli detrimentum salutis paciantur.

<Q. 4, a. 3 [8]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod propter consuetudinem aliqui deobligentur a iure reddendi decimas.

Magis enim est accipere decimas quam non dare; set propter consuetudinem in aliquibus terris aliqui milites accipiunt decimas, et hoc ab ecclesia toleratur; ergo multo magis propter consuetudinem aliqui deobligantur ut decimas non soluant, neque soluere teneantur.

Set contra. Ius diuinum non aboletur per dissuetudinem; set decime debentur de iure diuino; ergo per dissuetudinem non aboletur ius reddendi decimas; tenentur ergo homines reddere decimas, contraria consuetudine non obstante.

Responsio. Dicendum quod ea que sunt de iure positiuo, per dissuetudinem abolentur; ea uero que sunt de iure naturali uel de iure diuino, nulla dissuetudine aboleri possunt; nulla enim consuetudine fieri potest ut sit licitum furari uel mechari. Est ergo considerandum ad propositam questionem, utrum dare decimas sit de iure diuino uel de iure positiuo humano.

Ius autem diuinum in Nouo et Veteri Testamento continetur. Et quidem non apparet in Nouo Testamento aliquod preceptum datum de decimis soluendis, in doctrina, dico, euangelica uel apostolica : quod enim dicitur Mathei XXIII de solutione decimarum : *Hec oportuit facere, et illa non omittere*, et quod dicit Phariseus, Luce XVIII : *Decimas do omnium que possideo*, magis uidetur ad statum Veteris Testamenti pertinere, quam obseruancie Noui Testamenti formam imponere. In Veteri autem Testamento triplex genus preceptorum erat : quedam enim erant precepta moralia, quedam iudicialia, quedam cerimonialia. Precepta moralia sunt que sunt indita naturali rationi, ad que homines omni tempore obligan-

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 120 morte] *om. Ed*^{4ss} 122 quis] aliquis Ψ, *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12 (quis *Sm*) 138 de] ex *Ed*^{2,4ss} non] nichil *AsO* : nulli Φ^{2b} (intll' *Ba*) 139 eis] ei *dett, Ed*^{2,4ss} quibus *scr. cum P, Ba*^{1}*E, II*^{a}*, II*^{ae}, q.10, a.12 : cui *cett (cf. adn. sup.)* 139 predicationis] *om.* Ψ : predicandi *suppl. II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.12

3 iure] debito *M*^{1}*M*^{3} (*cf. u.* 167) 3-4 reddendi] reddere *AsO, EP*^{1} : reddi *BaBa*^{1}*V*^{4} 18 de^1] a Φ 19-20 aboleri — consuetudine] *hom.om. Ed*$^{32,34-36}$ 20 consuetudine] dissuetudine Φ^{2b} furari] funerari Φ^1 (*cf. Préf. p.* 110*b) 30 et] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. Bx*^{1}*P*^{7}*)* 31 do omnium] ad omnia Φ^1 : de omni *W*

140 in Ezechiele premittitur : III 17 (t. XV, p. 55) : « speculatorem dedi te domui Israhel » ; eadem uerba hab. Ez., XXXIII 7, sed non praemittuntur loco laud. supra u. 47, hic est Ez. XXXIII 6, immo sequuntur.

A.8 Parall. : *In ep. ad Hebr.*, VII, lect. 1 et 2 ; *In Mathei eu.*, in XXIII 23 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.87, a.1 (nec non ex parte *Quodl. VI*, q.5, a.4 [10]). — Antiquiorem consuetudinem decimas clericis soluendi sanxit, pro terris suo imperio subditis, Carolus Magnus capitulario apud Heristallium dato anno 779 ; de cuius uaria exsecutione, cf. P. Viard, *Histoire de la dîme ecclésiastique, principalement en France, jusqu'au décret de Gratien*, Dijon, 1909 ; J. Richard, *Le paiement des dîmes dans les états des croisés*, in *Bibliothèque de l'École des chartes*, 150 (1992), p. 71-83. — Paulo ante Thomam (c. 1253) quaestionem fusius tractauerat Henricus de Segusio, Card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. IV, De decimis et primitiis (ed. Lugduni 1556, f. 253rb-254va ; Venetiis 1574, col. 1097-1103) : « Septimo queritur utrum consuetudo excuset a prestatione decimarum ? ». 6-7 in — decimas : Cf. *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. III, p. 803a) : « utrum possint dari decime in feudum laicis ab ecclesia... hoc habet consuetudo plurium terrarum... » ; Hostiensis, *Summa* (ed. Lugd., f. 252va ; ed. Ven., col. 1094) : (haec est) « generalis consuetudo in Hispania, et Francia, et Burgundia, et Alemania in plerisque locis ». 28 Mathei XXIII : 23. 30-31 Luce XVIII : 12.

tur, ut : *Honora patrem et matrem* ; *Non mechaberis* ; *Non furtum facies* ; et similia. — Precepta autem iudicialia sunt secundum que iudicia exercebantur, puta quod si quis furauerit unam ouem, redderet quatuor. Et huiusmodi precepta non sunt indita rationi naturali : non enim ratio naturalis habet quod ille qui furatur ouem, magis reddat quatuor quam tres uel quinque ; set tamen per huiusmodi precepta determinatur morale preceptum : habet enim ratio naturalis quod ille qui furatur debeat puniri, set quod tali pena puniatur, hoc determinatur per preceptum iudiciale. — Precepta autem cerimonialia Veteris Legis sunt que pertinent ad obseruanciam diuini cultus, et sunt ordinata ad figurandum aliquid futurum, sicut immolatio agni paschalis figurabat occisionem Christi.

Est ergo considerandum utrum preceptum de decimis persoluendis sit morale uel iudiciale uel cerimoniale. Si enim morale est, ad hoc omnes tenentur et omni tempore, nulla obstante contraria consuetudine ; set hoc non uidetur, quia ratio naturalis non dictat magis quod homo ministris Dei det decimam quam undecimam uel nonam partem fructuum. — Si autem sit preceptum iudiciale, non tenerentur omnes ad decimas dandas, sicut non tenentur omnes ad iudicandum secundum iudicia in Lege Veteri conscripta, quia illa iudicialia precepta sunt specialiter illi populo data consideratis condicionibus eius : non enim eadem omnibus expediunt. — Si autem sit preceptum cerimoniale, non solum non obligaret, set etiam obseruatum induceret in peccatum : peccaret enim si quis agnum paschalem immolaret, quia post aduentum ueritatis, cessauerunt figure.

Dicendum est ergo, sicut antiqui magistri dixerunt, quod quedam precepta Legis sunt pure moralia, ut : *Non occides, Non furtum facies* ; quedam autem sunt pure cerimonialia, ut immolatio paschalis agni et circumcisio ; quedam autem sunt media, secundum aliquid moralia et secundum aliquid cerimonialia, sicut preceptum de obseruatione sabbati est morale quantum ad hoc quod aliquod tempus quieti deputetur ad uacandum diuinis, hoc enim ratio naturalis habet ; set quod dies septima sit deputata, hoc est ex determinatione Dei propter aliquam figuram, unde hoc est cerimoniale. Sic igitur et preceptum de decimis persoluendis est quidem secundum aliquid morale, ut scilicet qui pro toto populo diuino obsequio uacant, stipendiis populi sustententur, sicut et qui in aliis officiis rei publice seruiunt, a populo sustentantur ; et secundum hunc modum proponitur hoc preceptum in Nouo Testamento : dicit enim Dominus, Mathei VII : *Dignus est operarius cibo suo* ; et Apostolus dicit, I ad Corinthios IX, quod *Dominus ordinauit* ut *qui Euangelium annunciant, de Euangelio* uiuant, *et qui altario deseruiunt*, de *altario* uiuant. Set quantum ad determinatum numerum decime, non est de iure naturali neque est preceptum morale, set

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 41 secundum] *om.* Φ^1 : per *suppl.* Φ^{2b} (- *Ba*^{1}*P*^{9}) 41 iudicia] iusticia *As* : iudicio *P (cf. adn. sup.)* 42 quod] *om.* Φ : sicut *P*^{7} 46 quinque] vnam (v^{a3} *pro* V^{93}) *Ed*^{2,4ss} 46 per] *om. As, pr.m. O, Ba*^{1}*, pr.m. P*^{1}*, V*^{4}*, W (ante* 47 morale *suppl. sec.m. V*^{4}*)* 64 non] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*WP*^{7}*)* 64 tenerentur] tenentur Φ^{2b}, *Sm, sec.m. C*^{b} *(sed cf. u.* 70 obligaret) omnes] *om.* Φ 75 antiqui] aliqui Ψ 87 et] *om.* Φ 95 vii] decimo *sec.m. P*^{1} : 10 *Ed*^{19ss} *(cf. supra, a.6, u.* 71, *et app. fontium)*

39-40 Honora — facies : *Exodi* XX, 12, 14 et 15. 42-43 si — quatuor : Cf. *Exodi* XXII, 1 (*Biblia sacra*, t. II, p. 190) : « si quis furatus fuerit bouem aut ouem et occiderit uel uendiderit, quinque boues pro uno boue restituet et quattuor oues pro una oue ». 56-58 utrum — cerimoniale : Quaestionem instituerant Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III, tr. LI, c. 2 (ed. Ribaillier, t. III 2, p. 994-998) : « Vtrum preceptum de decimis fuit morale an cerimoniale » ; Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 450 (ed. Cortesi, p. 1327-1333), qui contra Guillelmum praeceptum de decimis esse pure morale contendit ; *Summa fratris Alexandri* (t. IV, p. 731-733) : « Vtrum preceptum de decimis sit morale aut cerimoniale ». 75 antiqui magistri : « qui ante nos fuerunt », ut dicit ipse Thomas, *In Mathei eu.*, in XXIII 23 (ed. Piana, t. XIV, f. 67vb K). Re uera, usque ad u. 102 : « Christum », exponit Thomas doctrinam Guillelmi Altissiodorensis, qui praeceptum de decimis morale esse tenet, sed non pure morale, quia quantum ad taxationem tantae partis, non est morale, sed caerimoniale (*loc. laud.*, p. 995, 28-34 ; 997, 106-112 ; 1001, 81-83 ; 1006, 23-33). Ad Guillelmum etiam adludere uidetur Hostiensis, *Summa aurea* (ed. Lugd., f. 253ra ; Ven., col. 1097 ; uerba editionum aliquantulum corrupta esse uidentur) : « Vtrum consuetudo excuset a prestatione decimarum ? Et dicunt aliqui Theologi (« aliqui clerici seculares », *ed. Lugd.*, f. 253vb med.) quod sic, a tanto. <Quia>, quod decima prestari debeat, hoc dicunt morale, et hoc respectu debentur decime ex precepto, et ideo consuetudo contraria non ualet (nocet *edd ; sed cf. ed. Lugd., f.* 253vb37)... Quod uero decima pars detur, hoc dicunt esse cerimoniale, nec isto respectu debentur decime ex precepto, set de consilio tantum, et sic in quota parte prestanda, seruanda est consuetudo, unde prestabitur millesima pars tantum, si de consuetudine sit... » ; (f. 253rb-va ; col. 1098) : « Magistri uero canonum dicunt quod decima est soluenda de precepto, non undecima uel uigesima ». 77 Non — facies : *Exodi* XX, 13 et 15. 81-82 sicut preceptum de obseruatione sabbati : Doctrina de praeceptis mediis pro hoc praecepto elaborata est et de hoc praecepto communis est ; cf. *Summa fratris Alexandri* (t. IV, p. 492-493, 593) ; Albertus, *In III Sent.*, d.37 A, a.2, ad 2 (XXVIII, p. 684a) ; Bonauentura, *In III Sent.*, d.37, dub. III (p. 831-832) ; ipse Thomas, *In Ysaiam*, in LVI 2 (ed. Leon., t. XXVIII, p. 223b37-47) ; *In III Sent.*, d.37, a.5, qla 2 ; *In ep. ad Col.*, II, lect.4 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.100, a.4 et a.5, ad 2 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.122, a.4. 94-95 Mathei VII : Immo Matthaei X 10. 96 I ad Corinthios IX : 14 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 222) : « dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere » (sed cf. Hieronymus, *In Esaiam*, V XXIII 18, CCSL 73, p. 223, 38 : « ut qui euangelium praedicant uiuant de euangelio » ; infra, *Quodl. VI*, a.10, u. 42-44) ; 13 (ibid.) : « qui altario deseruiunt cum altario participantur ».

est cerimoniale, in quantum refertur ad figurandum aliquid circa Christum, uel etiam est iudiciale, secundum conuenienciam ad illum populum, in quo, <cum esset> multitudo ministrorum, tali taxatione opus erat ad ministrorum Dei sustentationem.

Sic igitur hoc commune quod est prouidere ministris Dei in necessariis uite, est de iure diuino quasi morale preceptum, et de iure naturali existens. Ad quemlibet autem principem qui potest leges condere, pertinet ius naturale commune per ius positiuum determinare : nichil enim aliud est ius positiuum quam determinatio iuris naturalis; sicut ius naturale habet quod malefactor puniatur, set quod tali pena puniatur, hoc determinatur per ius positiuum. Quia igitur ecclesia habet potestatem condendi legem in hiis que pertinent ad cultum Dei, potuit per ecclesie statutum taxari quantitas eorum que sunt danda ministris Dei a populo, et, ut esset quedam consonancia Noui et Veteris Testamenti, statuit ecclesia ut taxatio Veteris Testamenti seruaretur etiam in Nouo. Vnde omnes tenentur ad decimas, uelint nolint. Posset autem ecclesia statuere, si causa subesset, uel in maiori uel in minori numero, puta quod daretur octaua uel duodecima, sicut et quod detur decima.

Patet igitur quod nulla consuetudo contraria soluit hominem ab obligatione reddendi decimas, quia hec obligatio fundatur supra ius diuinum et supra ius naturale. Vnde semper tenentur homines reddere decimas, si ecclesia exigat, etiam contraria consuetudine obstante. Et in terris in quibus est consuetudo quod decime soluantur, ipsa consuetudo quasi expostulat decimas; unde peccaret qui non redderet. Set in terris in quibus non est consuetudo communis quod decime dentur, et ecclesia non petit, uidetur ecclesia remittere, dum dissimulat; et ideo homines in terris illis non peccant decimas non dando : durum enim esset dicere quod omnes homines Ytalie et orientalium partium dampnarentur, qui decimas non soluunt. Et huius argumentum possumus ab Apostolo accipere, cui cum deberentur necessaria uictus ab hiis quibus predicabat, tamen non accipiebat; nec tamen peccabant illi qui ei non dabant, alioquin male cum eis egisset non accipiendo, presertim cum ipse dicat, Actuum XX : *Non enim subterfugi quominus annunciarem uobis omne consilium Dei.* Set ideo Apostolus non exigebat quod sibi debebatur, ne daretur aliquod *offendiculum Euangelio*, ut ipse dicit. Vnde non bene facerent rectores Ecclesiarum, si in terris illis decimas exigerent in quibus non est consuetudo dari, si probabiliter crederent quod ex hoc scandalum nasceretur.

Ad id ergo quod in contrarium obicitur dicendum quod milites qui accipiunt decimas in aliquibus terris, non habent ius accipiendi decimas : hoc enim ius est spirituale debitum ministris Dei, unde non cadit in laicam personam; set res ille temporales que a iure exiguntur, ex concessione ecclesie date sunt aliquibus militibus propter aliqua seruicia que fecerunt ecclesie, sicut et ecclesia potest remittere ipsos fructus qui debentur pro decima, non tamen remittit ius exigendi decimas nec tollit debitum reddendi.

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 102 est] esse Ψ *(corr. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*WP*^{7} : potest esse *An)* 104 cum esset *suppl. cum Gf*^{1} : erat ... et (*post* 105 ministrorum^1) *An* : quia erat *Ed*^{23}, *Ed*^{31ss} : propter (*uerbum inseq. corr. in* multidudinem) *Ed*^{30} : *om. cett* 112 per] quod Φ^1 : *obsc.* Φ^{2b} 120 ut] tunc Φ^1, *V*^{4} : ideo *Ba* : *lac. Ba*^{1}*P*^{1} (ut *rest. EP*^{9}) 130 quia] et Ψ (quia *rest. sec.m. P*^{7}) : *om. As* fundatur] subdatur Ψ(- *P*^{7} : fundatur *rest. sec.m. C*^{b}) 132 etiam] et Φ^1, *BaBa*^{1} : ex *P*^{9} 133 contraria] in contraria Ψ (in *del. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*WP*^{7}) obstante] non obstante Φ^{2b}(- *pr.m. P*^{1}), Ψ (*cf. Préf., p.* 110*b) 143 huius *As*, Φ^{2b} : huiusmodi *P*, Ψ : *om. O* 146 illi qui] aliquid Φ^1(- *P*) : qui Φ^{2b} 150 Set] et *Ed*^{2,4ss} 152 ipse] + ibi *Ed*^{19ss} 154 consuetudo] consuetum Ψ 155 si *scr. cum* Φ^{2b} : sicut Φ^1, Ψ 161 ille] *om.* Φ(- *Ba* : *suppl. mg. P, P*^{1}*V*^{4}, *s.u. O* : alie *suppl. E)* 162 a iure *P*, Φ^{2b} : ob iure Φ^1(- *P*), Ψ (a iure *rest. sec.m. C*^{b} : ob iura *An* : tali iure *F* : hoc iure *M*^{1}*M*^{3})

102-103 uel — iudiciale : Haec est solutio quam contra Guillelmum Altissiodorensem proponit *Summa fratris Alexandri* (t. IV, p. 732b) : « Preceptum de decimis est preceptum iudiciale. Vnde non est dicendum morale ... nec cerimoniale », cui fauet ipse Thomas, *II*^{a} *II*^{ae}, q.87, a.1 : « Nec tamen propter hoc est cerimoniale preceptum, sed iudiciale ». 112 ius positiuum : Cf. adn. ad Thomam, *In Eth.*, V 12, 12-15, in ed. Leon., t. XLVII 2, p. 304. 139 dum dissimulat : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea* (t. III 2, p. 1004, 73-76) : « Ecclesia enim sustinet ... et dissimulat; et quandiu ecclesia dissimulat ... excusatur enim <per> dissimulationem ecclesie ». 142 orientalium partium : Durius Hostiensis, *Summa aurea* (ed. Lugd., f. 254va; Ven., col. 1102) : « Ad quod respondeo : ecclesia Grecorum schismatica est et in multis aliis peccat ... ». 148 Actuum XX : 27. 152 ipse : Paulus, *Ep. I ad Cor.*, IX 12 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 222) : « ne quod offendiculum demus euangelio christi ». 157-167 Ad id — reddendi : Cf. *Glosa ord. in Decretum* (II Pars, Causa 1, q.III, c. 13 ; ed. Romae 1582, 766 i) : « Vnde nota quod fructus bene possunt dari laico ex causa, sed ius decimale nequaquam, nam aliud est ius, aliud est ipsa res », laud. a *Summa fratris Alexandri* (t. III, p. 803); Hostiensis, *Summa aurea* (ed. Lugd., f. 253ra; ed. Ven., col. 1096) : « Decime debentur duplici iure ecclesiis, scilicet intuitu diuini obsequii in eis prestiti ... et *hoc ius*, cum mere sit *spirituale, non cadit in laicum* ... Item debentur eis in signum uniuersalis dominii ... et hoc ius, cum sit ciuile, potest concedi laico, non quo ad proprietatem, sed quo ad fructuum perceptionem, et ad tempus, non in perpetuum ».

<Questio 5>

Deinde quesitum est de hiis que pertinent ad uirtutes circa res humanas.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus in indifferentibus; secundo, utrum uenditor teneatur dicere emptori uicium rei uendite.

<a. 1 [9]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantum ad omnia.

<1> Dicitur enim Deuteronomii XXI : *Si genuerit homo filium contumacem et proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, ... lapidibus eum obruet populus ciuitatis*; set pena talis non infligeretur, nisi grauiter peccaret non obediendo; ergo filii tenentur obedire parentibus carnalibus per omnia.

<2> Preterea. Apostolus dicit ad Colossenses, III : *Filii, obedite parentibus per omnia.*

<3> Preterea. Precepta moralia affirmatiua, quamuis non ad semper obligent, tamen nunquam contrarium facere licet; set preceptum morale affirmatiuum est de honoratione parentum; ergo nunquam licet irreuerentem esse parenti, quod esset si eius mandato non obediretur; tenetur ergo filius in omnibus parentibus obedire.

Set contra. Non minus obediendum est patribus spiritualibus quam carnalibus, set magis, ut habetur per Apostolum, ad Hebreos XII; set patribus spiritualibus non tenentur subditi obedire in indifferentibus : religiosi enim, qui obedienciam profitentur, non tenentur obedire suis prelatis nisi in hiis que sunt *secundum regulam*, ut Bernardus dicit in libro De dispensatione et precepto; ergo nec parentibus carnalibus filii tenentur in indifferentibus obedire.

Responsio. Dicendum quod, cum obediencia prelato debeatur, ad illa se extendit debitum obediencie ad que se extendit ius prelationis. Habet autem pater carnalis ius prelationis in filium primo quidem quantum ad domesticam conuersationem : sic enim est paterfamilias in domo sicut rex in regno; unde, sicuti subditi regis tenentur obedire regi in hiis que pertinent ad gubernationem regni, ita etiam filii et alii domestici tenentur obedire patrifamilias in hiis que pertinent ad dispositionem domus. Secundo, quantum ad morum disciplinam; unde Apostolus dicit, ad Hebreos XII : *Patres quidem carnis nostre habuimus eruditores et* obtemperabamus eis; debet enim pater filio <non solum nutrimentum>, set etiam disciplinam, ut Philosophus dicit. In hiis ergo filius tenetur obedire patri carnali, et non in aliis.

Ad primum ergo dicendum quod loquitur ibi Moyses de imperio paterno quod pertinet ad disciplinam morum; unde ibidem dicitur : *Monita nostra audire contempnit, comessationibus uacat et luxurie atque conuiuiis.*

Ad secundum dicendum quod Apostolus dicit

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 3 res humanas] *inu.* Φ(- *E, Ed*^{2,4ss}) 25 nunquam] non *Ed*^{10} 40-41 se extendit ... se extendit] extenditur ... extenditur *Ed*$^{32,34-36}$: se extenditur ... se extenditur *Ed*^{33} 53 non solum nutrimentum *suppl. cum sec.m. Md*^{b}*, sec.m. Ts, Av, M*^{8} *(cf. app. fontium) : om.* Φ^1, Ψ : non solum educationem *uidetur suppleuisse in mg. pecia* Φ^{2b} (*unde* : non solum *in textu ante* debet *Ba*^{1} : non solum ducationem *loco P*^{9}*V*^{4} : non solum eruditionem *pr.m. P*^{1} : non solum educationem *BaE*), *quod sensu caret* (*cum uerbum* « educatio » *idem ualeat ac* « disciplina »), *unde uariae emendationes* : non solum esse Φ^{2bG} : non solum uictum *BsVeWb, nec non M*^{1}; *etc.*

A.9 Parall. : *In II Sent.*, d.44, q.2, a.3; *II*^{a} *II*^{ae}, q.104, a.5. 12 Deuteronomii XXI : 18 et 21. 19-20 ad Colossenses III : 20. 23-25 preceptum — parentum : *Exodi* XX, 12. 31 ad Hebreos XII : 9 (cf. adn. ad u. 51). 36 Bernardus : *De praecepto et dispensatione*, IV 10 (ed. Cist., t. III, p. 260,15 - 261,2, praesertim p. 260, 16-18) : « is qui profitetur, spondet quidem oboedientiam, non tamen omnimodam, sed determinate 'secundum Regulam' ». Cf. supra, *Quodl. I*, a.15, u. 12, cum adn. 51 ad Hebreos XII : 9 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 755) : « deinde patres quidem carnis nostrae habuimus eruditores et reuerebamur, non multo magis obtemperabimus patri spirituum et uiuemus? » (cf. infra, *Quodl. III*, a.16, s.c.). Verba Epistulae « reuerebamur [+ eos *uar.*] » recte laudat Thomas *In ep. ad Cor.*, III, lect. 2; *In ep. ad Hebr.*, XII, lect. 2; *III*^{a}, q.67, a.8, ad 2; *Coll. de decem preceptis*, preceptum 4 (ed. Torrell, p. 241, 25); sed pro his uerbis habet « obtemperabamus eis » etiam *III*^{a}, q.72, a.10. 54 ut Philosophus dicit : cf. Ar., *Eth. Nic.*, VIII, 1161a16-17, a Roberto Grosseteste transl. (A.L. XXVI, p. 315, 8-9) : (Pater) « Causa enim essendi existimati maximi esse, et nutrimenti, et discipline »; 1162a6-7 (p. 317, 18-19) : « Essendi enim et nutriendi cause (parentes), et natis eius quod est disciplinari », a Thoma saepius laud., uelut : *In III Sent.*, d.29, q.1, a.7, s.c.2 (ed. Moos, p. 940, n. 86) : « sicut dicit Philosophus in VIII Ethicorum, nunquam sufficienter possumus retribuere patribus, a quibus esse, nutrimentum et disciplinam habemus »; *In IV Sent.*, d.26, q.1, a.1; d.33, q.1, a.3, sol. 1; d.42, q.1, a.2, ad 9; q.2, a.2, arg.3; *In ep. ad Eph.*, VI, lect. 1 (Piana, XVI, f. 150ra4-5); *In Iohannis eu.*, V, lect. 1, in initio; *In Eth.*, I 1, u. 64-65; *III*^{a}, q.67, a.8, arg.2 : « filius habet a patre esse et nutrimentum et disciplinam, ut Philosophus dicit VIII Ethicorum »; *Coll. de decem preceptis*, pr. 4 (ed. Torrell, p. 241, 33) : « Igitur filii a parentibus habent esse, nutrimentum et disciplinam » 59 ibidem : Deuteronomii XXI, 20. 62 dicit : Cf. supra, u. 19-20.

obediendum esse *parentibus per omnia*, ad que se ius prelationis extendit.

Ad tercium dicendum quod non exhibet irreuerenciam precipienti, si non obedit ei in hiis in quibus obedire non tenetur.

<Q. 5, a. 2 [10]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod uenditor non teneatur dicere uicium rei uendite emptori.

<1> Quia, secundum leges ciuiles, uenditor et emptor se inuicem decipere possunt; nulla autem posset esse deceptio, si uenditor rei uendite uicium emptori decere teneretur; non ergo tenetur.

<2> Set dicebat quod leges loquuntur non secundum forum consciencie, secundum quod nunc loquimur, set secundum forum contentiosum. — Set contra : secundum Philosophum in II Ethicorum, intentio *legislatoris* est *ciues* facere *bonos*; quod ergo licet secundum leges, non est contrarium uirtuti, et ita etiam non contrarium consciencie.

Set contra est quod secundum leges ciuiles, si aliquis uendat animal morbidum, tenetur de uicio; ergo tenebatur dicere uicium emptori.

<2> Preterea. Tullius dicit in libro De officiis quod ad officium boni uiri pertinet ut dicat emptori illud pro quo res minus uenderetur; huiusmodi autem est uicium rei uendite; ergo uenditor tenetur dicere emptori uicium rei uendite.

Responsio. Dicendum quod aliquid pertinet ad bonum uirum ad quod tamen homines non tenentur, sicut ad bonum uirum pertinet quod liberaliter amico bona sua largiatur, quamuis ad hoc non teneatur; set aliquid pertinet ad bonum uirum ad quod tenetur, scilicet quod reddat alicui quod iustum est : nam actus iusticie est ut reddatur alicui quod ei debetur. Et ideo unusquisque uenditor ad hoc tenetur ut iustam uenditionem faciat, non autem ut faciat uenditionem liberalem, dimittens aliquid de precio iusto. Iusticia autem equalitas quedam est, ut dicitur in V Ethicorum; est ergo iusta uenditio quando precium acceptum a uendente equatur rei uendite, iniusta autem si non equetur, set plus accipiat. Si igitur uicium rei uendite faciat rem minus ualere quam precium impositum a uenditore, iniusta erit uenditio, unde peccat occultans uicium; si autem non faciat rem minus ualere quam precium impo-

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 7 esse] fieri *Ed*^{19ss} 10 loquuntur non] *inu.* Φ 11-12 secundum^2... set] sed... est *Ed*^{2,4ss} *(praeter Ed*^{30}*)* 15 licet] habet *Ba*, Ψ (licet *rest. sec.m. C*$^bP^7$) : *om. pr.m.* est *sec.m. V*^{4} 16 non] + est Ψ(- *LiSm*) 18 quod] *om.* Φ 20 tenebatur] tenetur *P, E, Bx*^{1}*C*^{b} : tenentur Ψ *(cett* : tenetur *sec.m. P*^{7}) 25 tenetur] teneatur Ψ(- *N*^{b}*P*^{7} : tenetur *rest. sec. m. C*^{b}) 30 bona sua] suo bona sua *Ba*^{1} : sua bona *Ed*$^{4-35}$: suo bona *Ed*^{36} 34 debetur] dantur Ψ (debetur *rest. sec.m. C*$^bP^7$) 40 a uendente *scr. cum B, O*^{2} : ab [habente *exp.*] uendente *P*^{8} : ab emente *SiHeUt, CeBoC*^{2}*, An* : ab habente *cett* 43 uenditore] + set Ψ(- P^7)

A.10 Parall. : *II*^{a} *II*^{ae}, q.77, a.3. 5-6 secundum — possunt : « leges ciuiles » laudantur ex Hostiensi, *Summa aurea*, lib. III, De contrahenda emptione et uenditione, § 7 (ed. Lugd., f. 218va; Ven., c. 944) : « Sed si deceptio non excedit ultra dimidiam iusti precii et uterque contrahentium maior est et priuatus, toleratur, quia *licitum est contrahentibus sese ad inuicem decipere* naturaliter, id est bona fide, scilicet quod uenditor credat uendere iusto precio... dummodo nichil dicat quo alius moueatur ad emendum ». 13-14 in II Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, II, 1103b3-5, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 164, 3-5) : « Legislatores enim ciues assuefacientes, faciunt bonos. Et uoluntas quidem cuiuslibet legislatoris, hec est ». 18-20 secundum — uicio : « leges ciuiles » laudantur ex Hostiensi, *Summa* (Lugd., 218va; Ven., 945) : « Item, si equus morbosus uenditus sit, potest fieri redhibitio intra sex menses, ut ff. De redhibi. actio. l. 1 ». Cf. *Digesta*, XIX 1, § 13 (ed. Mommsen-Krueger, p. 279a) : « ait enim, qui pecus morbosum... uendidit, si quidem ignorans fecit, id tantum ex empto actione praestaturum, quanto minoris essem empturus, si id ita esse scissem; si uero sciens reticuit et emptorem decepit, omnia detrimenta quae ex ea emptione emptor traxerit, praestaturum ei » ; § 11 (p. 278a) : « Animalium quoque uenditor cauere debet ea sana praestari, et qui iumenta uendidit solet ita promittere ' esse bibere ut oportet ' » ; XXI 1, § 38 (p. 310-311) : « Aediles aiunt : ' Qui iumenta uendunt, palam recte dicunto, quid in quoque eorum morbi vitiique sit... si quid ita factum non erit... morbi autem vitiive causa inemptis faciendis in sex mensibus, vel quo minoris cum venirent fuerint, in anno iudicium dabimus ». — Patet Thomam solum Hostiensem legisse, non autem Digesta : nam conclusionem « ergo tenebatur dicere uicium emptori » ipse de suo infert, quae in Digestis diserte exprimitur. 21 Tullius : Cicero, *De officiis*, III XII-50 - XVII-72 (ed. M. Testard, Coll.... Budé, Paris 1972, p. 96-108). Quaestionem de silentio uenditoris fusius tractat Ciceron, doctrinam sequens Antipatri Tarsensis qui iam saec. II ante I.C. docuerat : « omnia patefacienda ut ne quid omnino quod uenditor norit, emptor ignoret » (XII-51) ; « nec ut emat melius nec ut uendat, quidquam simulabit aut dissimulabit uir bonus » (XV-61), cuius sententiam adprobat Cicero : « nec... uenditor celare emptores debuisse... Hoc celandi genus quale sit et cuius hominis, quis non uidet? Certe... non uiri boni » (XIII-57). Philosophi Stoici doctrinam etiam leges Romanas sanxisse contendit Cicero (XVI-65). 33-34 actus — debetur : Cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.15, q.3, a.1, qla 3, ad 1 (ed. Moos, p. 707, n. 396) : « actus iusticie est reddere debitum » ; *I*^{a}, q.21, a.1, arg.3 ; a.4, arg.4. 37-39 Iusticia — in V Ethicorum : Haec sententia non inuenitur ad uerbum, sed tantum ad sensum apud Ar., *Eth. Nic.*, V, 1129a34-b1, a Roberto Grossetteste transl. (A.L., XXVI, p. 227, 9-10) : « iustus erit... equalis. Iustum... equale » ; 1131a13, 15-16 (p. 231, 23, 26) : « Iustum equale ». E contrario, Ar., *Eth. Nic.*, VIII, 1157b36 (p. 306, 2-3) : « Dicitur enim amicicia, equalitas » ; 1159b2-3 (p. 310, 22) : « Equalitas... amicicia » ; IX, 1168b8 (p. 335, 7) : « Equalitas amicicia ».

situm, quia forte uenditor minus precium imponit propter uicium, tunc non peccat tacens uicium, quia uenditio non est iniusta, et forte esse sibi dampnosum si uicium diceret, quia emptor uellet habere rem etiam pro minori precio quam ualeret. Liberaliter tamen faceret, si dampnum proprium contempneret ut satisfaceret uoluntati alterius, licet ad hoc non teneatur.

Ad primum ergo dicendum quod per illud dictum legis non habetur quod licitum sit simpliciter uenditori decipere emptorem aut e conuerso; set dicitur aliquid esse licitum secundum legem quod per legem non punitur, sicut secundum Legem Veterem licebat libellus repudii.

Ad secundum dicendum quod precepta legis sunt ductiua ad perfectam uirtutem, tamen actus perfecte uirtutis non cadunt sub precepto legis humane; set prohibet quedam grauiora, ut gradatim homines, rectracti a malis, per se ipsos ad uirtutes exerceantur; permittit autem quedam minora peccata, eis penam non infligens, quia sine hiis non facile inuenitur hominum multitudo, et de talibus est deceptio que est inter uendentes et ementes, quia plurimi sunt qui uolunt *uili emere et* care *uendere*, ut Augustinus dicit in libro De Trinitate.

Ad illud quod primo in contrarium obicitur, dicendum quod illud intelligendum est quando morbus pecoris facit pecus minus ualere quam uendatur.

Ad secundum dicendum quod ea ratione Tullius dicit quod uir bonus non tacet uicium rei uendite, quia ad uirum non pertinet decipere aliquem; deceptio autem non est si id quod tacetur de re uendita non faciat rem minus ualere quam precium quod pro ea accipitur.

<Questio 6>

Deinde quesitum est de peccatis.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum peccatum sit appetere prelationem; secundo, utrum peccatum sit predicatori habere oculum ad rem temporalem.

<a. 1 [11]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod peccatum sit appetere prelationem.

<1> Non enim uidetur quod possit appeti sine peccato id quod non fuit in statu nature <integre>, set solum in statu nature corrupte; set prelatio non fuit in statu nature integre, set incepit esse post peccatum, quando dictum est mulieri : *Sub uiri potestate eris*; ergo peccatum est prelationem appetere.

<2> Preterea. Appetitus noster esse debet de hiis que pertinent ad statum future glorie; set in futuro *cessabit omnis prelatio*, ut dicit quedam glosa, I ad Corinthios XV; ergo peccatum est appetere prelationem.

Set contra est quod dicitur I ad Timotheum

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 56 aut] et Φ 62 perfecte] perfectior Ψ (perfectioris *W* : perfectiores *An* : perfecte *rest. sec.m. P*^{7}) 64 retracti] retractati (-ri) Φ^1 66 eis] *om.* Ψ 70 uili] uiliter *P, BaE, sec.m. C*^{b} : uile *W* 73 dicendum] *om.* Φ^1, *BaBa*^{1} 78 uirum] + bonum *Ba*^{1}, *dett, Ed*^{4ss} 81 pro ea] eam Ψ(- *P*^{7} : pro ea *sec.m. C*^{b} : per eam *F* : per quod eam accipit *V*^{1})

12 integre *suppl. cum* Φ^{2b} : *om.* Φ^1, Ψ (*cf. Préf., p.* 110*b) 14 post] postquam Φ^1 quando] cum *Ba*^{1}*P*^{9}*V*^{4} 15 mulieri] infieri Ψ(- *DuW* : mulieri *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7})

70 Augustinus : *De Trin.*, XIII III 6 (CCSL 50 A, p. 387, 11) : « Vili uultis emere et caro uendere », etiam laud. a Thoma, *II*^{a} *II*^{ae}, q.77, a.1, arg.2 et ad 2. 73-75 illud — uendatur : Cf. supra, u. 21-23 : « leges ciuiles » ad mentem Ciceronis exponit Thomas. — Perperam J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas*, p. 48, adseuerat Thomam hic usum esse definitione morbi ex Sabino data in Codice iuris ciuilis (*Digesta*, XXI 1, § 7; ed. Mommsen-Krueger, p. 305a) : « morbum ... apud Sabinum sic definitum esse, habitum ... qui usum eius ad id facit deteriorem », cum in hac definitione (ubi ceteroquin non de pecore, sed de seruo agitur) de pretio non fit mentio. 76-77 Tullius : Cf. supra, adn. ad u. 21.

A.11 Parall. : *In ep. I ad Tim.*, III, lect. 1; *De perfectione spir. uite*, c. 22 (ed. Leon., t. XLI, p. B 95-97); *Quodl. III*, q.4, a.1 [9]; *Quodl. V*, q.11, a.2 [22]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.105, a.1; *Quodl. XII*, q.10, a.3 [18]. 13-15 set^1 — eris : Cf. Thomas, *In II Sent.*, d.44, q.1, a.3; *I*^{a}, q.92, a.1, arg.2 et ad 2; q.96, a.3 et 4; qui ipse inuocat Gregorium, *Moralia in Iob*, XXI XV 22 (CCSL 143 A, p. 1082) : « Omnes namque homines natura aequales sumus; sed accessit dispensatorio ordine, ut quibusdam praelati uideamur ... Nam, ut praefati sumus, omnes homines natura aequales genuit, sed uariante meritorum ordine, alios aliis dispensatio occulte postponit. Ipsa autem diuersitas quae accessit ex uitio, recte est diuinis iudiciis ordinata, ut quia omnis homo iter uitae aeque non graditur, alter ab altero regatur ». 14 dictum est : *Genesis*, III 16. 19-20 quedam glosa : *Glosa ord.*, in *Ep. I ad Cor.*, XV 24 (t. IV, p. 333b1-2) : « Sed hominibus collectis iam omnis prelatio cessabit »; *Glosa* Petri Lombardi (P.L. 191, 1679 C-D) : « Sed tunc cessabit omnis creature prelatio » (ex Haymone Altissiodorensi, P.L. 117, 597 : « cessabit omnis creature potestas »); a Thoma saepius laud., uelut *In II Sent.*, d.44, q.1, a.3, arg.5; *In IV Sent.*, d.47, q.1, a.2, qla 4, arg.1 (= *Suppl.*, q.89, a.4).

V : *Qui bene presunt presbiteri, duplici honore digni habeantur*; set non est peccatum appetere illud cui debetur honor, qui non debetur nisi uirtuti; ergo non est peccatum appetere prelationem.

Responsio. Dicendum quod hanc questionem soluit Augustinus, XIX De ciuitate Dei, ubi dicit quod *locus superior, sine quo populus regi non potest, etsi ... administretur ut decet, tamen indecenter appetitur.*

Cuius ratio est quia qui appetit prelationem, aut est superbus, aut iniustus. Iniusticia enim est quod aliquis uelit sibi plus de honore accipere aut de potestate aut de aliis huiusmodi bonis, nisi sit maioribus dignus, ut dicitur in V Ethicorum. Quod autem aliquis estimet se esse magis dignum prelatione omnibus illis super quos prelationem accipit, superbie et presumptionis est. Vnde patet quod quicunque prelationem appetit, aut est iniustus aut superbus.

Et ideo nullus suo appetitu debet ad prelationem peruenire, set solum Dei iudicio, secundum illud Apostoli, ad Hebreos V : Nemo *sibi* assumit *honorem, set qui uocatur a Deo, tanquam Aaron.* Potest tamen aliquis licite appetere se esse dignum prelatione, uel opera boni prelati, quibus debetur honor.

Vnde patet responsio ad ultimum.

Prime uero due rationes non recte contradicunt, quia etiam ea que non fuerunt in statu innocencie nec erunt in statu glorie, possunt licite appeti, sicut subici, penitere et alia huiusmodi. Quamuis prelatio quantum ad aliquid fuisset in statu innocencie, et futura sit in statu glorie, scilicet quantum ad superioritatem gradus et quantum ad gubernationem uel regimen, non autem quantum ad coactam seruitutem.

<Q. 6, a. 2 [12]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod peccatum sit predicatori habere oculum ad temporalia.

Dicitur enim Luce XII : *Querite primum regnum Dei*, Glosa : id est *bona eterna*; *et hec omnia adicientur uobis*, Glosa : *etiam non querentibus*; ergo non licet predicatori habere oculum ad terrena.

Set contra est quod dicitur I ad Corinthios IX : *Debet qui arat, in spe arare*, Glosa : *stipendiorum temporalium*; ergo licet predicatori, de quo ibi loquitur, habere oculum ad terrena.

Responsio. Dicendum quod habere oculum ad terrena contingit dupliciter : uno modo, sicut ad mercedem uel premium, et sic predicatori non licet habere oculum ad terrena, quia sic faceret euangelium uenale; alio modo, sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis uite, et sic licet predicatori habere oculum ad terrena. Vnde I ad Timotheum V, super illud : *Qui bene presunt pres-*

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 23 presunt] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*DuP*^{7}*)* 25 nisi] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* uirtuti] + IV Ethicorum *M*^{1}*M*^{3} 30 tamen] et non Ψ (tamen *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 33 Iniusticia] Iusticia Ψ(- *Du* : Iniusticia *rest. sec.m. N*^{b}*P*^{7} : Iniustum *sec.m. C*^{b}*)* 35 huiusmodi] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*, nec non post* bonis *sec.m. P*^{7}*)* 43 peruenire] appetere peruenire *W* : uelle peruenire *F* 47 quibus] pro quibus Φ 50-51 contradicunt] conludunt *sec.m. C*^{b}*, M*^{1}*M*^{3}*, Dl, dett, Ed*^{5ss} 52 possunt] sunt Ψ (possunt *sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 53 appeti] appetere *? Ba* : appetenda *sec.m. N*^{b}*, pr.m. P*^{7} *(cf. adn. sup.)*

5 Querite primum regnum] Querite regnum primum Ψ (Primum querite regnum *C*^{b} : *om. Sm*) 17 stipendia] stipendium Ψ 18-19 predicatori habere *scr. cum P, Ba, N*^{b}*Bx*^{1}*P*^{7} : *inu. codd (cett), edd*

22-23 I ad Timotheum V : 17. 25 qui — uirtuti : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, IV, 1123b35, a Roberto Grosseteste transl. (A.L. XXVI, p. 213, 5) : « Virtutis enim premium, honor; et attribuitur bonis ». 28 Augustinus, XIX De ciuitate Dei : c. XIV (CCSL 48, p. 687, u. 31 (32), laud. a *Glosa ord.*, in *Ep. I ad Tim.*, III 1 (t. IV, p. 408); a Gratiano, *Decr.*, Causa VIII, q.1, c. 11 (Friedberg, I 594); ab ipso Thoma, *In ep. I ad Tim.*, III, lect. 1; *De perf. spir. uite*, c. 22 (ed. Leon., t. XLI, p. B 95); *Quodl. III*, a.9, arg.2; *Quodl. V*, a.22, ad 2; *II*^{a} *II*^{ae}, q.185, a.1, s.c. et ad 3. 36 in V Ethicorum : Non ad uerbum, sed ad sensum haec sententia apud Aristotelem inuenitur; cf. *Eth. Nic.*, V, 1131a25-26, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 232, 9-10) : « Iustum enim in distributionibus confitentur omnes secundum dignitatem quandam oportere esse »; 1131b16-17 (p. 233, 6-7) : « Iustum quidem igitur hoc, proportionale; iniustum autem, quod preter proportionale ». Iniustus plus iusto sibi tribuit in huiusmodi bonis, « in pecuniis et honoribus et delectacionibus corporalibus » (IX, 1168b15-17; p. 335, 16-17). 44 ad Hebreos V : 4 (t. II, p. 710) : « nec quisquam sumit sibi honorem ... ». 47 opera : Cf. *Quodl. V*, a.22, u. 20-27.

A.12 Parall. : *In IV Sent.*, d.25, q.3, a.2, qla 2, ad 4; *II*^{a} *II*^{ae}, q.100, a.3, ad 2. 3 habere oculum ad : Hac uoce (Gallice « avoir en vue », potius quam « avoir l'œil sur = veiller sur, faire attention à ») saepius usus est Thomas : *In III Sent.*, d.29, a.4, s.c.3; sol. (ter); d.34, q.2, a.1, sol.2; *In IV Sent.*, d.15, q.4, a.7, qla 2, ad 1; *Q. de uer.*, q.28, a.4, ad 3; *In ep. ad Rom.*, VIII, lect. 3. 5 Luce XII : 31. 6 Glosa : interlin. (t. IV, p. 187). 7 Glosa : ord. (t. IV, p. 187a2). 9 I ad Corinthios IX : 10 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 221) : « debet in spe qui arat arare ». 10 Glosa : interlin. (t. IV, p. 320) : « stipendiorum »; uel potius *Glosa* Petri Lombardi (P.L. 191, 1609) : « qui arat, id est praedicator qui corda aperit ad fidem, debet arare in spe *stipendiorum temporalium*, non propter hanc spem; non enim haec debet esse intentio sua et finis in ministerio ». 19-20 I ad Timotheum V : 17.

biteri, dicit Glosa Augustini : *Necessitatis est accipere unde uiuitur, caritatis est prebere ; non tamen uenale est Euangelium ut pro hiis <predicetur>. Si enim sic uendunt, magnam rem uili uendunt. Accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 7>

Deinde quesitum fuit de penis peccatorum ; et primo de ipsis penis ; secundo de remissione penarum.

Circa primum quesita sunt duo : primo, utrum anima separata possit pati ab igne corporeo ; secundo, utrum duorum qui eadem pena sunt digni, unus diutius moretur in purgatorio quam alius.

<a. 1 [13]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima a corpore separata non possit pati ab igne corporeo.

<1> Quia, secundum Philosophum, *quod non tangit, non agit* ; set ignis corporeus non tangit animam separatam a corpore, cum non habeat terminos corporales, que autem se tangunt, *habent ultima simul* ; ergo anima separata non patitur ab igne corporeo.

<2> Preterea. Illa que paciuntur ad inuicem, in inuicem conuerti possunt ; set anima non potest conuerti in ignem corporeum nec e conuerso ; ergo anima non potest pati ab igne corporeo.

<3> Preterea. Bernardus dicit quod nichil ardet in inferno nisi *propria uoluntas* ; set propria uoluntas, cum sit quiddam spirituale, non potest esse materia ignis corporalis ; ergo anima a corpore separata non potest ab igne corporeo pati.

Set contra est quod dicitur Ysaie ultimo : *Ignis eorum non extinguetur.*

Responsio. Dicendum quod pati multipliciter dicitur. Vno modo pati communiter dictum idem

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 23 ut] *om.* Φ^{2b}(- *BaBa*^{1}), C^b, $Ed^{2,4ss}$ 23 predicetur *suppl. cum V*^{1} *(cf. app. fontium) : om. codd, edd*

15 tangit^1] *obsc.* Ψ (*? ongit uel* origit *pr.m. N*^{b}, *pr.m. C*^{b}, *Bx*^{1}*Li* : contingit *? pr.m. V*^{1} : tangit *DuSmW, sec.m. N*^{b}*C*^{b}*P*^{7}*V*^{1}) 20 ad] ab *P, E* 21 in inuicem] inuicem *BaBa*^{1}, *Sm, Ed*^{5ss} : *om. V*^{4}, *Bx*^{1}*DuLiP*^{7} 28 materia] maius Ψ (*om. W* : materia *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}) 29 potest] *om.* Ψ(- *N*^{b}*W*)

21 Glosa Augustini : *Glosa ord.* (t. IV, p. 411a) : « Augustinus. Necessitatis est accipere, caritatis prebere ; non tamen uenale est euangelium, ut pro his predicetur, *sed pro eternis*. Si enim sic uendunt magnam rem uili uendunt. Accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino » ; uel potius *Glosa* Petri Lombardi (P.L., 192, 354) : « Necessitatis ergo est accipere *unde uiuitur*, caritatis est prebere ; non tamen uenale est Euangelium ut pro his predicetur. Si enim sic uendunt, magnam rem uilipendunt (*ed. : legendum* uili uendunt). Accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino » (Accipiant — Domino *laud. etiam Thomas, II*^{a} *II*^{ae}, q.100, a.2). Haec glossa deprompta est ex Augustino, *Sermones de uetere Testamento*, XLVI 5, 110-115 (CCSL 41, p. 532-533) : « Vnde ergo uiuitur, est necessitatis accipere, est caritatis praebere. Non tamquam uenale sit euangelium, ut illud sit pretium eius quod sumunt qui annuntiant unde uiuant. Si enim sic uendunt, magnam rem uili uendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino ».

A.13 Parall. : *In IV Sent.*, d.44, q.3, a.3, qla 3 (= *Suppl.*, q.70, a.3) ; *Q. de uer.*, q.26, a.1 ; *C.G.*, IV 90 ; *Comp. theol.*, I 180 ; *Q. de anima*, q.21 (cf. q.6, ad 7) ; *Q. de spir. creat.*, a.1, ad 20 ; *I*^{a}, q.64, a.4, ad 1 ; *Quodl. III*, q.10, a.1 [23]. 14-15 quod — agit : Adagium est, saepissime ab Alberto laudatum : c. 1241, *Summa de quatuor coequeuis*, tr. 4, q.69, a.2, pars 1, arg.9 (ed. Borgnet, XXXIV, 687b) : « Si non tangit, non agit » ; c. 1245, *In III Sent.*, d.29, a.11, arg.6 (XXVII, p. 563a) : « Dicit enim Aristotiles in XVI De animalibus : Si non tangit, non agit » ; d.31, a.1, arg.4 (p. 578a) ; c. 1246, *Q. de peccato originali*, a.1, arg.2 (ed. Col., t. XXV 2, p. 189, 43-44) : « Philosophus in XVI De animalibus : Si non tangit, non agit » ; *In II Sent.*, d.7, a.7, arg.1 (B, XXVII, p. 152b) ; c. 1249, *In Dion. de celesti hier.*, c.4 (ed. Col., t. XXXVI 1, p. 67, 9-10) : « sicut dicit Philosophus in XVI De animalibus : Quod non tangit non agit » ; c. 1250, *In Dion. De diu. nom.*, c. 7 (ed. Col., t. XXXVII 1, p. 352, 70-71) ; post 1251, *De celo*, II III 2 (ed. Col., t. V 1, p. 145, 31-32) ; *Metaphysica*, VII II 8 (ed. Col., t. XVI, p. 349, 46) : « quod non tangit non agit » ; *Problemata determinata*, q.12 (ed. Col., t. XVII 1, p. 53, 32) ; *Summa theol.*, II 1 q.3 ; VII, q.29 (B, XXXII, p. 14a et 317a) ; unde Thomas, *Q. de uer.*, q.5, a.9, arg.16 ; *Q. de anima*, q.21, arg.3. Adagium erutum est ex Ar., *De animalibus*, XVI (= *De gen. animal.*, II, 734a3-4), a Michaele Scoto transl. (ed. van Oppenraaij, Ar. Sem.-Lat., V 3, p. 64) : « quoniam nihil potest mouere nisi secundum contactum ». — Eadem sententia inuenitur apud Aristotelem, *De gen. et corr.*, I, 322b22-24, ab Anonymo transl. (A.L., IX 1, p. 33, 20-21) : « Neque enim facere hec et pati possunt principaliter que non possibile ad inuicem tangere », cum comm. Auerrois a Michaele Scoto transl. (ed. Fobes, p. 60) : « Et cum actio est, tactus est ... Quod enim patitur, tangitur » ; unde Albertus, *In IV Sent.*, d.44 F, a.37, arg.2 (B, XXX, p. 592) : « Omnis actio est per contactum, ut dicit Aristotiles in I De generatione et corruptione et in XVI De animalibus » ; Thomas, *Q. de malo*, q.16, a.10, arg.3 : « Omnis actio est per contactum, ut dicitur in I De generatione ». 17-18 que — simul : Cf. Ar., *De gen. et corr.*, I, 323a10-11, ab Anonymo transl. (A.L., IX 1, p. 34, 11-13) : « hec utique tangent ad inuicem quecunque ... simul habent ultima » ; cf. etiam Ar., *Phys.*, VI, 231a22-23, a Thoma laud. supra, *Quodl. I*, q.10, a.1 [21], 17-18. 25-26 Bernardus — uoluntas : Adagium est (laud. etiam a Thoma, *Q. de malo*, q.5, a.2, s.c.1), quod erutum esse uidetur ex Bernardo, *In resurrectione sermo 3*, n. 3 (ed. Cist., t. V, p. 105, 15-17) : « Quid enim odit aut quid punit Deus, praeter uoluntatem propriam ? Cesset uoluntas propria, et infernus non erit. In quem enim ignis ille desaeuiet, nisi in propriam uoluntatem ? » (cf. *De diuersis sermo XI*, t. VI 1, p. 125-126 ; *De lib. arb.*, t. III, p. 187-188). 30 Ysaie ultimo : LXVI 24. 33-34 pati — recipere : Cf. adn. ad Thomam, *In De anima*, II 11, 111, in ed. Leon., t. XLV 1, p. 112.

est quod recipere, secundum quod sentire et intelligere est quoddam pati; et hoc modo anima coniuncta corpori patitur a rebus corporeis sentiendo et intelligendo; set an separata a corpore possit hoc modo a rebus corporeis parti, alterius questionis est, propter quosdam qui dicunt quod anima separata a corpore, et etiam angelus, potest accipere cognitionem a rebus sensibilibus. Set, si etiam hec opinio esset uera, tamen pati senciendo et intelligendo est perfici, non puniri, nisi forte per accidens, in quantum id quod sentitur uel intelligitur repugnat uoluntati; set ipsum sentire uel intelligere secundum se consideratum penale non est. — Alio modo dicitur pati proprie loquendo secundum contrarietatem agentis ad paciens, prout scilicet pati dicimur cum aliquid nobis adueniat quod est contrarium uel nature uel uoluntati nostre; et secundum hoc infirmitas et tristicia passiones dicuntur.

Et hec quidem passio dupliciter esse potest. Vno modo, per receptionem forme contrarie, sicut aqua patitur ab igne in quantum calefit, et per consequens diminuitur qualitas naturalis eius; hoc modo separata anima non potest pati ab igne corporeo, quia nec calefieri potest nec desiccari nec secundum formam aut qualitatem quamcunque ignis corporei inmutari. — Alio modo dicitur pati omne illud quod quocunque modo impeditur a suo proprio impetu uel inclinatione, sicut si dicamus lapidem descendentem pati, cum impeditur ne deorsum perueniat, et sicut dicimus hominem pati, cum detinetur uel ligatur ne uadat quo uult; et ita per modum ligationis cuiusdam anima patitur ab igne corporeo, ut Augustinus dicit XXI De ciuitate Dei.

Non enim hoc est contra naturam spiritus corpori alligari, cum uideamus animam naturaliter alligari corpori ad uiuificandum ipsum; demones etiam per nigromanciam potestate superiorum demonum alligantur aliquibus ymaginibus uel aliquibus aliis rebus; unde multo magis possunt spiritus alligari diuina uirtute igni corporeo, non ut dent *uitam*, set ut accipiant *penam*, sicut Augustinus dicit.

Set quia quod est minoris uirtutis, non potest sua uirtute ligare id quod est maioris uirtutis, inde est quod nullum corpus potest ligare spiritum, qui est maioris uirtutis, nisi aliqua superiori uirtute; et propter hoc dicitur quod ignis corporeus agit in animam separatam non uirtute pro-

Φ (pecia 3) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(*N^b*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 40 separata] *post* a corpore N^bP^7 : *om.* Ψ *(cett : suppl. sec.m.* C^b*Du)* 50 uel] *om.* Φ 57 eius] eas $N^bBx^1C^bLiSm$ (eius *rest. sec.m.* Bx^1C^b) : eorum *W : om. pr.m.* P^7 57 separata anima] *inu. As,* P^7

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(*N^b*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 64-66 perueniat — ligatur *Inter haec uerba incipit pecia 4*^{a} *in* Φ 65 cum detinetur] *obsc.* Ψ *(lac.* + n^e N^b : nature *Li* : per modum nature *W : lac.* [+ -tur, -tie, *etc.*] $Bx^1C^bDuSmP^7$) 66-67 ligationis] *obsc.* Ψ (gōnis *pro* ligōnis N^bBx^1Li, *pr.m.* P^7 : gnōis *pr.m.* C^bW : generationis *DuSm* : ligationis *rest. sec.m.* C^bP^7) 68 XXI] XXXI Φ^1, Ψ(- *Du : corr. sec.m.* N^bC^b) 72 nigromanciam] ignoranciam Ba^1P^9, *Li* 78 potest] petri N^b, *? pr.m.* C^b, *Sm*

34-35 sentire — pati : Ar., *De anima*, I, 410a25-26; II, 423b31-424a1; III, 429a13-14. 39 quosdam : Cassiodorus, a Thoma laud. supra, *Quodl. X*, q.4, a.2 [8], arg.1 (cf. adn. ad loc.). 68 Augustinus ... XXI De ciuitate Dei : 10, 14-27 (CCSL 48, p. 776) : « Cur enim non dicamus, quamuis miris, tamen ueris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris et tunc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter *alligari*? Adhaerebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus daemonum, immo spiritus daemones, licet incorporei corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi, quibus adhaerebunt, eorum iunctura inspirentur et animalia fiant, quae constent spiritu et corpore, sed, ut dixi, miris et ineffabilibus modis adhaerendo, *accipientes* ex ignibus *poenam, non dantes* ignibus *uitam*; quia et iste alius modus, quo corporibus adhaerent spiritus et animalia fiunt, omnino mirus est nec comprehendi ab homine potest, et hoc ipse homo est ». A Thoma ex parte laud., *Q. de anima*, q.21 (ed. Robb, p. 270-271, cum app. crit. : editor deteriorem codicum classem perperam secutus est). 72 per nigromanciam : « per artes magicas », scripsit ipse Thomas, *Q. de anima*, q.21 (ed. Robb, p. 270, § 3), ubi sententia prorsus eadem exprimitur. Nam, etsi ex Isidoro (quem laudat *II*^{a} *II*^{ae}, q.95, a.3) propriam uerbi « nigromantia » significationem (haec est diuinatio per mortuorum euocationem) cognoscit Thomas, uerbis tamen « nigromancia » et « nigromanticus » proprio sensu rarius utitur (uelut *Sermo Attendite*, ed. Vivès, t. 32, p. 675b, et forsitan *De sortibus*, c. 2, 26 et 114; c. 5, 9), sed eis uti solet sensu communi (iam usitato, cf. *Nouum glossarium mediae Latinitatis*, MN, art. necromantia, necromanticus), quo « nigromancia », idem ualet ac « magica ars » generatim (gallice « magie », « magique », « magicien », aut etiam « sorcellerie », « sorcier »). Cf. *In II Sent.*, d.39, q.1, a.2, arg.5; *C.G.*, III 104 (t. XIV, p. 326b8; cf. p. 33*a37-40); IV 90 (t. XV, p. 281b11, ubi legendum est « nigromantici »; cf. pro eadem sententia, *Comp. theol.*, I 180, u. 6 : « per magicas artes »); *In Iob*, XL, u. 645 et 649; *Q. de pot.*, q.6, a.3, c. et ad 13; *I*^{a}, q.115, a.5, arg.2 et c.; *De operationibus occultis nature*, u. 58; *Q. de malo*, q.15, a.1, ad 9, u. 274-275; q.16, a.1, u. 303; *In ep. I ad Cor.*, II, lect. 1, in uersic. 6; *Quodlibet III*, q.10, a.1 [23]; *In Pol.*, I 2, 156; *II*^{a} *II*^{ae}, q.92, a.2, arg.2 et ad 2; q.96, a.2, ad 2. — Pro artis magicae expositione, Thomas principaliter pendet ex Porphyrio, *Ep. ad Anebonem*, laud. ab Augustino, *De ciu. Dei*, X XI, et ex Alkindi, *De radiis* (cf. ed. Leon., t. XLV 2, Préf., p. 96*-97*). 76-77 Augustinus : Cf. ad u. 68. 82 dicitur : Ab Alberto, *De resurrectione*, II, q.10, a.5, sol. (ed. Col., t. XXVI, p. 295a25) : « ut est instrumentum iusticie uindicantis »; *In IV Sent.*, d.44 F, a.37 (B, XXX, p. 593a) : « tamen sic potest dici ad intellectum, quod ignis ille corporeus potest accipi dupliciter, scilicet ut *instrumentum diuine iusticie uindicantis* peccatum commissum contra Deum, et ut elementum corporeum »; G, a.40 (p. 598a) : « Et dico quod apprehensio ignis duplex est, scilicet ut talis nature siue elementi, et hec non punit; et ut *instrumentum iusticie uindicantis*, et sic apprehenditur ut contrarium iniquitati, et cum teneatur uirtute Dei in igne, affligitur in ipso »; a Thoma iam laud. *In IV Sent.*, d.44, q.3, a.3, qla 3 (cf. *Rev. Sc. ph. th.*, 67, 1983, p. 224); *Q. de uer.*, q.26, a.1, arg.2, u. 9-10; *Comp. theol.*, I 180, u. 28-30; *Q. de anima*, q.21, arg.8, Sed dicebat, arg.12, 13, 14, sol. in fine, ad 8, nec non q.6, ad 7 (ed. Robb, p. 113, cum app. crit. : editor falsam lectionem « iudicantis » conseruauit, pro uera lectione « uindicantis »).

pria, set in quantum est *instrumentum diuine iusticie uindicantis.*

Ad primum ergo dicendum quod ignis tangit animam, non quidem tactu magnitudinis, qui attenditur secundum terminos quantitatiuos, set magis contactu uirtutis, non proprie, set quam habet in quantum est instrumentum diuine iusticie.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de passione que est per susceptionem forme contrarie.

Ad tercium dicendum quod propria uoluntas dicitur ardere in inferno quia meretur ardorem.

<Q. 7, a. 2 [14]>

As secundum sic proceditur. Videtur quod duorum qui sunt digni equali pena, unus non possit citius a purgatorio liberari quam alius.

<1> Iudicium enim post mortem non est hominis, set Dei, qui *secundum ueritatem* iudicat, ut dicitur Romanorum II; set contra ueritatem iudicii esset si uni duorum qui sunt digni equali pena, infligeretur grauior pena sensus quam alteri; dilatio autem glorie est maior pena quam acerbitas pene sensus, quia, sicut dicit Crisostomus super Matheum, carere uisione diuina est maior pena quam quelibet pena sensibilis; ergo unus eorum qui digni sunt equali pena non maiorem dilationem glorie pacietur altero citius liberato.

<2> Preterea. *Malum*, secundum Augustinum, dicitur *quod nocet*, nocet autem quia *adimit bonum*; dilatio autem glorie adimit maius bonum, scilicet bonum increatum, ergo maius malum; et sic idem quod prius.

<3> Set contra est quod Magister dicit in IV Sentenciarum, d. 45, quod ille pro quo fiunt plura suffragia, citius a penis purgatorii liberatur; contingit autem quod pro uno eorum qui digni sunt equali pena, fiunt plura suffragia quam pro alio; ergo unus citius liberabitur.

<4> Preterea. In fine mundi inuenientur aliqui cremabilia quedam habentes, quorum dilatio a gloria non erit tam diuturna sicut eorum qui modo cremabilia deferunt ad purgatorium, quia breuis mora erit inter mortem et resurrectionem, ut Augustinus dicit; ergo pari ratione etiam nunc

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} (*BaBa* ^{1}*EP* ^{1}*P* ^{9}*V* ^{4}); Ψ (*N* ^{b}, *Bx* ^{1}*C* ^{b}*DuLiSmW*, *P* ^{7}) 85 uindicantis] non dicantis Φ^1 (*cf. Préf., p.* 111*a). 87 magnitudinis *scr. (cf. app. fontium)* : physico *F* : metha^{co} (+ *mg.* uel mathe^{co}) uel phisico *Bo* : metha^{co} (= methaphorico *uel* methaphisico) *F* ^{3}, *pr.m. He : om. B* ^{1}, *CnP* ^{11}*Sl* : mathematico *codd (cett), edd.* — *Lectio* « mathematico » *caret sensu; corr.* « physico » (*uel* « corporali », « naturali ») *sensum restituit, sed non explicat falsam lectionem; unde conici* « magnitudinis », *quod forsitan incomplete scripserit Thomas* : ma. 96 meretur] mereretur Ψ(- *P* ^{7})

7-8 iudicii esset] iudicari esset Φ (iudicaret *Ed* ^{2,4ss}) 11 acerbitas] *obsc.* Ψ (*?* acceritas : acerbitas *W, sec.m. C* ^{b}*P* ^{7}) 18 quod] quia Φ (quidem *O*), *W* 20 maius] est *add. Ed* ^{30}, *praem. AnF, sec.m. V* ^{1}, *Ed* ^{31ss} 23 ille] illi Ψ(- *Bx* ^{1}) 24-25 liberatur] liberantur *WP* ^{7} *(cf. adn. sup.)* 27 alio] filio Ψ(- *Du* : altero *P* ^{7}) 28 inuenientur Φ^{2b}(- *E*), *sec.m. C* ^{b}*P* ^{7} : inueniuntur Φ^1, *E* : inuenit Ψ (uiuent *W*) 31 deferunt] defferunt *N* ^{b} : differunt *Bx* ^{1}*C* ^{b}*LiSmW* purgatorium] + set *As* : + ergo Ψ

87 tactu magnitudinis : Cf. *Quodl. XI*, a.1, u. 51-52 : « non quidem per contactum magnitudinis, set uirtutis ». — Est re uera quidam « tactus mathematicus », de quo tamen obiectio non loquebatur et de quo non potest esse quaestio, cum de actione agitur, cum tactum mathematicum nulla actio sequatur; cf. Albertus, *In Dion. De diu. nom.*, c.7 (ed. Col., t. XXXVII 1, p. 263, 52) : « si enim agit, tangit tactu physico »; ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.12, q.1, qla 1, arg.2 (ed. Moos, p. 504, n. 54) : « Actio naturalis requirit contactum naturalem, ut patet in I De generatione [322b22-24, cf. supra ad u. 14-15]. Set mathematicis, id est dimensionibus separatis, non conuenit tactus physicus, set mathematicus tantum, sicut et locus, ut ibidem dicitur [323a1-2] », e quo concludit Thomas dimensiones separatas non posse agere. Vnde, cum de actione et loco agitur, semper ad contactum uirtualem opponit Thomas quoddam contactum physicum : *C.G.*, II 56 (t. XIII, p. 403b14-15) : « hic autem tactus non est quantitatis, set uirtutis »; III 68 (t. XIV, p. 191b3-6) : « secundum contactum quantitatis dimensiue : secundum contactum uirtutis »; *Q. de anima*, q.10, ad 18; q.21, ad 15; *I*^{a}, q.8, a.2, ad 1 : « incorporalia non sunt in loco per contactum quantitatis dimensiue, sicut corpora, set per contactum uirtutis »; q.52, a.1; q.53, a.1; a.2, ad 1; *Quodl. I*, a.4, u. 26-31, 45-47; *Q. de malo*, q.16, a.10, ad 3 : « non est contactus corporalis, set uirtualis ».

A.14 Parall. : *In IV Sent.*, d.45, q.2, a.4, qla 1 (= *Suppl.*, q.71, a.12); *Quodl. VIII*, q.5, a.2 [9]. 7 Romanorum II : 2 « iudicium Dei est secundum ueritatem ». 11-12 Crisostomus : Iohannes Chrysostomus, *In Matthaeum*, hom. 23 (al. 24), n. 7 (in Mt VII 19; P.G., 57, 317), a Burgundione transl. (Ms. Vat. lat. 383, f. 90vb) : « Si autem aliquis diligenter inuestigabit, due hec pene sunt. Qui enim comburitur, et a regno excidit omnino. Hec autem pena difficilior est illa. Et nouimus quoniam multi gehennam solum abhorrent. Ego autem casum glorie multum amariorem gehenna penam esse aio »; a Thoma laud. ad uerbum, *Catena in Matheum*, in VII 19; ad sensum *II*^{a} *II*^{ae}, q.79, a.4, arg.4. 17-18 secundum Augustinum : *De moribus ecclesiae*, II III 5 (CESL, 90, p. 91, 5-10) : « Percunctor uos iterum quid sit malum. Si dixeritis : *Id quod nocet*, neque hic mentiemini ... Quicquid enim nocet, bono aliquo priuat eam rem cui nocet, nam si nullum *bonum adimit*, nihil prorsus nocet »; *Enchiridion*, IV 12 (CCSL 46, p. 54, 13-14) : « Nam si nullo bono priuat non nocet; nocet autem; *adimit* igitur *bonum*; cf. ipse Thomas, *Q. de uer.*, q.26, a.1, arg.10 : « ex hoc aliquid nocet quod aliquid adimit; unde Augustinus dicit quod malum *ideo nocet quia adimit bonum* ». 22 Magister : Petrus Lombardus, *Sent.*, IV, d.45, c. 4 (ed. Brady, p. 526, 22-23) : « Aliter. Potest tamen dici illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem ». 33 Augustinus : *De ciuitate Dei*, XX 20 (CCSL 48, p. 734, 16-23) : « Sed quaeri solet, utrum illi, quos hic uiuentes inuenturus est Christus, quorum personam in se atque illos, qui tunc secum uiuebant, transfigurabat apostolus, numquam omnino morituri sint, an *ipso temporis puncto*, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus

eorum qui equalia cremabilia deferunt, unus potest minus differri a gloria quam alius, citius liberatus a penis.

Responsio. Dicendum quod ista questio fundatur supra uirtutem suffragiorum, utrum scilicet suffragia facta pro aliquo, ualeant illi soli pro quo fiunt ad liberationem, uel etiam aliis.

Circa quod aliqui dixerunt quod non magis ualent illi quam aliis, immo forte magis ualent aliis, si sint melius dispositi ad recipiendum suffragiorum uirtutem; et ponunt exemplum, sicut si accendatur cereus *in domo pro* aliquo *diuite, illuminat omnes* in domo existentes, *et forte* alios magis, si habeant limpidiorem uisum. Et secundum hanc opinionem, duorum qui ob equales culpas in purgatorio detinentur, unus non potest citius liberari quam alter.

Set hanc opinionem non reputo ueram. Cuius ratio est quia suffragium unius ualet alteri propter duo : uno modo propter unitatem caritatis, quia omnes qui sunt in caritate sunt quasi unum corpus, et ita bonum unius redundat in omnes, sicut manus deseruit toti corpori et similiter quodlibet corporis membrum, et secundum hoc quodcunque bonum factum ab aliquo ualet cuilibet in caritate existenti, secundum illud Psalmi : *Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua*; alio modo secundum quod per intentionem alicuius actus eius transfertur in alterum, puta si aliquis pro altero soluat aliquod debitum, pro eodem habetur ac si ille solueret pro quo soluitur. Primo igitur modo ualet opus bonum per modum meriti, cuius radix est caritas; set secundo modo opus unius ualet alteri per modum satisfactionis, prout unus pro altero satisfacere potest, si hoc intendat, et talis ualor attenditur in suffragiis, que ad hoc fiunt ut per ea homines liberentur a debito pene.

Et ideo dicendum est quod suffragia, per istum modum, non ualent nisi illis pro quibus fiunt; et secundum hoc, si pro aliquo fiunt multa suffragia, citius liberatur a pena purgatorii quam alii pro quibus non fiunt, etiam si equalia peccata detulerint. Concedendum tamen est quod suffragia pro uno facta omnibus ualent, in quantum scilicet omnes qui sciunt gaudent ex caritate de bonis que ex caritate fiunt; et secundum hoc uerum est quod illis pro quibus non fiunt, plus ualent suffragia, si sint maioris caritatis.

Ad primum ergo dicendum quod peccato ueniali, cum non habeat auersionem a Deo, per se loquendo non debetur pena carencie uisionis diuine, nec simpliciter nec ad tempus; set quod ad tempus retardentur a uisione diuina, hoc contingit per accidens, quia scilicet quandiu digni sunt aliqua pena, non possunt participare summam felicitatem, que in Dei uisione consistit; iusticia autem respicit penam per se debitam peccato, non autem eam que per accidens consequitur.

Et per hoc patet solutio ad secundum.

Tercium concedimus.

Et quartum similiter. Illi tamen qui in fine mundi uiui reperientur, parum habebunt de cremabilibus, precedentibus tribulationibus prepurgati; poterit etiam fieri ut acerbitas pene modici temporis recompenset diuturnitatem pene in aliis.

<Questio 8>

Deinde quesitum fuit de remissione peccatorum.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum peccatum in Spiritum sanctum sit irremissibile; secundo, utrum crucesignatus qui moritur ante quam iter arripiat transmarinum plenam habeat peccatorum remissionem.

<a. 1 [15]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod peccatum in Spiritum sanctum non sit irremissibile.

Φ (pecia 4) : Φ^{1} *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ (*N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 35 alius] + et *W* : + et sic erit *Ed*^{2,4ss} 36 liberatus] liberari *W (cf. adn. sup.)* 45 diuite] + qui sit cecus *Ed*^{5ss} 51 Set] Secundum Ψ(- *DuP*^{7} : et *W* : set *rest. sec.m. C*^{b}) 51 ueram] uera Ψ(- *DuW* : ueram *rest. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}) 55 et ita] uita Ψ(- *WP*^{7} : ita *sec.m. C*^{b} : unde *sec.m. Bx*^{1}) 62 actus] alterius Ψ (*om. Du* : actus *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}) 65 soluitur] soluit Ψ(- *DuP*^{7} : soluet *Sm*) 92 peccato] pro peccato Φ^{2b} (- *P*^{1}*V*^{4}; *cf. Préf., p.* 111*a) 99 acerbitas] *obsc.* Ψ(- *?* acceritas, acritas, acuitas : inmensitas *An* : acerbitas *WP*^{7}, *sec.m. C*^{b}, *nec non F, V*^{1}, *M*^{1}*M*^{3}, *Es*)

obuiam Christo in aera, ad inmortalitatem *per mortem mira celeritate* transibunt. Neque enim dicendum est fieri non posse, ut, dum per aera in sublime portantur, in illo spatio et moriantur et reuiuescant». Cf. etiam *Sermo 277*, 11 (P.L., 38, 1263); *Sermo 362*, 17 (P.L., 39, 1624-1625), ubi tamen non breui mora, sed sine mora resurrectionem fieri docet Augustinus. 41 aliqui : Praepositinus (cf. supra, *Quodl. VIII*, q.5, a.2 [9], u. 27, cum adn.); Petrus Cantor, *Summa de sacramentis et animae consiliis*, III, c. LVII, § 357 (ed. J.-A. Dugauquier, t. III 2 b, p. 512, u. 42-45). 59 Psalmi : 118, 63.

Vna est enim dignitas et maiestas Patris et Filii et Spiritus sancti; set peccatum in Filium non est irremissibile : dicitur enim Mathei XII : *Quicunque uerbum contra Filium hominis dixerit, remittetur ei*; ergo peccatum in Spiritum sanctum non est irremissibile.

Set contra est quod ibidem dicitur : *Qui dixerit contra Spiritum sanctum* uerbum, *non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.*

Responsio. Dicendum quod de peccato in Spiritum sanctum tripliciter aliqui sunt locuti.

Doctores enim ante Augustinum intellexerunt peccatum in Spiritum sanctum esse blasphemiam dictam contra Spiritum sanctum aut opera eius, uel etiam contra diuinitatem Dei Patris aut Filii, quia etiam Pater et Filius, secundum quod communiter sumitur <nomen spiritus, spiritus est> : *Deus spiritus est*, ut dicitur Iohannis IV; peccatum autem in Filium hominis intelligunt blasphemiam in Christo secundum humanam naturam. Et utroque modo peccabant Iudei in Christum : primo enim modo contra eum peccabant, miracula, que per Spiritum sanctum et uirtute sue diuinitatis faciebat, principi demoniorum attribuendo; secundo autem modo contra eum peccabant dicendo : *Ecce homo uorax, potator uini*, et *publicanorum ... amicus*, ut dicitur Mathei XI. Hanc ergo secundam blasphemiam dicit remissibilem, quia habebant aliquam excusationem propter infirmitatem carnis quam in Christo uidebant; aliam uero blasphemiam dicit irremissibilem, quia nullam excusationem habebant, uidentes manifesta indicia Spiritus sancti et diuinitatis. Et propter hoc, secundum Crisostomum, perseuerantibus non fuit remissa hec blasphemia, neque in hoc seculo neque in futuro, quia et in hoc seculo puniti sunt pro ea per Romanos, et in futuro cruciantur in inferno.

Secundum Augustinum uero, Spiritui sancto, qui est caritas Patris et Filii, attribuitur remissio

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ (*N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 12 dignitas *codd, edd : forsitan legendum* diuinitas *(cf. app. fontium)* 13 in Filium non est] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 14 Mathei] in Matheo Φ(- *P*) 15 contra] que Ψ (qui *W* : contra *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}*)* 19 uerbum] *om. P* 27 secundum quod] *om.* Φ^{2b} 28 sumitur *scr. cum An, sec.m.* V^1 : sumendo *codd, edd* 28-29 nomen — est *suppl. cum An : om.* Φ^1 *(uarie suppl. TsAv, Dl, LoV*^{5}*)*, Ψ (spiritus est quia *suppl.* M^1M^3) : spiritus sanctus est quia *suppl.* Φ^{2a}(- *Ar : uarie suppl. BoBgC*^{2}*C*^{4}*)*, Φ^{2b} *(hom. om.* Φ^{2bp}*), nec. non Md*^{b} 31 Christo] Christum *sec.m. C*^{b}, M^1M^3, *Ed*^{10} 34 miracula] mirabilia *LiSmW* 35 demoniorum attribuendo] dememorat tribuendo Ψ(- P^7, *F*, M^1M^3 : demoniorum tribuendo *An, sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*V*^{1}*)* 37 uorax] uerax *O*, *N*^{b}*Bx*^{1}*C*^{b}*DuLi* : mendax *W* 38 publicanorum] publicano (-pli-) *Bx*^{1}*C*^{b}*DuW* : puplicans *Sm* : puplicando *N*^{b} : publicando *Li* 45 Et] *om. Ed*^{4ss} 47 neque^1] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}*)* 49 cruciantur] cruciabuntur Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 111*a)

A.15 Parall. : *In II Sent.*, d.43, q.un., a.1 et 4; *Q. de uer.*, q.24, a.11, ad 7; *Q. de malo*, q.3, a.14 et 15; *In Mathei eu.*, in XII 32; *In ep. ad Rom.*, II, lect. 1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.14, a.1 et 3; q.100, a.1, arg.2 et ad 2; *III*^{a}, q.86, a.1, ad 2 et 3. 12-13 Vna — sancti : cf. ipse Thomas, *In II Sent.*, d.43, q.un., a.1, arg.5 : « Quorum una est maiestas et gloria, una est offensa; set *Patris et Filii et Spiritus sancti una est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas* [Symb. Ps.-Athanasianum Quicumque] ». 14 Mathei XII : 32. 18 ibidem : Mt XII 32. 23 Doctores ... ante Augustinum : « scilicet Hylarius, Ambrosius, Ieronimus et Crisostomus », secundum Thomam, *Q. de malo*, q.3, a.14, u. 114-115 (cf. app. fontium ad loc. in ed. Leon., t. XXIII, p. 97), quibus ipse Thomas (*In ep. ad Rom.*, II 1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.14, a.1 et 3) addit Athanasium, cuius uerba in Latinum translata laudauerat in sua *Catena in Lucam*, in XII 10; haec sunt excerpta ex Athanasio, *In illud : Qui dixerit uerbum in Filium* (an pars sit *Epistulae IV ad Serapionem*, dubium est; cf. *Clauis*, II, n. 2096), n. 9-17 (P.G., 26, 649B-664A9). 29 Iohannis IV : 24. 38 Mathei XI : 19. 45 Crisostomum : Iohannes Chrysostomus, *In Matthaeum*, hom. 41 (al. 42), n. 3 (= in Mt XII 31-32; P.G., 57, 449-450), a Burgundione transl. (Ms. Vat. lat. 383, f. 142rb-va) : « Quid igitur est quod ait? Multa aduersus me dixistis, quoniam erroneus, quoniam Deo contrarius; hec uobis dimitto penitentiam agentibus et non expeto a uobis uindictam; blasphemia autem Spiritus non dimittetur penitentiam agentibus. Et qualiter haberet hoc rationem? Etenim et hec dimissa est penitentiam agentibus. Multi denique eorum qui hec dixerunt postea crediderunt, et omnia eis dimissa sunt. Quid igitur est quod ait? Quoniam super omnia hoc peccatum non ignoscibile est. Quid igitur? Quoniam eum quidem ignorabant quis utique esset. Spiritus autem sufficientem acceperunt experientiam. Etenim prophete per eum locuti sunt quecunque locuti sunt, et omnes qui in Veteri testamento fuerunt maximam de ipso habuerunt intelligentiam. Quod igitur dicit hoc est : Esto, me offenditis propter carnem circumpositam. Numquid et de Spiritu habetis dicere quoniam ignoramus eum? Propter hoc non ignoscibilis uobis est hec blasphemia, et hic et illic dabitis uindictam. Multi enim hic puniti sunt solum, ut qui fornicatus est, ut qui indigne participauerunt misteriis apud Corinthios. Vos autem et hic et illic. Quecunque igitur blasphemastis aduersum me ante crucem, dimitto, set et ipsam crucis audaciam ... Que autem de Spiritu dixistis, hec non habebunt ueniam ... Propter quid? Quoniam hic cognitus uobis est et ad manifesta inuerecundi estis. Etsi enim me dicatis ignorare, non utique et illum ignoratis. Quoniam et demones proicere et sanitates perficere sancti Spiritus opus est. Non ergo mihi contumelias infertis solum, set et Spiritui sancto. Ideoque ineuitabilis uobis condempnatio erit et hic et illic. Etenim hominum hii quidem et hic puniuntur et illic, hii autem hic solum, hii autem neque hic neque illic. Hic quidem et illic, ut hii ipsi (etenim hic dederunt uindictam, cum passi sunt intolerabilia illa, ea que hic est ciuitate capta, et illic difficillima sustinent), sicut Sodome ciues, sicut alii multi. Illic solum, ut diues frixus et neque gutte dominus existens. Hic autem, ut qui fornicatus est apud Corinthios. Neque hic neque illic, ut Apostoli, ut Prophete, ut beatus Iob : non enim pene erant que patiebantur, set agones et palestre certamina ». Locus ex parte a Thoma laud. *Catena in Matheum*, in XII 32; *Q. de malo*, q.3, a.15, ad 1; *In Mathei eu.*, in XII 32; *II*^{a} *II*^{ae}, q.14, a.3. 50 Secundum Augustinum : *De uerbis Domini*, 11 = *Sermo 71*, XII-XIII 18-22 (P.L., 38, 453-457), praesertim n. 19 (455, 3-4) : « Primum itaque credendum beneficium est benignitatis Dei in Spiritu sancto *remissio peccatorum* »; n. 20 (455) : « Contra hoc donum gratuitum, contra istam Dei gratiam loquitur cor inpaenitens. Ipsa ergo *inpaenitentia* est Spiritus blasphemia »; n. 22 (456) : « ... cum homo *usque in finem huius uitae* in dura inpaenitentia perseuerans »; cf. etiam *Retractationes*, I XIX 7 (CCSL 57, p. 59).

peccatorum; ille ergo contra Spiritum sanctum peccat uel blasphemat uel uerbum dicit corde, ore aut opere, qui hoc agit per inpenitenciam usque ad finem uite sue, ut non fiat ei remissio peccatorum. Et tunc planum est quod hoc peccatum in Spiritum sanctum non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro.

Doctores uero moderni dixerunt quod, quia Patri attribuitur potencia, Filio sapiencia, Spiritui sancto bonitas, peccatum ex infirmitate est peccatum in Patrem, peccatum ex ignorancia est peccatum in Filium, peccatum ex certa malicia est peccatum in Spiritum sanctum. Quia igitur ignorancia uel infirmitas excusat peccatum uel in toto uel in parte, dicunt quod peccatum in Patrem uel in Filium remittitur, quia uel totaliter culpa caret uel culpa diminuitur; malicia uero non excusat peccatum, set aggrauat, et ideo peccatum in Spiritum sanctum non remittitur neque in toto neque in parte, quia non habet in se aliquam rationem uenie per quam diminuatur culpa; et, si aliquando remittatur, hoc magis est ex misericordia Dei remittentis, qui etiam morbos incurabiles curat, quam ex remissibilitate peccati.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

<Q. 8, a. 2 [16]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod crucesignatus qui moritur ante quam iter arripiat habeat plenam indulgenciam peccatorum.

<1> Ad hoc enim quod indulgencia alicui ualeat, requiritur quod sit uere penitens et confessus, ut continetur in littera papali; set crucesignatus decedens ante iter assumptum, habet hec omnia que requiruntur secundum formam littere ad percipiendam plenam indulgenciam peccatorum; ergo plene percipit eam.

<2> Preterea. Solus Deus remittit peccatum quantum ad culpam; cum ergo Papa dat indulgenciam omnium peccatorum, hoc non est referendum ad culpam, set ad uniuersitatem penarum; ille ergo qui accipit crucem secundum for-

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ (*N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW*, *P*^{7}) 55 ei] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}) 61 sancto] *om.* Ψ(*- LiW : suppl. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*P*^{7}) 65 excusat] excusant Ψ(*- C*^{b}) 68 uero] ideo Ψ (*om. pr.m. P*^{7} : uero *rest. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*P*^{7}) 13 quantum] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7})

53-54 dicit corde, ore aut opere : P. Lombardus, *Glosa in ep. I ad Cor.*, XII 3 (P.L., 191, 1650 B) : « dicit similiter tribus modis, scilicet corde, ore et opere » (ex Augustino, *In Iohannis eu.*, tr. 74, 1; CCSL 36, p. 513). 59 Doctores ... moderni : De quibus cf. A. M. Landgraf, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, Vierter Teil, Die Lehre von der Sünde und ihren Folgen, Bd. I, Regensburg 1955, Einleitung, Sünde wider den hl. Geist, p. 13-69. — Doctrinam a Thoma laud. primus elaborauit c. 1130-1141 Hugo de Sancto Victore, *De amore sponsi ad sponsam* (P.L., 176, 989) : « Quando enim ex fragilitate peccamus, peccamus in Patrem, quasi contra potentiam. Quando ex ignorantia peccamus, peccamus in Filium, quasi contra sapientiam. Quando uero ex maleuolentia peccamus, peccamus in Spiritum sanctum, quasi contra dilectionem. Ideo peccare in Patrem et Filium, hic siue in futuro remittitur, quia qui ex fragilitate uel ex ignorantia peccat, sicut aliquam excusationem habet in culpa, ita etiam aliquam remissionem habere debet in poena, siue in hoc saeculo si paenituerit, ut facilius consequatur indulgentiam, siue in futuro saeculo, si in malo perseuerauerit, ut tolerabiliorem sentiat poenam. Qui uero ex malitia peccant, eorum peccatum nullam habet excusationem, et ideo poena eorum remissionem habere non debet, quia, siue paenituerint in hoc saeculo, plena satisfactione mulctandi sunt, siue non paenituerint plena damnatione in futuro saeculo puniendi, et ideo hi tales nec hic nec in futuro saeculo remissionem accipiunt, non quia paenitentibus uenia denegetur, sed quia pleno peccato plena retributio debeatur ». Hugonem quodam modo secuti sunt Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d.43, c. un., n. 11 (ed. Brady, p. 577); postea, post 1162, Ricardus de Sancto Victore, *De spiritu blasphemiae* (ed. J. Ribaillier, *Richard de Saint-Victor. Opuscules théologiques*, Textes philos. du M.Â., 11, Paris, 1967, p. 111-129); Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, II tr. XIV, c. 1-2 (ed. Ribaillier, Liber II, t. 2, Grottaferrata 1982, p. 696-702); nec non Albertus, *In II Sent.*, d.43, a.1; Bonauentura, *In II Sent.*, d.43, a.1. 61-63 peccatum ex infirmitate ... ex ignorancia ... ex certa malitia : Triplicem peccandi modum iam distinxerat Gregorius, *Moralia in Iob*, XXV XI 28 (CCSL 143 B, 1253-1254) : « ... peccatum triplis modis committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio » (« ex industria », 1254, 14), ab Isidoro laud., *Sent.*, II XVII 3 (P.L., 83, 620); Isidorum laud. Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d.22, c.4, n. 11 (ed. Brady, p. 445). Quem triplicem peccandi modum theologi saec. XIII med. inuenerunt etiam apud Aristotelem, *Eth. Nic.*, V, 1134a17-26, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 240, 12-16; cf. etiam VI, 1140b19-20, p. 258, 12-13; VII, 1150a21-22, p. 285, 3); cf. Thomas, *In II Sent.*, d.7, q.1, a.2; d.43, q. un., a.1; a.2, s.c.2; a.4; *Q. de uer.*, q.24, a.11, arg.4; *I*^{a} *II*^{ae}, q.78, a.3, arg.1, etc.

A.16 Parall. : *In IV Sent.*, d.20, q. unica, a.3-5 (= *Suppl.*, q.25-27); *Quodl. V*, q.7, a.2 [14]; *Collationes in Pater*, coll. 7, Quinta petitio, Dimitte. — Parisius tunc instabat quaestio, cum, post longam praeparationem, octauae expeditionis ad liberandam Terram sanctam de manibus impiorum, quam ducturus erat Ludouicus rex, tandem appropinquaret profectio. Iam, cum ipse Thomas apud Curiam in Vrbe uetere degebat, Vrbanus IV indulgentias anno 1215 ab Innocentio III crucesignatis concessas innouauerat littera : « Cum negotium Crucis, pro Terre Sancte subsidio ... », data apud Vrbem ueterem, die 23^a octobris 1263 (Jean Guiraud, *Les registres d'Urbain IV* ..., t. II Registre ordinaire, t. 1, Paris, 1901, n. 467, p. 226-228). Die 4^a octobris 1263, iam Vrbanus praedicationem « Crucis pro subsidio Terre Sancte » multis episcopis commiserat littera : « De summis celorum » : episcopi debent omnes qui ad hoc idonei sunt exhortare ut « crucis ... suscepto signaculo, illuc ... cum festinatione procedant, et ut circa id eo libentius et animosius intendant, quo exinde dona spiritualia, temporalibus proculdubio preferenda, perceperint potiora, nos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, et illa quam nobis, licet indignis, ligandi atque soluendi contulit potestate, omnibus uere penitentibus et confessis, qui huiusmodi laborem in propriis personis subierint et expensis, plenam suorum peccaminum ueniam indulgemus » (*ibid.*, n. 466, p. 225). 16-19 ille — consecutus : Henricus de Segusio, card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, c. De remissionibus (ed. Lugduni 1556,

mam littere papalis, nullam penam pacietur pro suis peccatis, et sic statim euolabit, plenam remissionem peccatorum consecutus.

Set contra. <3> Augustinus dicit in XV De Trinitate quod non est idem abstrahere *telum* et *sanare uulnus*, telum enim peccati abstrahitur per remissionem peccati, uulnus autem sanatur per reformationem *ymaginis*, quod fit per opera satisfactionis; set crucesignatus decedens ante iter arreptum, nullum laborem sustinuit ad reformationem ymaginis; ergo nondum est sanatum uulnus, et sic non poterit ad gloriam statim peruenire ante quam penas purgatorias paciatur.

<4> Preterea. Quilibet sacerdos utitur talibus uerbis : *Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis*; si ergo crucesignatus decedens euolaret, pari ratione quilibet alius a quocunque sacerdote absolutus, quod est inconueniens.

Responsio. Dicendum ad euidenciam huius questionis quod, sicut supra dictum est, opus unius potest esse satisfactorium pro alio ad quem per intentionem facientis refertur. Christus autem pro ecclesia sua sanguinem suum fudit et multa alia fecit et sustinuit, quorum estimatio est infiniti ualoris, propter dignitatem persone; unde dicitur Sapiencie VIII quod *infinitus est* in illa *thesaurus hominibus*. Similiter etiam et omnes alii sancti intentionem habuerunt in hiis que passi sunt et fecerunt propter Deum, ut hoc esset ad utilitatem non solum sui, set etiam totius ecclesie. Totus ergo iste thesaurus est in dispensatione eius qui preest ecclesie generali; unde Petro Dominus *claues regni celorum* commisit, Mathei XVI. Quando ergo utilitas uel necessitas ecclesie hoc exposcit, potest ille qui preest ecclesie de ista infinitate thesauri communicare alicui qui per caritatem sit membrum ecclesie de predicto thesauro quantum sibi uisum fuerit oportunum, uel usque ad totalem remissionem penarum uel usque ad aliquam certam quantitatem, ita scilicet quod passio Christi et aliorum sanctorum ei inputetur ac si ipse passus esset quantum sufficeret ad remissionem peccati, sicut contingit cum unus pro alio satisfacit, ut dictum est.

Ad hoc ergo quod indulgencia alicui ualeat, tria requiruntur : primo, causa pertinens ad

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} (*BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}); Ψ (*N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW*, *P*^{7}) 26 arreptum] acceptum Ψ (arreptum *rest. sec.m. P*^{7}) 27 nondum] mundum Ψ(- *WP*^{7} : nondum *rest. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}) 28 et] *om.* Ψ(*suppl. sec.m. C*^{b}*P*^{7}) 35 Dicendum] + quod Φ^1 (quod *pro uerbo inseq.* ad *P*^{9}, *Li*) 35 huius] communi Ψ(- nis *N*^{b} : huius *WP*^{7}, *sec.m. Bx*^{1}) 39 et] *om.* Ψ 42 VIII] VII, 14 *Ed*^{31ss}

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} (*BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}); Ψ (*N*^{a}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW*, *P*^{7}) 43 Similiter *Hic incipit in N nouus quaternus, scriptus manu ipsius magistri, N*^{a} 46 etiam] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. P*^{7}) 50 Quando] Quoniam Φ^1, Ψ(- *N*^{a}) : Et quando *N*^{a} 50 ergo] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. P*^{7}) 50 necessitas] + ipsius *Ed*^{8ss} 53 sit *clare scriptum* (s^t) *N*^{a} : ſit *uel* fit *obsc. plerique* 54 quantum] *obsc.* Ψ(prout *N*^{a}*An* : pp̃ *Bx*^{1}*C*^{b}*LiSmW* : quantum *DuP*^{7}, *sec.m. C*^{b}) 57 Christi] secundum (✝ *pro* X^i) *Bx*^{1}*DuLiSmW* : *om. C*^{b} 57 et aliorum] taliorum *Bx*^{1}*DuLiSm* : talium *C*^{b}, *sec.m. Bx*^{1} : dicta... aliorum (*post* sanctorum) *W*

f. 430ra; Venetiis 1574, col. 1871) : « Quid ergo si Papa facit generalem remissionem pro subsidio Terre sancte et aliquis uere penitens et contritus assumit crucem, credens firmiter sibi omnem satisfactionem temporalem remitti, et sic moritur? Credendum est quod nec purgatorium sentiat ». 20-21 Augustinus... in XV De Trinitate : Immo in XIV (ut habet ex corr. *Ed*^{30}) *De Trinitate*, XVII 23 (CCSL 50 A, p. 454, 4-11) : « Sed quemadmodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate quae febribus facta est reualescere, itemque aliud est infixum telum de corpore demere, aliud uulnus quo eo factum est secunda curatione sanare. Ita prima curatio est causam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum; secunda ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis ». 30-31 utitur talibus uerbis : Cf. ipse Thomas, *De forma absolutionis* (ed. Leon., XL C). 36 supra : Q.7, a.2 [14], u. 61-65. 38-59 Christus — peccati : Cf. c. 1228, Guillelmus Aluernus, *De sacramento ordinis*, c. XIII (Opera, ed. 1674, t. I, p. 551b D) : « Amplius. Quis rex pugnaturus non aperit erarium suum ad largiendum bellatoribus et alia facienda que bellum requirit? Rex regum Christus dominus ergo aperit erarium suum et elargitur bellatoribus suis; erarium autem eius *thesauros* continet indulgentiarum, gratiarum et gloriarum »; c. 1247-48, Albertus, *In IV Sent.*, d.20, a.17 (ed. Borgnet, t. 29, p. 848) : « indulgencia siue relaxatio est remissio pene iniuncte ex ui clauium, et thesauro supererogationis perfectorum procedens... In hoc enim thesauro habet ecclesia diuicias meritorum et passionis Christi et gloriose Virginis Marie, et omnium apostolorum et martyrum, et sanctorum Dei uiuorum et mortuorum »; c. 1251, Bonauentura, *In IV Sent.*, d.20, P. II, a.un., q.3 (p. 534b) : « relaxationes siue indulgencie fiunt de meritis supererogationis que sunt in ecclesia que quidem sunt sicut thesaurus spiritualis eius »; c. 1253, Henricus de Segusio, card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, c. De remissionibus (ed. Lugduni 1556, f. 430ra; ed. Venetiis 1574, col. 1872) : (postquam effusionem sanguinis Christi et martyrum commemorauit, cf. supra adn. ad q.1, a.2, u. 47, pergit) « Et hec sanguinis effusio est thesaurus in scrinio ecclesie repositus, cuius claues habet ecclesia. Vnde quando uult potest scrinium aperire et thesaurum suum cui uoluerit communicare, remissiones et indulgentias faciendo. Et sic peccatum non remanet inpunitum, quia punitum fuit in Filio Dei et martyribus suis, secundum dominum Hugonem Cardinalem ». 42 Sapiencie VIII : Immo VII 14 (*Biblia sacra*, t. XX, p. 47). 49-50 Mathei XVI : 19. 60 dictum est : supra, u. 36-38. 62 tria : sex, secundum Albertum, sed quae ad haec tria reduci possunt; cf. Albertus, *In IV Sent.*, d.20, a.17 (B., 29, 850) : « sex exiguntur condiciones que supposite sunt uel dicte ab ecclesia. Due autem sunt ex parte dantis, quarum prima est dantis *auctoritas*, ex iurisdictione quam habet, sicut Papa, episcopus, legatus et huiusmodi; alia est *pia causa* dantem mouens... Alia duo supponuntur ex parte recipientis, scilicet quod sit contritus et confessus in uoto seu in proposito, et quod habeat fidem quod hoc sibi potest fieri per clauium potestatem; et ideo semper in litteris indulgentiarum continetur : *Omnibus contritis et confessis*... Alia duo exiguntur ex parte gratie uel ecclesie... scilicet abundantia thesauri... et iusta estimatio solutionis eius pro quo indulgencia est instituta ». 62-64 ad honorem — ecclesie : Cf. Guillelmus Aluernus, *De sacramento ordinis*, c. XIII (Opera, ed. 1674, t. I, p. 550aH) : « Dei honorem intendit et animarum salutem »; (p. 551aC) : « prout ad Dei honorificentiam et animarum salutem et ad publicam et specialem utilitatem uiderit expedire ».

honorem Dei uel ad necessitatem aut utilitatem ecclesie; secundo, auctoritas in eo qui facit : Papa enim potest principaliter, alii uero in quantum potestatem ab eo accipiunt uel ordinariam uel commissam seu delegatam; tercio requiritur ut sit in statu caritatis ille qui indulgenciam percipere uult. Et hec tria designantur in littera papali : nam causa conueniens designatur in hoc quod premittitur de *subsidio Terre sancte*; auctoritas uero in hoc quod fit mentio de *auctoritate apostolorum Petri et Pauli* et ipsius Pape; caritas autem recipientis in hoc quod dicitur : *omnibus uere penitentibus et confessis*. Non dicit : et satisfacientibus, quia indulgencia non excusat a contritione et confessione, set cedit in locum satifactionis.

Est ergo dicendum in questione proposita quod, si secundum formam papalis littere indulgencia concedatur accipientibus crucem in subsidium Terre sancte, crucesignatus statim habet indulgenciam, etiam si decedat ante quam iter arripiat, quia sic causa indulgencie erit non iter, set uotum itineris. Si autem in forma littere contineatur quod indulgencia detur hiis qui transierint ultra mare, ille qui decedit ante quam transeat non habet indulgenciam, quia non habet indulgencie causam.

Ad primum ergo dicendum quod in hoc ultimo casu deficit in crucesignato decedente illud quod est principalius, scilicet indulgencie causa.

Ad secundum dicendum quod per auctoritatem solus Deus culpam remittit, set ministerio etiam sacerdos, in quantum exhibet sacramentum remissionis peccati, puta in baptismo uel penitencia. Et tamen indulgencia non se extendit ad remissionem culpe, quia non est sacramentalis, unde non sequitur ordinem, set iurisdictionem : potest enim etiam non sacerdos indulgenciam facere, si sit ei commissum. Et ideo pena totaliter remittitur si causa subsit, non autem si causa desit.

Ad tercium dicendum quod satisfactio et est punitiua, in quantum est actus uindicatiue iustitie, et est etiam medicatiua, in quantum est quoddam sacramentale. Indulgencia igitur supplet locum satisfactionis in quantum est punitiua, quia scilicet pena quam alius sustinuit, imputatur isti ac si ipse sustinuisset, et ideo reatus pene tollitur; set non succedit in locum satisfactionis in quantum est medicatiua, quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelicte ex priori peccato, ad quas sanandas necessarius est labor satisfactionis. Et ideo crucesignatis, dum uiuunt, consulendum est ut non pretermittant satisfactionis opera, in quantum sunt preseruatiua a peccatis futuris, licet reatus pene sit totaliter solutus nec ad hoc requiratur aliquis labor, quia sufficit labor passionis Christi. Morientibus autem non est necessaria huiusmodi preseruatio, set solum liberatio a reatu pene.

Ad quartum dicendum quod uerbum sacerdotis dicentis : *Absoluo te ab omnibus peccatis tuis*, non refertur ad penam, set ad culpam, cuius absolutioni ministerium impendit; non potest autem aliquis absolui ab una culpa quin absoluatur ab omnibus. Pena uero potest totaliter dimitti uel particulariter : particulariter quidem in absolutione sacramentali pena dimittitur, totaliter uero quandoque in speciali gracia indulgencie, sicut etiam Dominus dicit Iohannis VIII mulieri adultere : Non *te condempnabo, uade et amplius noli peccare*.

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSmW, P*^{7}*)* 71 premittitur] promittitur Φ^1, Ψ(- *N*^{a}*P*^{7}) 84 itineris] rationis *As : ?* inḡnis *Du* : generis *Li* : recipientis crucem *W : lac. 6|7 litt. Sm : pr.m. erasa Bx*^{1} 100 etiam] et Φ(- *P*), *C*^{b} 101 facere] concedere *Ed*^{19ss} *(perperam, cum* « indulgenciam facere » *sit uox propria)* 105 uindicatiue *scr. cum N*^{a}*C*^{b}, *sec.m. P*^{1}, *Ed*^{10ss} : iudicatiue *cett* 110 reatus] reatum *N*^{a} *(cf. adn. inseq.)* 110-111 tollitur] totaliter Ψ(- *N*^{a}*P*^{7} : totaliter tollitur *AnM*^{1}*M*^{3} : tollitur *rest. sec.m. C*^{b}) : tollit *N*^{a} 119 requiratur] requiritur Φ 121 huiusmodi preseruatio] *inu.* Φ^{2b} 128 omnibus] + set a pena potest absolui ita quod non absoluatur ab omnibus penis *N*^{a} : + potest autem absolui ab aliqua pena licet non absoluatur ab omnibus penis *An* 128 Pena] penis *(cum uerbo praec.* omnibus *coniunctum) Sm : om. N*^{a}*An* uero] ideo Ψ(non it *? pr.m. P*^{7} : uero *rest. sec.m. C*^{b}*P*^{7}) 131 quandoque] *om.* Φ^{2b} : quando *An* speciali] spirituali *P*^{7}, *V*^{8}, *pr.m. HeV*^{9}, *Ed*^{2,4ss} indulgencie *scr. cum* Φ^{2b}, *W* : indulgencia Φ^1, Ψ(- *W* : ut in indulgencia *N*^{a} : in indulgencia *FV*^{1} : indulgencia datur *An*) 133 condempnabo] damnabo Φ^{2b}(non te condempnabo *om. P*^{9})

71-75 de subsidio — confessis : « Pro subsidio Terre sancte », « apostolorum Petri et Pauli et nostra », « omnibus uere penitentibus et confessis », hae sunt formulae in litteris indulgentiarum consuetae. Cf. supra, Parall. 132 Iohannis VIII : 11 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 562) : « nec ego te condemnabo uade et amplius iam noli peccare » (damnabo *uar.*).

<QVODLIBET TERTIVM>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Comunale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
E = Erlangen, Universitätsbibl. 269/3 (328)
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
P^9 = Paris, Bibl. Mazarine 853
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ

Bx^1 = Bruxelles, Bibl. royale 10827-35 (1579)
C^b = Cambridge, Gonville and Caius College 93 (175). *Pars secunda*
Du = Durham, Chapter Library B.I.8
Li = Lisboa, Bibl. Nacional Alc. 262 (CCXXVI)
M^7 = München, Staatsbibl. Clm 28406 (*desunt a.* 27,79 - 31,45)
N^b = Napoli, Bibl. Nazionale VIII.B.21
Sm = Semur-en-Auxois, Bibl. municipale 3 (a.5, 8, 10-31)

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de Deo, de angelis, de hominibus et de creaturis pure corporalibus.

De Deo quesitum est et quantum ad naturam diuinam, et quantum ad naturam assumptam.

<Questio 1>

Circa naturam diuinam quesita sunt duo de potencia Dei; primo, utrum Deus possit facere quod materia sit sine forma; secundo, utrum possit facere quod idem corpus simul localiter sit in duobus locis.

<a. 1 [1]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deus possit facere quod materia sit sine forma.

Sicut enim materia secundum suum esse dependet a forma, ita accidens a subiecto; set Deus potest facere quod accidens sit sine subiecto, ut patet in sacramento altaris; ergo potest facere quod materia sit sine forma.

Set contra. Deus non potest facere contradictoria esse simul; set materiam esse sine forma implicat contradictionem, eo quod esse materie importat actum, qui est forma; non ergo Deus potest facere quod materia sit sine forma.

Responsio. Dicendum quod uniuscuiusque rei uirtus actiua est estimanda secundum modum essencie, eo quod unumquodque agit in quantum est ens actu. Vnde, si in aliquo inueniatur forma aliqua uel natura non limitata seu contracta, erit uirtus eius se extendens ad omnes actus uel effectus conuenientes illi nature; puta, si intelligeretur esse calor per se subsistens, uel in aliquo subiecto quod reciperet ipsum secundum totum eius posse, sequeretur quod haberet uirtutem ad producendum omnes actus et effectus caloris. Si uero aliquod subiectum non reciperet calorem secundum eius totum posse, set cum aliqua contractione et limitatione, non haberet uirtutem actiuam respectu omnium actuum uel effectuum caloris. Cum autem Deus sit ipsum esse subsistens, manifestum est quod natura essendi conuenit Deo infinite absque omni limitatione et contractione; unde eius uirtus actiua se extendit

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* Incipit quodlibet fratris thome de aquino de ordine fratrum predicatorum par. in paschate anno domini .M°. .CC°. septuagesimo (de — paschate *om. Kn*) *M*^{5}*Kn* : 3^{m} quodlibet dominica pasce 1271 *mg. M*^{2} : disputatio in pascate anni domini .M.CC.LXX. *mg. O*^{4} : Questio de natura diuina in pascate anni domini .M°. .CC°. LXX°. *O*^{1} : Questio de natura diuina in paschate anno domini .M°. CC°. LXX°. *Rubr. Ba* : Questio de natura diuina In *Rubr. Ba*^{1} : Questio de natura diuina in paschali anno domini .M° .CC°.LXX° *Rubr. P*^{1} : Questio prima de deo quantum ad naturam diuinam Anno domini M° .CC° .LXX°. parisius *Rubr. Bs* : disputatio de quolibet fratris thome de aquino in pascate parisius *mg. sup. manu post. V*^{1} 4 naturam] + humanam *Li, Ed*^{2,4ss} 28 seu] set *N*^{b}*Bx*^{1}*LiM*^{7} : uel *C*^{b}*Du*

A.1 Parall. : De materia informi : *In II Sent.*, d.12, q.un., a.4 ; *Q. de uer.*, q.3, a.5 ; *Q. de pot.*, q.4, a.1 ; *I*^{a}, q.66, a.1 et 2 ; De omnipotentia Dei : *In I Sent.*, d.42, q.2, a.2 ; *In III Sent.*, d.1, q.2, a.3 ; *C.G.*, II 25 ; *Q. de pot.*, q.1, a.3 ; *I*^{a}, q.3, a.2 ; q.25, a.3 ; *Quodl. V*, q.2, a.1 [3] ; *Quodl. XII*, q.2, a.1 [2]. — Quaestio ortum habuit ex expositione initii libri Geneseos ab Augustino, *De Genesi ad litteram*, I 1-15 (cf. *Œuvres de saint Augustin 48. La Genèse au sens littéral*... par P. Agaësse et A. Solignac, Paris, 1972, Notes..., p. 582-584). Ad creationis historiam explicandam adhibuit Augustinus notionem platonicam (qua iam usus erat Liber Sapientiae, XI 18) « materiae informis » (cf. Plato, *Timaeus* 51a ; Calcidius, *Timaei comm.*, c. 222, ed. Waszink, p. 235, 13 ; cf. etiam p. 276, 10-11 ; 279, 12 ; 294, 9 ; 299, 1). Vnde dubium fuit utrum prius creata fuit materia « informis » strictiore sensu, tunc creatio eius praecessit ratione tantum, aut « informis » largiore sensu, tunc creatio eius praecessit etiam tempore. Varias opiniones collegit Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d.12, unde quaestionem hic tractant magistri, uelut Albertus, *In II Sent.*, d.12 B, a.1 (ed. Borgnet, XXVII ; cf. praesertim, p. 232a, arg.4) ; Bonauentura, *In II Sent.*, d.12, a.1, q.3 (II, p. 299-301) ; sed quaestionem iam c. 1241 fusius tractauerat Albertus, *Summa de quatuor coequeuis*, tr. 4, q.72 (B, XXXIV, p. 731-740). — Quaestionem de informitate materiae hic reducit Thomas ad quaestionem de omnipotentia Dei. 26-27 unumquodque — actu : Hoc adagium saepissime laudat Thomas, uelut : *In I Sent.*, d.42, q.1, a.1 : « nichil enim agit nisi secundum quod est actu ens » ; *In II Sent.*, d.1, q.1, a.2, s.c.2 : « omne agens agit secundum id quod est in actu » ; a.5, arg.11 : « unumquodque agit secundum id quod est in actu » ; d.17, q.2, a.1 ; d.25, q.1, a.1 ; d.34, q.1, a.3 ; *In III Sent.*, d.14, q. unica, a.2, qla 2, ad 2 ; d.24, q. unica, a.1, sol.1 ; *Q. de uer.*, q.2, a.3, u. 237-238 ; q.20, a.4, ad 2, u. 322-323 ; *C.G.*, I 13 (p. 31a54-55), 16 (p. 44b9-10), 28 (p. 87a34-35), 29 (p. 89a8-9), 37 (p. 111b14), 50 (p. 144a37), 73 (p. 213b1-2) ; *C.G.*, II et III (c. uicies) ; *I*^{a}, q.5, a.5 ; q.25, a.1, ad 1 ; q.44, a.2, arg.3 ; q.88, a.1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.4, a.5, arg.2 ; q.18, a.1, arg.2 ; q.49, a.3, arg.1 ; q.55, a.2 ; *III*^{a}, q.3, a.2, ad 3 ; q.8, a.5 ; q.75, a.4 ; q.77, a.3. Adagium semper adfert Thomas sine auctoris nomine (et apud Aristotelem uix inuenitur), praeterquam *In De sensu*, I 9, 177-179 : « unumquodque agit secundum quod est ens actu, ut patet in I De generatione » ; cf. adn. in ed. Leon., t. XLV 2, p. 55.

infinite ad totum ens et ad omne id quod potest habere rationem entis; illud ergo solum poterit excludi a diuina potencia quod repugnat rationi entis, et hoc non propter defectum diuine potencie, set quia ipsum non potest esse ens, unde non potest fieri.

Repugnat autem rationi entis non ens, simul et secundum idem, existens : unde quod aliquid simul sit et non sit, a Deo fieri non potest, nec aliquid contradictionem includens. Et de huiusmodi est materiam esse actu sine forma : omne enim quod est actu, uel est ipse actus, uel est potencia participans actum; esse autem actum repugnat rationi materie, que secundum propriam rationem est ens in potencia; relinquitur ergo quod non possit esse in actu nisi in quantum participat actum. Actus autem participatus a materia nichil est aliud quam forma; unde idem est dictu, materiam esse in actu et materiam habere formam. Dicere ergo quod materia sit in actu sine forma, est dicere contradictoria esse simul; unde a Deo fieri non potest.

Ad id ergo quod in contrarium obicitur, dicendum quod accidens secundum suum esse dependet a subiecto sicut a causa sustentante ipsum, et quia Deus potest producere omnes effectus secundarum causarum absque ipsis causis secundis, potest conseruare in esse accidens sine subiecto; set materia secundum suum esse actuale dependet a forma in quantum forma est ipse actus eius; unde non est simile.

<Q. 1, a. 2 [2]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Deus possit facere unum corpus simul esse localiter in duobus locis.

Difficilius enim est quod hec substancia mutetur in illam substanciam quam quod hoc accidens mutetur in illud accidens; set in sacramento altaris ex hoc quod diuina uirtute substancia panis, remanentibus eius dimensionibus secundum quas commensuratur loco, conuertitur in substanciam corporis Christi, sequitur quod idem corpus Christi sit, non localiter secundum commensurationem propriarum dimensionum, set sacramentaliter, in pluribus locis simul; ergo Deus potest facere quod conuertatur dimensio huius corporis in dimensionem alterius corporis; et sic erit idem corpus localiter in duobus locis simul.

Set contra. Omnia duo loca distinguntur ad inuicem secundum aliquam loci contrarietatem,

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 50 aliquid] aliquis Φ(-*P*) 55 actum] actu *E, C*^{b}, *AnFM*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{3}, *Ed*^{2,4ss} (*perperam, cum hic priorem positionem, u.* 54 « uel est ipse actus », *excludat Thomas*) 56 que] *om.* Ψ(*suppl. sec.m. C*^{b}) 57 ens] eis *V*^{4} : autem Ψ(= *N*^{b}*DuBx*^{1} : unum *C*^{b} : materia *Li : om. M*^{7} ; *cf. adn. sup. : omisso* que, *non ante* 56 secundum *sed ante* 57 est *interpunxisse uidetur* Ψ) 68 producere] + et conseruare Ψ
14 Deus] *om.* Φ 19 contrarietatem *codd, edd : ? scribendum* contrarietatum

46-47 non propter defectum diuine potencie : Cf. supra, *Quodl. IX*, q.1, a.1, u. 27-28. 68-70 Deus — secundis : *Liber de causis*, prop. 1, secundum Thomam, *In IV Sent.*, d.12, q.1, a.1, sol.1. Cf. *C.G.*, IV 65 (ed. Leon., t. XV, p. 209a17-25) : « Diuina autem uirtus potest producere effectus quarumcunque causarum secundarum sine causis secundis ... Vnde et effectus causarum secundarum conseruare potest in esse sine causis secundis ».

A.2 Parall. : *In I Sent.*, d.37, q.3, a.2, arg.1 et ad 1 ; *In IV Sent.*, d.10, q. unica, a.1 et 3 ; *C.G.*, IV 62, Secunda difficultas (ed. Leon., t. XV, p. 199b6-36) ; IV 64 ; *Q. de anima*, q.10, arg.18 ; *Quodl. I*, q.10, a.2 [22], arg.1 et ad 1 ; *III*^{a}, q.75, a.1 ; q.76, a.5. — Diserte adseuerat Auicenna, *Sufficientia*, II 7 (ed. Venetiis 1508, f. 28va A) : « vnum corpus non potest esse simul in duobus locis ». Quod de corpore naturali plene adprobat Alexander de Hales, sed non de corpore Christi qui, propter unionem diuinitatis, potest esse in pluribus locis, scilicet in caelo et in altari sub sacramento (*Glossa in IV Sent.*, IV, d.10, n.4 ; ed. Quaracchi, 1957, p. 154-155 ; p. 168, 14-15 ; p. 174, 2). — Solutionem Thomae haeresim sapere adseuerauit, inter menses Aprilem et Iulium 1270, Nicolaus Lexouiensis (cf. P. Glorieux, *Une offensive de Nicolas de Lisieux contre saint Thomas d'Aquin*, in *Bulletin de littérature ecclésiastique*, 39, 1938, p. 121-129, praecipue p. 125, 78-90 = Ms. Paris Sorbonne 228, f. 316v) : « In quolibet ... quod fecit in paschate michi uidentur errores isti contineri. Primo, quod in secunda questione dicit, quia Deus facere non possit ut vnum corpus simul sit localiter in duobus locis. Hoc enim est contra fidem catholicam qua credimus et Christum dominum secundum assumptam nostram humanitatem usque ad tempora restitutionis omnium et iudicium sedere ad dexteram Patris, et quo ad corpus in celo locum diffinire, ut (*scr.* : et *ms.*) Hugo dicit parte 1 libri II, c. vlt., et tamen veraciter cotidie esse in quolibet altari ad inuocationem sacerdotum, sicut Crisostomus expresse dicit libro III dialogorum, et Ambrosius in libro De officiis et mysteriis, Augustinus, Eusebius Emisenus, Bernardus, Paschasius et omnes clamant actoritates sanctorum » ; (p. 127, 142-153 ; ms., f. 317ra) : « In hoc quod dicit quod Deus non possit facere vnum corpus esse in duobus locis, heresim sapit Berengarii quod corpus Christi verum non sit in altari quod nunc in celo receptum est, usque ad tempus iudicii sedens ad dexteram Dei Patris, aut heresim Iohannis Scoti quod corpus Christi post resurrectionem non sit locale. Dicitur enim corpus Christi sacramentaliter esse in altari, quia velatur accidentibus specierum panis et vini. Set non est dubium secundum omnes attestationes sanctorum, quia in altari veraciter est, et in pluribus altaribus idem omnino numero et localiter, quod contrectatur manibus sacerdotum et traditur lambere cupientibus et cum veneratione complecti, sicut dicit Crisostomus libro III dyalogorum ». 19-21 loci — sinistrum : Cf. Ar., *Phys.*, III, 205b31-33, a Iacobo Veneto transl., A.L. VII 1, p. 123, 7-9 : « loci autem species et differentie sursum deorsum, ante retro, dextrum sinistrum » ; 206a5-6 (p. 124, 34) : « hoc autem est aut sursum aut deorsum aut in aliqua distantia que sunt sex » ; IV, 208b12-14, 17-18 (p. 136, 12-13, 16-17) : « nec autem sunt loci partes

que sunt sursum et deorsum, ante et retro, dextrum et sinistrum; set Deus non potest facere quod duo contraria sint simul : hoc enim implicat contradictionem; ergo Deus non potest facere quod idem corpus localiter sit simul in duobus locis.

Responsio. Dicendum quod aliquod corpus esse localiter in aliquo loco nichil est aliud quam corpus circumscribi et comprehendi a loco secundum commensurationem propriarum dimensionum; quod autem comprehenditur a loco aliquo, ita est in ipso loco quod nichil eius est extra locum illum; unde ponere quod sit localiter in hoc loco et tamen sit in alio loco, est ponere contradictoria esse simul; unde, secundum premissa, hoc a Deo fieri non potest.

Ad id ergo quod in contrarium obicitur, dicendum quod difficilius est hoc accidens mutari in illud accidens quam hanc substanciam mutari in illam substanciam, tum quia due substancie conueniunt in subiecto materiali, quod est pars essencialis utriusque substancie, tum quia substancia habet indiuiduationem per se ipsam, accidens uero non est indiuiduabile per se ipsum, set per subiectum, unde non potest ei conuenire quod hoc accidens conuertatur in hoc accidens. Dato tamen quod hec dimensio conuerteretur in illam dimensionem, non sequeretur quod idem corpus esset in duobus locis simul, set in uno tantum, quia, sicut postquam substancia panis conuersa est in substanciam corporis Christi, iam non sunt ibi due substancie, set una tantum, ita etiam si hec dimensio huius corporis conuertatur in illam dimensionem alterius corporis, iam non erunt due dimensiones, set una tantum, et sic non commensuraretur diuersis locis, set uni tantum.

<Questio 2>

Deinde quesitum est de Deo quantum ad humanam naturam assumptam.

Et circa hoc quesita sunt tria : primo quantum ad animam, utrum scilicet anima Christi sciat infinita; secundo quantum ad corpus, utrum scilicet oculus Christi post mortem dicatur equiuoce oculus, uel uniuoce; tercio quantum ad actum coniuncti qui est comestio, utrum scilicet post resurrectionem Christus uere comederit incorporando sibi cibum.

<a. 1 [3]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima Christi non possit scire infinita.

<1> Nullum enim donum creatum, cum sit finitum, potest eleuare creaturam ad id quod est proprium Dei, quia tale est infinitum; set gracia unionis est donum creatum, cognoscere autem infinita est proprium Dei, cuius *sapiencie non est numerus*; ergo anima Christi per graciam unionis non potest eleuari ad cognoscendum infinita.

<2> Preterea. Dionisius XI capitulo Celestis ierarchie ponit tria sibi proportionata, que sunt substancia, uirtus et operatio; set substancia anime Christi non potest esse infinita; ergo neque uirtus eius neque operatio potest esse infinita, ut infinita cognoscat.

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ' *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 27 aliquo] alio Ψ'(- *Du*) 46 quod] + si Ψ'(si *post* hec dimensio *Li*)
26 neque^2] nec Φ^{2b}(- *Ba*^{1}*E*), Ψ'(- *Li*) : 25-26 infinita — esse *hom. om. P*

et species sursum et deorsum et relique sex distantiarum... unde idem multotiens dextrum et sinistrum est et sursum et deorsum et ante et retro»; VIII, 261b34-36 (p. 318, 13-16) : «contrarius enim secundum locum est qui est sursum ei qui est deorsum et qui est ante ei qui est retro et qui est ad sinistram ei qui est ad dexteram : loci enim contrarietates he sunt». 28 circumscribi : Non est uerbum Aristotelis Latini, cuius definitio loci est, *Phys.*, IV, 212a20-21, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 150, 6-7) : «Quare *continentis* (περιέχοντος) terminus inmobilis primum, hoc est locus». Sed est uerbum Auicennae Latini, *Sufficientia*, II 9 (ed. Venetiis 1508, f. 31va E-F) : «Locus est primum continens et *circumscribens*... locus est id quod continet locatum et *circumscribit*» (cf. etiam f. 32ra K, in fine). Sed praesertim uerbum est linguae christianae, tam Graecae quam Latinae, in doctrina de loco uulgatum a Nemesio, *De natura hominis*, a Burgundione transl., c. III (ed. Verbeke-Moncho, p. 53, 71 et 73; p. 54, 90-91), et a Iohanne Damasceno, *De fide orthodoxa*, a Burgundione transl., I 13 (ed. Buytaert, p. 56-57) : «De loco Dei et quoniam solus Deus est incircumscriptibilis (ἀπερίγραπτον)». Vnde Petrus Lombardus, *Sent.*, I, d.37, c. 5-8 (ed. Brady, p. 270-273); Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, I, tr. XIV (ed. Ribaillier, t. I, p. 260); Philippus Cancellarius, *Summa de bono* (ed. Wicki, p. 291-292), etc.; ipse Thomas, *In I Sent.*, d.37, q.3, a.1; *In III Sent.*, d.4, q.3, a.2, qla 2, arg.1; *In IV Sent.*, d.10, q.1, a.3, qla 1; d.44, q.2, a.2, sol.5; *In Boethium De Trin.*, q.5, a.4, ad 3; *I*^{a}, q.50, a.1, arg.3 et ad 3; q.52, a.2. 29 commensurationem : Cf. supra, *Quodl. VII*, q.4, a.1 [8], u. 62, cum adn. 30 dimensionum : Cf. supra, *Quodl. VII*, q.4, a.1 [8], u. 61, cum adn.
A.3 Parall. : *In III Sent.*, d.14, q.un., a.2, qla 2, arg.2 et ad 2; qla 4, arg.2 et ad 2; *Q. de uer.*, q.20, a.4, arg.1 et ad 1 (u. 237-378), nec non ad 2, 4, 7, 9; *III*^{a}, q.10, a.3. 19 sapiencie non est numerus : Psalmus 146, 5. 22 Dionisius — ierarchie : a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, II, p. 930, 1-2) : «sed quoniam in tria diuisae sunt ea quae secundum ipsas supermundana ratione omnes diuinae mentes in substanciam et uirtutem et operationem».

Set contra. Intellectus anime Christi non est minor quam uoluntas eius; set meritum Christi, quod est actus uoluntatis anime eius, est infinitum, quia fuit sufficiens ad infinitorum peccatorum abolitionem : *est* enim *propitiatio pro peccatis totius mundi*, ut dicitur I Iohannis II; ergo et actus intellectus anime Christi potest esse infinitum, ut infinita cognoscat.

Responsio. Dicendum quod hic est opus multiplici distinctione.

Primo enim considerandum est quod infinitum potest dici et secundum formam et secundum materiam. Dicitur enim infinitum ex eo quod non finitur; finitur autem et materia per formam, in quantum materia que est in potencia ad diuersas species, determinatur ad unam speciem per formam, et forma per materiam, in quantum forma speciei, que nata est esse in pluribus indiuiduis, secundum quod recipitur in hac materia determinatur ad indiuiduum; sicut ergo materia sine forma habet rationem infiniti, ita et forma sine materia, et ideo, quia ipsa essencia diuina non est recepta in aliquo materiali nec habet permixtionem alicuius potencie, set est purus actus subsistens, ideo dicitur infinita. Et, quia unumquodque cognoscitur per formam et secundum quod est in actu, ideo infinitum secundum materiam est secundum se *ignotum*, ut dicitur in III Phisicorum, infinitum autem secundum formam est secundum se notissimum, set quo ad nos est ignotum, quia excedit nostri intellectus proportionem. Et, quia quantitas est dispositio materie et infinitum quantitatis attenditur secundum potenciam in assumendo unum post alterum, ideo infinitum quantitatis est secundum se ignotum, et non potest aliquis intellectus cognoscere infinitum quantitatis in postassumendo, scilicet numerando partem post partem.

Item, considerandum est quod utroque modo contingit aliquid esse infinitum simpliciter et aliquid secundum quid. Si enim aliquod corpus sit infinitum secundum longitudinem, non autem secundum latitudinem, est infinitum secundum quid; si uero fuerit infinitum secundum omnes dimensiones, erit infinitum simpliciter. Similiter si intelligatur forma alicuius speciei esse non in materia, ut Platonici posuerunt, erit infinita secundum quid, quantum scilicet ad indiuidua illius speciei, tamen erit finita simpliciter, inquantum scilicet determinatur ad genus et speciem. Set diuina essentia est simpliciter infinita, quia est absoluta ab omni circumscriptione generis uel speciei.

Item, considerandum est quod duplex est sciencia : una que dicitur sciencia uisionis, per

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 32 abolitionem] absolutionem P^9 : ablationem V^4 : ablutionem Ψ 33 II *scr.* : I *codd* 39-40 formam ... materiam] *inu.* Φ^1 56 secundum formam est] *om.* Ψ (*suppl. sec.m.* C^b) 60 quantitatis] quantitas Ψ (*corr. sec.m.* C^b) 61 in] *om.* Ψ (*suppl. sec.m.* C^b) 64 postassumendo] + unum post alterum (*e u.* 61) Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 111*b) 76 finita simpliciter] *inu.* Ψ 77 determinatur] terminatur Ψ

31-32 infinitorum peccatorum abolitionem : Cf. Thomas, *Q. de uer.*, q.29, a.3, arg.8, u. 62-63 : « super abolitionem infinitorum peccatorum ». 33 I Iohannis II : 2 « et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi ». 38-52 infinitum — infinita : Cf. ipse Thomas, *I*^{a}, q.7, a.1 (nec non *Q. de uer.*, q.2, a.2, ad 5 ; *III*^{a}, q.10, a.3, ad 1) 52-54 unumquodque — actu : Cf. Ar., *Met.*, IX, 1051a29-33, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 181, 14-17) sec. Thomam, *In De anima*, III 3, 90, cum adn. in ed. Leon., t. XLV 1, p. 216. 55-56 in III Phisicorum : Ar., *Phys.*, III, 207a25-26, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 129, 10-11) : « Vnde ignotum est in quantum est infinitum : speciem enim non habet materia » ; sed eadem sententia habetur *Phys.*, I, 187b7-8 (A.L., VII 1, p. 19,17-20,1) : « infinitum quidem secundum quod est infinitum ignotum est », quem locum laudat Thomas *I*^{a}, q.86, a.2, s.c. (uter locorum laudetur *C.G.*, I 63 et 69, non liquet). 64 in postassumendo : Vox « in postassumendo » legitur in plerisque codicibus translationis Iacobi Veneti, *Anal. post.*, I, 78a14-15 (pauci habent « in prius assumendo ») ; sed haec uox neque est latina, neque uocem Aristotelis graecam τῷ προσλαμβάνειν reddit (quae significat « in adiciendo ») ; unde cl. L. Minio-Paluello (A.L., IV 1-4, p. 29, app. ad u. 13) eam mendam esse amanuensis coniecit, forsitan in « in coassumendo » corrigendam (quod et fecit Guillelmus de Moerbeke). Attamen « in postassumendo » legunt Albertus, *Post.*, I III 5 (Borgnet, t. 2, p. 81a, § 2, u. 8) et Thomas, *In Post.*, I 22, 276-277 : « in postassumendo, id est in assumendo medium sub medio ». In hoc articulo, bis (u. 64 et 91) hac uoce usus est Thomas ad exprimendam sententiam quam legerat in Ar., *Phys.*, III 206a28-29, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 125, 9-12) : « Omnino quidem enim sic est infinitum, et in semper aliud et aliud accipiendo et acceptum quidem semper finitum esse, sed semper alterum et alterum esse » ; Aristotelis uerba « in ... aliud et aliud accipiendo » saepius reddit Thomas « in accipiendo partem post partem » ; cf. *III*^{a}, q.10, a.3, ad 1 : « ut accipiatur pars eius post partem, ut dicitur in III Phisicorum », nec non : *Q. de uer.*, q.2, a.2, ad 5, u. 257-260 ; a.9, u. 186-188 ; q.20, a.4, ad 1, u. 337 : « numerando partem post partem » ; *C.G.*, I (t. XIII), 55 (p. 157a21-22) ; 69 (p. 201a25-27) ; *In De anima*, III 5, 114-115 « numerando partem post partem » ; *I*^{a}, q.14, a.12, ad 1 ; q.86, a.2 : « accipiendo partem post partem » ; *In Phys.*, III 11, n. 3. 67-68 aliquid — secundum quid : Cf. ipse Thomas, *Quodl. IX*, q.1, a.1 [1], u. 50-62 ; *Q. de uer.*, q.29, a.3, u. 155-160. 74 Platonici : Cf. Ar., *Met.*, praesertim I, 987a29-b18. 81-86 duplex — possunt : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, I, tr. IX, c. 2 (ed. Ribaillier, t. I, p. 260, 4-10) ; *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. I, p. 264) ; Albertus, *In I Sent.*, d.39, a.4 (ed. Borgnet, t. 26, p. 296) ; *In III Sent.*, d.14, a.1, ad 1 (t. 29, p. 255b) ; Bonauentura, *In I Sent.*, d.39, a.1, q.3 (p. 691) ; Thomas, *In I Sent.*, d.38, q.un., a.4 ; d.39, q.1, a.2 et 3 ; *In III Sent.*, d.14, q.un., a.2, sol.2 ; *In IV Sent.*, d.49, q.2, a.5 (= *Suppl.*, q.92, a.3) ; *Q. de uer.*, q.2, a.9, arg.2 et ad 2 ; q.3, a.3, arg.8 et ad 8 ; q.20, a.4, u. 237-247 ; *C.G.*, I 66 (t. XIII, p. 185b6-23) ; *I*^{a}, q.14, a.9 et 12.

quam cognoscuntur ea que sunt, erunt uel fuerunt; alia simplicis noticie, per quam cognoscuntur ea que nec sunt nec erunt nec fuerunt, set esse possunt.

***

Dicendum est ergo quod Deus cognoscendo suam essenciam, quia comprehendit eam, cognoscit sciencia simplicis noticie infinita simpliciter, quia cognoscit omnia que ipse facere potest; non tamen cognoscit ea in postassumendo, scilicet numerando unum post aliud, set omnia simul. Anima uero Christi non comprehendit essenciam Dei, et per consequens neque uirtutem eius; unde non potest cognoscere omnia que Deus facere potest, et ideo non cognoscit infinita simpliciter. Comprehendit autem anima Christi totam potenciam creature; in potencia autem creature sunt infinita, non simpliciter, quia potencia creature non se extendit ad omnia que Deus potest, set secundum aliquod genus, sicut continuum est in potencia ad infinitas diuisiones; unde anima Christi sciencia simplicis noticie cognoscit infinita secundum quid que sunt in potencia creature.

Et per hoc patet responsio ab obiecta.

Nam prime due rationes procedunt de cognitione infinitorum simpliciter.

Ad tercium dicendum quod uoluntas anime Christi est uirtus finita simpliciter, sicut et intellectus eius; meritum autem Christi habet infinitatem ex dignitate persone, in quantum scilicet est meritum Dei et hominis.

<Q. 2, a. 2 [4]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod oculus Christi post mortem non fuerit equiuoce oculus.

<1> Corpus enim Christi et quelibet partium eius sustentificatur per ypostasim Dei Verbi; set ypostasis Verbi Dei mansit unita corpori Christi

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 90 facere] cognocere Ψ 95 eius] dei Ψ 112 persone] *om.* Φ *(cf. Préf., p.* 114*a)

3-5 post — Christi] *hom. om.* Ψ *(suppl. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*)* 6 sustentificatur] substantificatur *Bo, B,* R (-bitur V^9), P^{11}, *Pr*^{2}*Wr*^{4}*Wr*^{3}, *AnFV*^{1}*M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{10ss} : sustentatur *P (cf. app. fontium)*

91-92 postassumendo : Cf. supra, u. 64, cum adn. 111-113 meritum — hominis : Cf. Thomas, *Q. de uer.*, q.29, a.3, ad 4 et ad 8.

A.4 Parall. : *In III Sent.*, d.22, q.1, a.1 ; *Comp. theol.*, I 229 ; *Quodl. I*, q.1, a.1 [1] ; *Quodl. IV*, q.5, a.un. [8] ; *III*^{a}, q.50, a.4. — In *Quodl. I*, a.1, de Triduo mortis quaestionem theologicam, quae originem duxit ex uerbis Hugonis de Sancto Victore et Petri Lombardi, determinauit Thomas ; hic quaestionem tractat quae orta est ex uerbis Aristotelis in multis locis. Hi sunt : Ar., *Cat.*, 1a1-3, a Boethio transl. (A.L., I 1-5, p. 5, 3-5) : « Aequiuoca dicuntur... ut animal homo et quod pingitur » ; *Meteor.*, IV, 389b31-390a2, ab Henrico Aristippo transl. (Ms. Vat. Urb. lat. 206, f. 252r) : « Magis namque manifestum est quoniam mortuus homo, equiuoce : ita igitur et *manus* defuncti equiuoce... minus uero in carne et osse talia manifesta » ; *De anima*, II, 412b17-25, a Iacobo Veneto transl. (cf. *Anonymi... Lectura...*, p. 148) : « Considerare autem oportet in partibus quod dictum est. Si enim esset oculus animal, anima utique esset ipsius, uisus : hic enim substancia est oculi secundum rationem, oculus autem materia uisus est, quo deficiente non est etiam *oculus nisi equiuoce*, sicut lapideus aut depictus. *Oportet* igitur *accipere quod est in* parte, in toto uiuente corpore : simile namque habet sicut *pars ad partem*, et sic totus sensus *ad totum corpus* quod sensitiuum est, secundum quod huiusmodi est » (uerba Iacobi a Guillelmo recognita inuenies in ed. Leon., t. XLV 1, p. 74) ; *De animalibus XI* (= *De partibus animalium*, I, 640b32-641a5), a Michaele Scoto transl. (Ms. El Escorial f. III.22, f. 51va) : « Et homo ymaginatus habet illam figuram et formam, et quamuis sit homo in forma et aspectu, non tamen est uere homo ; et similiter *manus* uera et manus figurata, quia sunt equiuoca in nomine... quoniam manus figurata non potest facere suum opus » ; a Guillelmo transl. (Ms. Vat. lat. 2095, f. 73vb) : « Omni palam esse quale quid secundum formam est homo tanquam existente ipso per figuram et colorem noto. Quamuis mortuus habeat eandem figure formam, set tamen non est homo. Adhuc autem inpossibile est esse *manum* qualitercunque dispositam, puta eream aut ligneam, nisi equiuoce... non enim poterit facere sui ipsius opus... Similiter autem hiis neque partium mortui aliqua amplius talium est, dico autem puta *oculus*, manus » ; *Met.*, VII, 1035b24-25, a Michaele Scoto transl. (in Auerroe, *In Met.*, VII, textus 35, ed. Venetiis 1562, t. VIII, f. 186ra) : « Et non erit illud quod est aliquo modo in aliqua dispositione *digitus* animalis, nisi equiuoce, ut mortuus » (cf. Auerrois comm., f. 187rb) ; *Pol.*, I, 1253a20-21, a Guillelmo transl. (in ed. Leon., t. XLVIII, p. A 77) : « Interempto enim toto non erit pes neque manus nisi equiuoce ». Ad hanc Aristotelis doctrinam persaepe adludit Thomas, uelut : *In III Sent.*, d.3, q.2, a.1 (ed. Moos, p. 113, n. 80) ; d.6, q.3, a.1 (p. 244, n. 107) ; d.13, q.2, a.2, sol.2 (p. 414, n. 104) ; d.22, q.1, a.1, sol.1 (p. 663, n. 15) ; *Q. de uer.*, q.2, a.11, arg.8 et ad 8 ; *C.G.*, II 57 (t. XIII, p. 407a3-5) ; II 72 (p. 457a3-6) ; IV 29 (t. XV, p. 110a30-31) ; IV 32 (p. 116a24-27) ; IV 37 (p. 133a29-31) ; *Comp. theol.*, I 209, u. 40-42 ; *Q. de anima*, q.1 (ed. Robb, p. 59, 17-20) ; q.9 (p. 148, ult.) ; q.10 (p. 158-159) ; *Q. de spir. creat.*, a.4 (ed. Keeler, p. 55-56) ; *In De anima*, II 1, 282-285 ; II 2, 62-63, 81-104 ; *I*^{a}, q.13, a.10, s.c.1 et ad s.c.1 (= ad 4) ; q.76, a.8 ; *De unitate intellectus*, c. 3, 303-304 ; *In Pol.*, I 1b, 158-183 ; *In Iohannis eu.*, 1, lect. 7 (in uersic. 14a « caro ») ; *In Met.*, VII, in 1035b24-25 ; *III*^{a}, q.5, a.3 ; q.50, a.5, s.c.2 ; *In De gen. et corr.*, I 15, n. 5 (ed. Leon., III, p. 316b-317a). — Solutionem Thomae erroneam esse contendit Nicolaus Lexouiensis (ms. Paris Sorb. 228, f. 316va-vb ; ed. Glorieux [cf. supra ad a.2], p. 125-126) : « Similiter erroneum esse uidetur quod oculus Christi mortui fuerit oculus equiuoce, sicut determinat in quarta questione, quia Christus in morte nec Deus esse desiit, quia in vera deitate inmortalis permansit, nec persona esse desiit, quia Verbum fuit, nec homo esse desiit, quia diuinitas eius ab humanitate sua non recessit. Sola anima a carne ad tempus diuisa est. Set diuinitas nec ab anima nec a carne separata est. Christus igitur et vere mortuus fuit propter mortuam carnem, et vere uiuus permansit propter inmortalem diuinitatem, et vere Deus simul et vere homo fuit propter inseparabilem diuinitatis et humanitatis vnionem, sicut hec omnia hugo dicit parte I libri II, c. XIII ». 6 sustentificatur : Cf. u. 77, 83. Verbum « substantificari » fictum esse uidetur a Iohanne Eriugena et aliis interpretibus Dionysii, *De diu. nom.*, et iam inuenitur apud Bonauenturam

et partibus eius post mortem; ergo fuit idem secundum substanciam corpus Christi post mortem et ante, secundum totum et secundum omnes partes eius; non ergo oculus Christi fuit equiuoce oculus post mortem.

<2> Preterea. Philosophi loqui non nouerunt nisi de homine puro; set Christus non fuit purus homo, set homo et Deus; ergo quod Philosophus dicit, oculum hominis mortui esse equiuoce oculum, non habet locum in Christo.

Set contra. Christus est uniuoce homo cum aliis hominibus, et mors eius fuit uera, sicut et aliorum hominum mors; cum ergo oculus cuiuslibet hominis mortui equiuoce oculus dicatur, uidetur quod etiam oculus Christi post mortem sit equiuoce oculus.

Responsio. Dicendum quod equiuocum et uniuocum dicitur secundum diffinitiuam rationem eandem uel non eandem; ratio autem diffinitiua cuiuslibet speciei sumitur a forma specifica ipsius; forma autem specifica hominis est anima rationalis; unde, remota anima rationali, non potest remanere homo uniuoce, set equiuoce tantum. *Oportet* autem idem *accipere* in partibus *quod est in* toto, nam, sicut anima se habet *ad totum corpus*, ita *pars* anime se habet *ad partem* corporis, ut uisus ad oculum, ut dicitur in II De anima; unde, separata anima a corpore, sicut non dicitur homo nisi equiuoce, ita nec dicitur *oculus nisi equiuoce*.

Et hoc indifferenter siue presupponatur alia forma substancialis in corpore ante animam rationalem, ut quidam uolunt, siue non, ut magis uidetur consonum ueritati : quodcunque enim essencialium principiorum subtrahatur, iam non remanebit eadem ratio speciei, unde nec nomen uniuoce dicetur. Solo autem hoc modo anima recedente remaneret corpus humanum et partes eius secundum eandem rationem speciei, si anima non uniretur corpori ut forma; set tunc sequeretur quod nec per unitionem anime esset substancialis generatio, nec per separationem corruptio. Quod quidem ponere in corpore Christi est hereticum : dicit enim Damascenus in III libro quod *corruptionis nomen duo significat : significat enim humanas has passiones, famem, sitim, laborem, clauorum perforationem, mortem, scilicet separationem anime a corpore, et* quecunque *talia ...; significat autem corruptio <et> perfectam corporis in ea ex quibus compositum est elementa destructionem et dissolutionem ...; huius experimentum corpus Domini non habuit, ut ait propheta ...* Non *dabis Sanctum tuum uidere dyaftoram, id est destructionem. Incorruptibile* autem *secundum insipientem Iulianum et Galanum corpus Domini dicere secundum primum corruptionis significatum, ante resurrectionem, impium. Si enim incorruptibile, non omoysion, id est consubstantiale, nobis ... et non ueritate facta sunt que facta esse Euangelium ait ... et opinione et non ueritate saluati sumus.*

Sicut igitur Christus in triduo mortis propter separationem anime a corpore, que est uera corruptio, non dicitur fuisse homo uniuoce, set homo mortuus, ita nec oculus eius in triduo mortus fuit uniuoce oculus, set equiuoce, sicut oculus mortuus. Et eadem ratio est de aliis partibus corporis Christi.

Ad primum ergo dicendum quod substancia dicitur dupliciter. Quandoque enim sumitur pro ypostasi, et sic uerum est quod corpus Christi sustentificatum mansit per ypostasim Dei Verbi : non enim per mortem soluta est unio Verbi neque ad animam neque ad corpus; et sic rema-

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}EP^{1}P^{9}V^4)*; Ψ *(N^b, Bx^{1}C^{b}DuLiM^7)* 10-12 et ante — mortem] *hom. om.* Ψ *(suppl. sec.m. C^b)* 46 si anima] si autem anima Ψ 48 unitionem] unionem P^7, *AnFM^{1}M^3*, *Ed^{4ss}* 55 talia] + secundum hoc significatum corruptibile domini corpus aimus *(ex Damasceno) An* 56 autem] etiam Φ^{2b} : enim N^b 57-58 dissolutionem et destructionem *tr. (ex Damasceno) An* 58 Domini] diuinum Φ : diuini *(sed pro* corpus *hab.* corporis) M^7 59 propheta] + dauid *(ex Damasceno) An* 60 dyaftoram *scr.* : dyastoram (dia-) *codd* 60-61 Incorruptibile autem] Igitur incorruptibile *(ex Damasceno) An* 61 Galanum *codd* (galianum *sec.m. C^b*, *Du* : gallianum *M^{1}M^3* : gaianum *[ex Damasceno] An*); cf. *Quodl. IV*, a.8, u. 30 63 impium] + est Φ^{2b} 64 omoysion Ψ (o. moysen *Li*) : omosion Φ (homousion *Ba^1* : omousion *sec. m. P^1*) 66 sumus] + set absit et qui hec dicunt salutis expertes fiant *(ex Damasceno) An* 75 enim sumitur] ponitur Ψ (potissime *Li*) 77 sustentificatum] substantificatum *BoVe, B, RV^9, Pr^{2}Wr^{4}Wr^3, M^{7}AnFM^{1}M^3, Ed^{10ss}*

(cf. E. Schiltz, *De usu vocis « substantificari » in Theologia Incarnationis apud Doctores Scholasticos*, in *Divus Thomas*, Piac., 52, 1949, p. 179-186). Apud Thomam iam inuenitur *In III Sent.*, d.6, prologus (ed. Moos, p. 220, 32; deest in codice autographo); in *Q. de uer.*, q.2, a.5, ad 10, u. 434-435, codex Vat. lat. 781, f. 55va, clare scripsit « substantificatur ». Non est tamen cur hic codices corrigamus, cum ab ipso Thoma archetypum scriptum uel dictatum esse non constet. 15-16 Philosophus : Cf. supra, adn. ad initium articuli. 31-37 Oportet — equiuoce : Ar., *De anima*, II, 412b17-25; cf. supra, adn. ad initium articuli. 40 quidam : sequentes Auicebron, secundum Thomam, supra, *Quodl. XI*, q.5, a.un. [5], u. 36, cum adn.; cf. etiam *Quodl. I*, q.4, a.1 [6]. 51 Damascenus : Iohannes Damascenus, *Traditio fidei*, c. 72 (uel lib. III, c. 28), ed. B. Kotter, Berlin 1973, p. 171, u. 1-19, a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 274-275), iam ab Alberto magna in parte laud., *In IV Sent.*, d.43 A, a.2 (ed. Borgnet, t. 30, p. 504a; cf. etiam a.22, p. 534a); a Thoma iterum laud. *III^a*, q.50, a.5; q.51, a.3 s.c. — Hic locum Damasceni ad uerbum laudat Thomas, paucis omissis uel alteratis; principales omissiones suppleuit et alterationes correxit cod. *An* (cf. app. crit.); u. 55 quecunque *Albertus, Thomas* : quae *Damascenus*.

net simpliciter idem numero corpus secundum ypostasim siue suppositum, quod est persona Verbi. Alio modo accipitur substancia pro essencia uel natura, et sic corpus Christi sustentificatur per animam sicut per suam formam, non autem per Verbum, quia Verbum non unitur corpori ut forma : hoc enim est hereticum, secundum heresim Arrii et Apollinaris, qui posuerunt Verbum esse in Christo loco anime. Sequeretur etiam quod esset unio Dei et hominis facta in natura, quod pertinet ad heresim Euticis. Sic igitur corpus Christi post mortem est simpliciter idem secundum substanciam que est ypostasis, non autem secundum substanciam que est essencia uel natura. Vniuocatio autem et equiuocatio non respicit suppositum, set essenciam uel naturam, quam significat diffinitio.

Ad secundum dicendum quod, etsi Christus non sit purus homo, est tamen uerus homo, et mors eius fuit uera mors; unde quicquid est uerum de homine in quantum est homo et de morte hominis, totum est uerum de Christo et de morte eius.

<Q. 2, a. 3 [5]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod Christus post resurrectionem uere comederit, cibum sibi incorporando.

Quia, ut Augustinus dicit in libro LXXXIII questionum : *Si fallit, ueritas non est*; unde nulla fictio decet Christum, qui est ueritas; esset autem fictio, si non uere sibi cibum incorporaret, quem ipse comedere uidebatur; uere igitur comedit, incorporando sibi cibum.

Set contra est quod Damascenus dicit in III libro, quod Christus, *etsi gustauit cibum post resurrectionem, set non lege nature...*, set *dispensationis modo, ueritatem credere faciens resurrectionis, quia hec eadem caro est que passa est et resurrexit.*

Responsio. Dicendum quod aliquid dicitur esse uerum dupliciter : uno modo ueritate significationis, alio modo ueritate naturalis speciei. Sicut uox est uera ueritate significationis quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei dependet ex principiis speciei, non autem ex effectibus uel ex hiis que quocunque modo consequntur; unde uox dicitur uera ueritate naturalis speciei quando formatur debitis instrumentis et ex ore *animalis* profertur *cum* quadam *ymaginatione*, etiam si a nullo audiatur, quod est effectus consequens uocem.

Leguntur autem in Scripturis absque necessitate et angeli comedisse, et Christus post resurrectionem, et utraque comestio fuit uera, ut Augustinus dicit XIII De ciuitate Dei, aliter tamen et aliter : in angelis enim fuit uera ueritate significationis, quia, ut Augustinus ibidem dicit, *angeli* comederunt *non quia indigebant, set quia uolebant et poterant, ut hominibus quadam sui ministerii*

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 80 simpliciter idem] *inu.* Ψ(-*M*^{7}) 83 sustentificatur] substantificatur *BoVe, B, RV*^{9}*, Pr*^{2}*Wr*^{4}*Wr*^{3}*, An* (substanficatur *F*), *M*^{1}*M*^{3}*, Ed*^{10ss} 90 Euticis] euticetis *C*^{b}*, ? F,* Φ^{2bp} 97 etsi] si Ψ (sicut *primo C*^{b}), *nec non Ba*^{1}, *pauci dett* (licet *sec.m. Rn, P*^{11}*Sl, C*^{1}*O*^{3}) 101 morte] natura mortis Ψ

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 8 quem *scr. cum C*^{b}*M*^{7}*, dett, Ed*^{2,4ss} : quam Ψ(-*C*^{b}*M*^{7}) : quod Φ 15 et] *om.* Ψ 19 uera] uerax Ψ 25 animalis] naturalis animalis Ψ (animalis *om. N*^{b}) 28 Scripturis] + Gen. XVIII *mg. An*

86-87 secundum heresim Arrii et Apollinaris : Cf. Augustinus, *De haeresibus*, 55 (CCSL 46, p. 325); Gennadius, *Diffinitio ecclesiasticorum dogmatum*, c. 2 et 3 (P.L., 42, 1214), a Thoma laud. *In III Sent.*, d.2, q.1, a.3, qla 2; *III*^{a}, q.5, a.3. 88-90 Sequeretur — Euticis : Errorem Eutychis cognouit Thomas praecipue ex Concilio Chalcedonensi (cf. *C.G.*, IV 35), nec non ex S. Leone, *Ep. ad Flauianum* (P.L., 54, 777) et ex Boethio, *Contra Eutychen et Nestorium*, c. 5 (ed. Stewart-Rand, p. 100-107).

A.5 Parall. : *In II Sent.*, d.8, q.1, a.4, qla 1; *In III Sent.*, d.21, q.2, a.4, qla 4; *In IV Sent.*, d.44, q.1, a.3, qla 4, arg.1 et ad 1; *C.G.*, IV 83 (t. XV, p. 265a54-b5); *Comp. theol.*, I 238, u. 24-36; *I*^{a}, q.51, a.3, arg.5 et ad 5; *In Iohannis eu.*, XXI, lect. 2 (in uersic. 13); *III*^{a}, q.54, a.2, ad 3; q.55, a.6. 5 Augustinus... in libro LXXXIII questionum : q.14 (CCSL 46 A, p. 20). 11-15 Damascenus... resurrexit : Iohannes Damascenus, *Traditio fidei*, c. 74 (= III 30), a Burgundione Pisano transl. (ed. Buytaert, p. 277, ad uerbum praeter-u. 13 set dispensationis : dispensationis autem *Dam.* — 14 quia : quod *Dam., sed* quia *uar. codicum FM* — 15 caro est : est caro *Dam.*). 17 dupliciter : Eadem distinctione utitur Thomas, *In Iohannis eu.*, XXI, lect. 2, simili distinctione *In Peryermenias*, I 3, 181-187. 19-20 uox — quod est : Cf. Ar., *Cat.*, 4b8-10, a Boethio transl. (A.L., I 1-5, p. 13, 9-10) : « Eo enim quo res est uel non est, eo oratio uel uera uel falsa dicitur »; Thomas, *In Peryermenias*, I 7, 44-47. 23-26 uox — ymaginatione : Cf. Ar., *De anima*, II, 420b13-32, ab ipso Thoma breuiter contractus, *In De sensu*, I 1, 258-260 : « Vox enim est sonus ab ore animalis prolatus cum ymaginatione quadam, ut dicitur in II De anima »; *In Peryermenias*, I 4, 36-38 : « nam uox est sonus ab ore animalis prolatus cum ymaginatione quadam, ut dicitur in II De anima » (cf. I 1, 41-42 : « cum ymaginatione aliquid significandi »). 29 angeli : Gen., XVIII 9; Tob., XI 20. Christus : Lucae XXIV, 43; Iohannis XXI, 13 et 15. 31 Augustinus... XIII De ciuitate Dei : Cf. infra u. 33. 33 Augustinus ibidem : *De ciuitate Dei*, XIII 22 (CCSL 48, p. 405, 7-21) : « Quod angeli quoque uisibiliter et tractabiliter adparentes, non quia indigebant, sed quia uolebant et poterant, ut hominibus congruerent sui ministerii quadam humanitate, fecerunt... Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest, certe fides Christiana de ipso Saluatore non dubitat, quod etiam post resurrectionem, iam quidem in spiritali carne, sed tamen uera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus auferetur ».

humanitate congruerent; in Christo autem fuit uera comestio ueritate naturalis speciei, fuit enim exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis; et etiam fuit uera ueritate significationis, quia significabat ueritatem humane nature in corpore resurgente.

Quod autem cibus conuertatur in corpus, est quiddam consequens comestionem, unde etiam in nobis si cibus non conuertatur, set statim per uomitum eiciatur, nichilominus uera fuit comestio que precessit. Non autem conueniebat ut in corpus Christi cibus conuerteretur, quod iam erat extra statum generationis et corruptionis ; unde cibus ille fuit uirtute Christi resolutus in preiacentem materiam, non autem in Christi corpus conuersus, et tamen fuit uera comestio absque aliqua fictione.

Vnde patet responsio ad obiecta.

<Questio 3>

Deinde quesitum est de angelis.

Et circa hoc quesita sunt tria : primo, utrum aliquo modo angelus sit causa anime rationalis; secundo, utrum angelus influat in animam humanam; tercio, utrum angelus malus, id est dyabolus, inhabitet substancialiter hominem in quolibet peccato mortali.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod angelus sit causa anime rationalis.

Quecunque enim parificantur in natura, ita tamen quod unum eorum est prius altero in ordine nature, id quod est prius est causa eius quod est posterius; set anima et angelus parificantur in natura : sunt enim homo et angelus *natura pares, officio* dispares; angelus tamen est prior in ordine nature quam anima humana, quia est simplicior; ergo angelus est causa anime rationalis.

Set contra. Anima rationalis educitur in esse per creationem; set creare, cum sit potencie infinite, est solius Dei; non ergo angelus potest esse causa anime rationalis.

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 42 est] non est Ψ (non *del. sec.m. C*^{b}) 44 non] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b}) 44-45 set — eiciatur] *om. As* 49-50 preiacentem *scr. cum AnFM*^{1}*M*^{3}, Φ^{2bp} *(cf. app. fontium)* : precedentem *cett* 50 Christi corpus] *inu.* Ψ 52 aliqua] alia Φ^1

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 8 peccato mortali] proportionali Ψ (*corr. sec.m. C*^{b}) 12 parificantur] qualificantur Φ (parificantur *rest. dett, Ed*^{2,4ss}) natura] anima Φ^1 (*cf. Préf., p.* 111*b) 13 prius] in plus Ψ (*corr. sec.m. C*^{b}) 14 id] + ipsorum Ψ 15-16 parificantur] qualificantur Φ *(corr. dett)* 17 natura] in natura Φ 18 prior] prius Φ 18 in] *om.* Ψ (de *suppl. M*^{7})

49-50 in preiacentem materiam : Vox est linguae Christianae, tam Graecae (προϋποκειμένη ὕλη ; cf. etiam προκειμένης ὕλης, Dionysius, *Cael. hier.*, XV, a Roberto Grosseteste transl. « praeiacente materia », *Dionysiaca*, II, 996, 1) quam Latinae : creatio non fit ex praeiacenti materia (Petrus Abaelardus, *In Hex.*, P.L. 178, 734 B ; Hugo de Sancto Victore, *De sacr.*, P.L., 176, 249 D ; Alanus de Insulis, *De planctu naturae*, VIII 205, ed. N. M. Häring, in *Studi medievali*, 19, 1978, p. 840) ; substantia panis et uini in Eucharistia resoluitur in praeiacentem materiam (Petrus Lombardus, *Sent.*, IV, d.11, c. 2, ed. Brady, p. 298, 6-7) ; ita secundum Thomam cibus ab angelis uel a Christo post resurrectionem comestus : *In II Sent.*, d.8, q.1, a.4, qla 1, ad 1 ; *C.G.*, IV 83 (t. XV, p. 265b3) ; *Comp. theol.*, I 238, u. 34 ; *I*^{a}, q.51, a.3, ad 5 ; *In Iohannis eu.*, XXI, lect. 2.

A.6 Parall. : *In II Sent.*, d.1, q.1, a.3, arg.1 et ad 1 ; d.18, q.2, a.2 ; *Quodl. IX*, q.5, a.1 [11] ; *I*^{a}, q.90, a.2 et 3 ; *De substantiis separatis*, c. 10 ; *In De causis*, prop. 3 (ed. Saffrey, p. 22,4-24,17) ; prop. 5 (p. 38, 1-20). — Quaestio orta est ex doctrina Platonis in Timaeo (41 A-D, a Calcidio transl., ed. Waszink, p. 35-36) et praesertim Neo-Platonicorum Latinorum, hi sunt : Macrobius, *In Somnium Scipionis*, I XIV 5-10 (ed. Willis, p. 56-57) ; *Liber de causis*, praesertim prop. 3 et 5 ; Auencebrol, *Fons uitae*, III 1-11 (ed. Baeumker, p. 73-103) ; Auicenna Latinus, *Liber de philosophia prima*, IX 4 (ed. Van Riet, p. 476-482) ; quorum doctrinam recitat et pie exponit Dominicus Gundissalinus, *De anima*, c. 5 (ed. Muckle, in *Mediaeval Studies*, 2, 1940, p. 49-51 ; expositionem Gundissalini correxit c. 1242 Albertus, *Summa de homine*, q.5, a.4 ; ed. Borgnet, t. 35, p. 82-83) ; quibus addi potest Algazel, *Metaphysica*, I V (ed. Muckle, p. 119-121). Complures Thomae editores referunt etiam ad Auerroem, *Destructio destructionum* : perperam, cum tempore Thomae hoc Auerrois opusculum nondum translatum esset. Errorem quem reprobat ipse Thomas attribuit Platoni (*In II Sent.*, d.1, q.1, a.3, arg.1 ; sed uerba quae adfert Thomas : « fenus quod credidistis, ad uos recipite » non sunt Platonis, sed interpolata sunt in translatione Calcidii, cf. ed. Waszink, p. 36, 12-13, cum adn. crit.) ; hunc errorem primo attribuit Thomas etiam *Libro de causis* (*In II Sent.*, d.1, q.1, a.3, arg.1 ; d.18, q.2, a.2, arg.1 et 5 et ad 1 et 5 ; *Q. de pot.*, q.3, a.4, arg.10-11 et ad 10-11), sed postea *Librum de causis* pie exponit (*I*^{a}, q.45, a.5 ; infra, u. 28 cum adn. ; *De substantiis separatis*, c. 10, 26-27 ; *In De causis*, prop. 3, p. 22) ; praecipuus ergo huius erroris auctor, secundum Thomam, fuit Auicenna (*In II Sent.*, d.18, q.2 ; a.2 ; *Q. de pot.*, q.3, a.4 ; *I*^{a}, q.45, a.5 ; *De substantiis separatis*, c. 10, u. 26). 12 parificantur : Verbum « parifico », iam saec. XII usitatum (cf. *Novum Glossarium Mediae Latinitatis*, P, col. 355-357), legit Thomas in Auicenna, *Liber de philosophia prima* (sexies) et in *Libro de causis*, prop. 2 (ed. Pattin, p. 51, u. 91), a Thoma laud. *In II Sent.*, d.2, q.1, a.1, arg.1 ; *I*^{a}, q.57, a.3, arg.2 (cf. *I*^{a}, q.46, a.2, ad 5, ubi uerbo « parificari » usus est Thomas ad sententiam exprimendam quam alio uerbo expresserat Boethius, *De cons. Phil.*, V 6, 38, ed. Bieler^2, CCSL 94, p. 103 « aequare »). 17 natura — dispares : Cf. ipse Thomas, *Q. de spir. creat.*, a.2, arg.11 : « Augustinus dicit quod anima et angelus sunt natura pares, officio dispares » ; paulo aliter Augustinus, *De libero arbitrio*, III XI 32 (CCSL 29, p. 294, 15-16) : « Animae sunt enim rationales, et illis superioribus officio quidem impares, sed natura pares ».

Responsio. Dicendum quod inpossibile est id quod per creationem producitur, ab alio causari quam a prima omnium causa.

Cuius ratio est, secundum Platonicos, quia quanto aliqua causa est superior, tanto eius causalitas ad plura se extendit; unde oportet ut in effectibus id quod ad plura se habet, ad superiorem causam referatur; manifestum est autem quod in ordine principiorum essencialium quanto aliqua forma est posterior, tanto est magis contracta et ad pauciora se extendit, quanto autem forma est prior et propinquior subiecto primo, tanto oportet quod ad plura se extendat; sequitur ergo quod forme posteriores sunt ab inferioribus agentibus, priores uero et communiores a superioribus; et sic relinquitur quod id quod est primum subsistens in unoquoque sit a prima omnium causa. Quelibet igitur alia causa preter primam, oportet quod agat presupposito subiecto, quod est effectus cause prime. Nulla igitur causa alia potest creare nisi prima causa que est Deus : nam creare est producere aliquid non presupposito subiecto. Quecunque igitur non possunt produci in esse nisi per creationem, a solo Dei causantur.

Hec autem sunt illa que, cum sint subsistencia, uel non sunt composita ex materia et forma, set sunt forme in suo esse subsistentes, sicut sunt angeli; uel sunt ea que, etsi sint composita ex materia et forma, tamen materia eorum non est in potencia nisi ad unam forman, sicut est in corporibus celestibus : utraque enim hec non producuntur absque productione primi substantis in eis. Possunt autem produci in actum absque productione primi subiecti tam composita ex materia et forma quorum materia est in potencia ad diuersas formas, et sic in eadem materia possunt sibi diuerse forme succedere, tam etiam forme que non sunt subsistentes in suo esse, que quidem non dicuntur esse quia ipse habeant esse, set quia subiecta habent aliqualiter esse secundum eas, unde nec ipse secundum se dicuntur fieri uel corrumpi, set in quantum subiecta fiunt entia in actu uel non entia secundum ipsas.

Anima autem rationalis est subsistens in suo esse, alioquin non posset habere operationem absque communione sue materie. Vnde relinquitur quod anima rationalis non possit produci in esse nisi per creationem. Et ita patet quod angelus nullo modo sit causa eius, set solus Deus.

Ad id uero quod in contrarium obicitur dicendum quod prima propositio inducta uidetur includere opposita : si enim anima et angelus parificantur in natura, angelus non est prior anima secundum ordinem nature, nisi dicantur parificari in natura quia conueniunt in natura, non quidem speciei, set generis.

Non autem oportet quod omnium que conueniunt in natura generis uel speciei, id quod est prius sit causa omnium aliorum. Et quidem in eadem specie non potest esse unum prius altero, proprie loquendo, ordine nature, quia species predicatur equaliter de omnibus *indiuiduis*, ut dicitur in III Methaphisice. In generibus autem non est sic : nam inter species unius generis una est naturaliter prior et perfectior altera. Est autem in indiuiduis unius speciei unum altero tempore prius; set, quamuis aliquod indiuiduum quod est prius tempore sit causa cuidam alii quod est posterius, ut pater est causa filii, sicut in obiciendo tangebatur, non tamen hoc est uniuersaliter uerum : non enim omnes antiquiores sunt causa omnium iuniorum. Similiter etiam contingit id quod est prius inter species eiusdem generis esse aliorum principium et causam, sicut motus localis aliorum motuum et binarius aliorum numerorum et triangulus aliarum figurarum rectilinearum, non tamen hoc est uniuersaliter uerum : non enim homo, qui est perfectissima

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 31 se habet] se extendit uel habet Ψ (uel habet *omissis* 30-31 unde — extendit N^b) 49 causantur] creantur *P, E, Du, Ed*^{3}, *Ed*^{10ss} 52 forme] + et Ψ 53 etsi *scr. (cum sec.m. Dl)* : si *codd, edd* 56 non] *om. Ed*^{8ss} *(praeter Ed*^{18}, *Ed*^{30}*)* 56-57 producuntur] producitur Ψ(-M^7 : -cuntur *sec.m.* C^b) 57 substantis] subsistentis *F, sec.m.* C^b, *Ed*^{19ss} 64 ipse] ipso Φ (ipsa *Ed*$^{2,4\text{-}29}$: ipsae *Ed*^{30}, *Ed*^{31ss}) 65 eas *scr. cum Ed*^{30}, *Ed*^{31ss} : ea *codd* 73 patet] *om.* Φ *(suppl. dett, Ed*^{10ss}*)* 78 in] *om.* Ψ 79 dicantur] dicuntur Φ^1 92 set *scr.* : et *codd, edd* 92 aliquod] ad Ψ *(corr. sec.m.* C^b*)* 95 hoc] *om.* Ψ 102 non] que Ψ(-M^7 : *corr. sec.m.* C^b)

28 secundum Platonicos : Cf. ipse Thomas, *In Dionisium De diu. nom.*, IV, lect. 2 : « secundum Platonicos... quanto aliqua causa est altior, tanto ad plura se extendit eius causalitas »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.45, a.3, ad 1 : « quanto aliqua uirtus est altior, tanto ad plura se extendit, ut habetur in Libro de causis ». Re uera hoc adagium in Libro de causis nusquam ad uerbum inuenitur, sed a Thoma saepius laudatum est, uelut : *In I Sent.*, prologus, q. unica, a.2; *In III Sent.*, d.34, q.3, a.1, sol.2; d.35, q.2, a.3, qla 2, arg.1; *In IV Sent.*, d.24, q.2, a.2; q.3, a.2, qla 1, s.c.1; *C.G.*, I 65 (t. XIII, p. 179b17-20); I 70 (p. 204a4-6); I 75 (p. 215b9-11); II 98 (p. 581b12-14); III 74 (t. XIV, p. 218b25-27); *I*^{a}, q.77, a.3, ad 4; *I*^{a} *II*^{ae}, q.2, a.5, arg.3; *Q. de malo*, q.16, a.5, ad 12; *De substantiis separatis*, c. 10, u. 104-105; *In De causis*, prop. 1 (ed. Saffrey, p. 8, 7-8). Ergo hic iam Librum de causis non reprobat Thomas ut assertorem erroris, sed laudat ut defensorem ueritatis. 88 in III Methaphisice : Cf. Ar., *Met.*, III, 999a12-13, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 50, 11-12) : « in indiuiduis uero non hoc est primum et illud posterius ».

species animalis, est causa actiua aliarum specierum. Vnde non oportet quod angelus sit causa factiua anime.

Procedit autem hec ratio secundum opinionem quorundam ponentium Deum agere per necessitatem nature, ut sic ab uno simplici non sit nisi unum inmediate, quod sit causa alterius, et sic usque ad ultima rerum. Nos autem ponimus Deum agere omnia per suam sapienciam per quam ordinem rerum disponit; et sic ab ipso diuersi gradus rerum inmediate per creationem producuntur.

<Q. 3, a. 2 [7]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod angelus non possit influere in animam humanam.

Duorum enim distantium unum non influit in alterum nisi per aliquod medium; set angelus et anima distant ad inuicem; cum igitur non sit dare aliquod medium per quod fiat influxus ab angelo in animam, uidetur quod angelus non possit influere in animam.

Set contra est quod, sicut Dionisius dicit VIII capitulo Celestis ierarchie, homines purgantur, illuminantur et perficiuntur ab angelis; set hoc non fit nisi per quendam influxum; ergo angelus potest influere in animam humanam.

Responsio. Dicendum quod unumquodque agens agit secundum modum sue nature, et ideo, ubi ignoratur modus nature rei, necesse est etiam ut modus actionis eius ignoratur. Modus autem nature angelice est nobis ignotus secundum quod in se est : non enim in hac uita scire possumus de eis quid sunt, set aliqualem cognitionem de eis habere possumus per similitudinem sensibilium rerum, ut Dionisius dicit, I et II capitulis Celestis ierarchie; unde et modum actionis ipsorum cognoscere non possumus nisi per similitudinem sensibilium agentium. Inuenimus autem in sensibilibus agentibus quod id quod est in actu, agit in id quod est in potencia, et quod oportet quod agens coniungatur pacienti secundum situm per corporalem contactum. Quanto autem natura intellectualis est superior, tanto est magis actualis, utpote Deo similior, qui est actus purus; unde superiores angeli possunt agere in inferiores angelos et in animas nostras, sicut id quod est in actu agit in id quod est in potencia; et huiusmodi actio dicitur influxus. Quod autem est in corporalibus situs, est in spiritualibus ordo : nam et situs est quidam ordo partium corporalium secundum locum. Et ideo ipse ordo substanciarum spiritualium ad inuicem sufficit ad hoc quod una influat in alteram, nec requiritur ibi medium corporale seu locale, quia huiusmodi actiones sunt supra locum et tempus, que in corporalibus sunt.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 111 ultima] ultimam Φ^{2b}, *Bx*^{1} 6 ad] ab *FM*^{7}, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{4ss} 7 fiat] fluat Φ (influat *Ed*^{4ss}; *cf. Préf., p.* 114*b) 10 est] *om.* Φ quod] *om. P*, Φ^{2b} sicut] *om.* Φ^{2b} 10 VIII] 4 *N*^{b}*C*^{b}*M*^{7}, *FV*^{1} *(cf. app. fontium)* 12 illuminantur] *om.* Ψ 23 rerum] *om.* Ψ dicit] + et Ψ 28 in^2] *om.* Ψ(- *C*^{b}) 38 et] *om.* Φ

108 quorundam : Cf. ipse Thomas, *In I Sent.*, d.43, q.2, a.1 ; *C.G.*, II 23 ; *Q. de pot.*, q.1, a.5 ; *I*^{a}, q.25, a.5 : Maimonides, *Dux perplexorum*, in latinum transl., II XX (ed. Parisiis 1520, f. 50v-51r; in arabico, c. XIX) scripserat : « Aristotiles quidem credit quod hoc uniuersum esse, manat (? emanat) a Creatore de necessitate... Sed secundum nostram opinionem... (omnia) creata sunt per electionem, non ex necessitate essendi vnum ex alio »; attamen Aristoteli attribuit Maimonides emanatismum Auicennae (cf. II XXIII, f. 53v), quod non facit Thomas; unde et hunc errorem non nisi Auicennae attribuisse uidetur.

A.7 Parall. : *In II Sent.*, d.9, q.un., a.2 ; *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10] ; *Q. de uer.*, q.11, a.3 ; q.22, a.9, arg.4-5 et ad 4-5 ; *C.G.*, III 92 ; *I*^{a}, q.106, a.1 ; a.2, arg.1 et ad 1 ; q.111, a.1 ; *Q. de malo*, q.16, a.12. 3 influere : Cf. *Liber de causis*, prop. 4 (ed. Pattin, p. 56, § 48) : « Et intelligentiae primae influunt super intelligentias secundas bonitates quas recipiunt a causa prima... » ; prop. 4 [5] (p. 58, § 53) : « Et animae superiores influunt bonitates, quas recipiunt ab intelligentia, super animas inferiores ». 10 Dionisius : Cf. Dionysius, *Cael. hier.*, VIII, § 1 (*Dionysiaca*, II, p. 877,3 - 878), a Thoma clare et breuiter contractus, *I*^{a}, q.106, a.1, s.c. : « angeli secunde ierarchie purgantur et illuminantur et perficiuntur per angelos prime ierarchie » (cf. *Q. de uer.*, q.22, a.9, arg.5 ; sed *II*^{a} *II*^{ae}, q.181, a.4, refert Thomas ad c. VII, § 3, *Dionysiaca*, II, 857, 4) ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.112, a.1, arg.3 : « secundum Dionisium in libro Celestis ierarchie, angeli purgant et illuminant et perficiunt et angelos inferiores *et etiam homines* » ; ad homines actionem angelorum extenditur c. VIII, § 2 (*Dionysiaca*, II, 880-891), sed praesertim c. IV, § 2-4 (*Dionysiaca*, II, 806-820), secundum Thomam, *I*^{a}, q.111, a.1, s.c. : « Dionisius probat in IV capitulo Celestis ierarchie quod reuelationes diuinorum peruenient *ad homines* mediantibus angelis ». 23-24 Dionisius... ierarchie : c. I, § 3 (*Dionysiaca*, II, p. 737-739) et II, per totum (p. 740-784). 29-30 agens — contactum : Cf. supra, *Quodl. II*, q.7, a.1 [13], u. 14-15, cum adn. 35-36 et — influxus : Imaginem obscuram « fluxus » (aquae uel luminis) a fonte, ad notionem intellectualem claram reduxit Thomas. 36-37 Quod — ordo : Cf. supra, *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10], u. 105, cum adn. 38-39 situs — locum : Cf. Anonymus, *Liber sex principiorum*, VI 60 (A.L., I 6-7, p. 48, 14-15) : « Positio uero est quidam situs partium et generationis ordinatio... » ; Albertus, *Phys.*, III 1 2 (ed. Col., IV 1, p. 148, u. 71-77) : « Quidam dicunt similiter esse in situ quoad partium ordinationem in loco... » ; *Praed.*, VI 2 (ed. Borgnet, t. I, p. 272) : « situm esse, hoc est positum esse secundum ordinem partium ad inuicem et in toto et in loco totius et partium » ; *Liber de sex principiis*, IV 1 (ibid., p. 353) : « situs dicit ordinationem partium quantitatis... per prius (dicit) ordinationem partium in loco ».

<a. 3 [8]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod dyabolus semper substancialiter inhabitet hominem quandocunque peccat mortaliter.

Culpa enim mortalis opponitur gracie; set Spiritus sanctus semper inhabitat hominem cum gracia, secundum illud, I ad Corinthios III : *Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in uobis*; ergo etiam spiritus inmundus semper inhabitat hominem cum culpa mortali.

Set contra est quod dyabolus per peccatum inhabitat hominem per suum effectum; set non omne peccatum mortale est a dyabolo, set quandoque a carne et mundo; ergo dyabolus non semper inhabitat hominem cum culpa mortali.

Responsio. Dicendum quod dyabolum inhabitare hominem potest intelligi dupliciter : uno modo quantum ad animam, alio modo quantum ad corpus.

Quantum ad animam quidem non potest dyabolus inhabitare hominen substancialiter, quia solus Deus illabitur menti, nec ita dyabolus causat culpam sicut Spiritus graciam : Spiritus enim sanctus interius operatur, set dyabolus exterius suggerit uel quantum ad sensum uel quantum ad ymaginationem. Dicitur tamen inhabitare affectum hominis per effectum malicie, non solum quando ex eius suggestione peccatum perpetratur, set etiam per quodcunque peccatum mortale, quia ex quolibet peccato mortali homo seruituti dyaboli addicitur.

Set quantum ad corpus dyabolus potest hominem substancialiter inhabitare, sicut patet in arrepticiis. Set hoc magis pertinet ad rationem pene quam ad rationem culpe. Pene autem corporales huius uite non semper consecuntur culpam eius qui punitur, set quandoque peccantibus non inferuntur et quandoque non peccantibus inferuntur, ut dicitur Iohannis IX de ceco nato, et hoc est secundum altitudinem incomprehensibilium iudiciorum Dei. Vnde non cum qualibet culpa mortali dyabolus inhabitat hominem substancialiter, etiam quantum ad corpus.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 4>

Deinde quesitum est de hominibus; et primo quesita sunt quedam pertinencia ad quosdam homines excellentioris status, scilicet ad doctores et religiosos; secundo quedam pertinencia ad homines inferioris status, scilicet laicos; tercio quedam pertinencia communiter ad omnes homines.

De doctoribus sacre scripture quesita sunt duo : primo, utrum liceat quod aliquis pro se petat licenciam in theologia docendi; secundo, utrum auditores diuersorum magistrorum theologie habentium contrarias opiniones excusentur a peccato, si sequantur falsas opiniones magistrorum suorum.

<a. 1 [9]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod nemini liceat pro se petere licenciam in theologia docendi.

<1> Doctores enim sacre scripture adhiben-

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 6 semper inhabitat] *inu.* Ψ(- *C*^{b}*Sm)* 23 Spiritus] + sanctus *AnF, Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{2,4ss} 26-27 affectus] effectus Φ^1 30 quolibet] quocunque *As, Du, Ed*^{10,12,13,15ss} : quolibetcunque *EV*^{4}, *Ed*$^{2,4\text{-}8,9,11,14}$ 37 eius qui punitur] *om.* Φ *(cf. Préf., p.* 114*b)

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 20 enim] *om.* Φ *(suppl. dett)*

A.8 Parall. : *In II Sent.*, d.8, a.5; *C.G.*, III 88; *I*^{a}, q.114, a.3; *Q. de malo*, q.3, a.3-5; q.16, a.12; *I*^{a} *II*^{ae}, q.80, a.1-4; *In Iohannis eu.*, XIII, lect. 1. — Quaestionem iam tractauerat Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d.8, c. 4 (ed. Brady, p. 369-370), unde eius commentatores, uelut Albertus, *In II Sent.*, d.8 E, a.6-10 (ed. Borgnet, t. 27, p. 179-186). 7 I ad Corinthios III : 16. 12 per suum effectum : Cf. Petrus Lombardus, *Sent.*, d.8, c. 4 (ed. Brady, p. 369, 18; p. 370, 14) : «propter malitiae effectum». 12-14 non — mundo : Cf. Gennadius, *Diffinitio ecclesiasticorum dogmatum*, c. 49 (P.L., 42, 1221) : «Non omnes male cogitationes nostre semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt», a Thoma laud. *I*^{a}, q.114, a.3, s.c.; *Q. de malo*, q.3, a.5, s.c.; *I*^{a} *II*^{ae}, q.80, a.4, s.c. (perperam referunt edd. ad P.L. 58, 999 : hic enim edita est Ps.-Gennadii recensio altera, quae inter capitula 21 et 22 Gennadii 30 capitula, et inter c. 29 et 30 iterum 3 capitula, in toto 33 capitula addit, quae nunquam laudat Thomas). 20-22 non — menti : Cf. Gennadius, *Diffinitio ecclesiasticorum dogmatum*, c. 50 (P.L., 42, 1221), a Petro Lombardo laud., *Sent.*, II d.8, c. 4 (ed. Brady, p. 369, 25-29) : «De hoc autem Gennadius in Definitionibus ecclesiasticorum dogmatum ait : Daemones per inergiam (operationem) non credimus substantialiter illabi animae, sed applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit, qui natura subsistens incorporeus, capabilis est suae facturae»; sub nomine Augustini laud. ab Alberto, *Summa de IV coequeuis*, tr. IV, q.69 (ed. Borgnet, t. 34, p. 697b), a Thoma *Q. de uer.*, q.28, a.2, arg.8 (sine auctoris nomine *Q. de uer.*, q.8, a.7, u. 26; *III*^{a}, q.8, a.8, ad 1). 39 Iohannis IX : 1-3.

tur ministerio uerbi Dei, sicut et prelati; set non licet alicui petere prelationem, immo, ut Gregorius dicit in Registro, recusantibus dignitates ecclesiastice sunt conferende, petentibus autem sunt denegande; ergo neque alicui licet petere cathedram magistralem ad docendum in sacra Scriptura.

<2> Preterea. Augustinus dicit, XIX De ciuitate Dei : *Locus superior, sine quo populus regi non potest, etsi... administretur ut decet*, inconuenienter *tamen appetitur*; ergo et inconuenienter petitur; pari ergo ratione cathedra magistralis, que est etiam locus superior.

Set contra est quod Gregorius dicit in Pastorali, quod gradus magistrorum est periculosus, gradus autem discipulorum est securus; set hoc uidetur ad perfectionem pertinere ut aliquis propter aliquod bonum periculis se exponat; ergo uidetur esse laudabile quod aliquis cathedram magistralem appetat et pro se petat.

Responsio. Dicendum quod ad euidenciam huius questionis oportet triplicem differenciam considerare cathedre magistralis ad cathedram pontificalem. Quarum prima est quod ille qui accipit cathedram magistralem non accipit aliquam eminenciam quam prius non habuerat, set solum oportunitatem communicandi scienciam quam prius habebat : non enim ille qui licenciat aliquem dat ei scienciam, set auctoritatem docendi; ille uero qui accipit cathedram episcopalem, accipit eminenciam potestatis quam prius non habebat, set quantum ad hoc in nullo ab aliis differebat. — Secunda differencia est quod eminencia sciencie que requiritur ad cathedram magistralem, est perfectio hominis secundum se ipsum; eminencia uero potestatis que pertinet ad cathedram pontificalem, est hominis per comparationem ad alium. — Tercia differencia est quod ad cathedram pontificalem fit homo ydoneus per caritatem excellentem, unde Dominus, ante quam Petro suarum ouium curam committeret, quesiuit ab eo : *Symon Iohannis diligis me plus hiis?*, ut dicitur Iohannis ultimo; ad cathedram autem magistralem redditur homo ydoneus ex sufficiencia sciencie.

Hiis igitur consideratis, manifestum est quod appetere aliquid quod pertinet ad perfectionem sui ipsius, est laudabile, unde appetitus sapiencie est laudabilis : dicitur enim Sapiencie VI quod *concupisciencia sapiencie perducit ad regnum perpetuum*. Appetitus autem potestatis super alios est uiciosus, quia, ut Gregorius dicit : *Contra naturam*

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 23 dicit] *om.* Φ^1*(-As)* 35 periculosus] + gradus Ψ*(-M*^{7}*)* 40 pro se petat] per se petat *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLi* : per se pectat *N*^{b} : perspectat *M*^{7} 48 habebat Ψ, *nec non AsP*^{7}, *Lo*^{1}*M*^{2}*M*^{5}*Kn P*^{2}*P*^{3}, *LoV*^{5}, *ArPr*, *Nb*, *BuKr*^{2}*Kr*^{7} : non habebat Φ *(cett). Cf. infra u.* 81, *nec non Nicolaus in app. fontium* 53 differencia] ratio Ψ*(-FV*^{1} : differencia *rest. sec.m. C*^{b}) 57-59 est — pontificalem] *hom.om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}) 68 sapiencie] sciencie Ψ 70 perpetuum] eternum Ψ

A.9 Parall. : *In ep. ad Tim.*, III, lect.1 ; *Quodl. II*, q.6, a.1 [11] ; *De perfectione spir. uite*, c. 22 ; *Quodl. V*, q.11, a.2 [22] ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.185, a.1 ; *Quodl. XII*, q.10, a.3 [17]. — Hunc Thomae articulum erroneum duxit Nicolaus Lexouiensis (Ms. Paris Sorb. 228, f. 316vb ; ed. Glorieux, *Une offensive*... [cf. supra adn. ad initium articuli 2], p. 126) : « In illa questione quam determinauit, utrum liceat alicui per se petere licenciam docendi in theologia, illud michi uidetur erroneum quod determinat magisterium esse appetendum et procurandum, contra quod disputatur libro nostro, III, c. XII » ; Id., *De perfectione et excellencia status clericorum*, lib. III, c. XII (Ms. Paris Sorb. 228, f. 295va-vb) : « Hinc Crisostomus ait libro III <c. X> Dyalogi ipsius et Basilii [cf. infra, adn. ad a.17, u. 5] : *Quisque id precipue considerare debet, ne aliqua ipsius officii cupiditate teneatur. Nam, si ad istum honorem accesserit cum passionis desiderio, maiorem cupiditatis sue flammam ipsa eius adeptione succendet, agens omnia videlicet quibus possit honoris illius securam sibi facere possessionem, per que mala pacietur innumera* [cf. P.G., 48, 647 ; SC 272, 166-168 ; *transl.* Ms. Paris B.N. lat. 15287, f. 234vb ; ed., f. 27v-28r]. — Perniciosa quippe, inquid, est auiditas non operis sed honoris. Nec enim contra veritatem dicere auderemus, sicut quidam in scolis suis puplice diffiniuit, quod magisterium sit appetendum et procurandum, et quod honor non sit. Contra manifestissimam sententiam ueritatis qua Dominus, Mathei XXIII <8> ait : *Nolite uocari rabbi*, in quo appetitum inhibet magisterii. Vnde sequitur : *Ne vocemini magistri*, Glosa : *non appetatis vocari*. Nam, ut Crisostomus super Matheum ait : *Quicunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo* [Ps.-Chrysostomus, *Opus imperf.*, hom. 35, P.G., 56, 830]. Non est igitur magisterium appetendum. Et ideo saltem pudeat procurare, quod non pudet cupere. Si magisterium honor non est, ut quid supra discipulos sedes eminenciores habent magistri? ... Suas igitur distinctiones friuolas et callide adinuentas, cupientibus magisterium relinquamus, dicentibus quod aliqua preeminencia non confertur in magisterio, sed tantum *oportunitas communicandi scienciam quam* quis ante *habebat*, hoc scientes quod honorum cupidi pro magisterio non contenderent, nisi magisterium etiam apud eorum consciencias honor esset, nec in eius procuratione ita improbe insisterent aut consumerent vires suas. Nobis autem, ut docuit Iohannes Crisostomus in libro III Dyalogi, c. XI [Ms., f. 235ra ; ed., f. 28r] *hanc cupiditatem omni labore, omni cura oportet ab animo segregare* ». 22-23 Gregorius... in Registro : VII 5 (CCSL 140, p. 448, 11-12), ad sensum : « sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus », laud. a Gratiano, *Decr.*, Causa VIII, q.1, c. 9 (Friedberg, I 592). 28-29 Augustinus... XIX De ciuitate Dei : Cf. supra, *Quodl. II*, q.6, a.1 [11], u. 28, cum adn. 34-35 Gregorius... in Pastorali : Immo Augustinus, *Sermones de uetere Testamento*, Sermo 23 (CCSL 41, p. 309, 16-17) : « Periculosum ergo magisterium, discipulatus securus est ». 63 Iohannis ultimo : XXI 15. 69 Sapiencie VI : 21 (*Biblia sacra*, t. XII, p. 44) : « Concupiscentia itaque sapientiae deducet ad regnum perpetuum » (pro uar. « perducit », cf. *Vetus Latina*, t. XI 1, p. 357). 72 Gregorius : *Moralia*, XXI XV 23 (CCSL 143 A, p. 1082, 28-37) : « contra naturam superbire est, ab aequali uelle timeri... In eo enim quod metum sibi a peruerse uiuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur » ; Albertus, *In IV Sent.*, d.36 A, a.1 (XXX, p. 368b) : « Dicit Gregorius quod contra naturam superbire est *hominem homini* preesse uelle » ; Thomas, *In IV Sent.*, d.36, q.1, a.1, arg.2 : « sicut dicit Gregorius : Contra naturam est hominem homini uelle dominari ».

superbire est, hominem homini *uelle* dominari. Vnde, si ille qui dat licenciam ad cathedram magistralem posset eminenciam sapiencie dare, sicut ille qui promouet ad cathedram pontificalem dat eminenciam potestatis, esset simpliciter exposcenda, cum tamen petere excellenciam potestatis sit turpe. Cum autem ille qui accipit licenciam ad cathedram magistralem accipiat solam oportunitatem communicandi quod habet, petere huiusmodi licenciam, quantum est in se, nullam uidetur turpitudinem continere, quia communicare aliis scienciam quam quis habet laudabile est et ad caritatem pertinens, secundum illud Sapiencie VIII : *Quam sine fictione didici et sine inuidia communico*; et prima Petri IV, dicitur : *Vnusquisque, sicut accepit graciam, in alterutrum illam administrantes.*

Potest tamen turpitudinem continere ratione presumptionis, que esset si ille qui non est ydoneus ad docendum peteret docendi officium. Set hec presumptio non equaliter est in petentibus licenciam ad docendum et in petentibus pontificatum : nam scienciam, per quam aliquis est ydoneus ad docendum, potest aliquis scire per certitudinem se habere; caritatem autem, per quam aliquis est ydoneus ad officium pastorale, non potest aliquis per certitudinem scire se habere. Et ideo semper est uitiosum pontificatum petere, non semper autem uitiosum petere licenciam docendi, quamuis honestius sit quod per alium petatur, nisi forte aliquando ex causa aliqua speciali.

Per hoc ergo patet responsio ad primas duas rationes.

Ad tercium dicendum quod quicunque non cauet pericula, uidetur contempnere id cuius detrimentum pericula inducere possunt; et quia laudabile est quod homo contempnat bona corporalia propter bona spiritualia, laudabile est quod aliquis periculis corporalibus se exponat propter spiritualia bona; set contempnere spiritualia bona est ualde uitiosum, et ideo quod aliquis periculis spiritualibus se exponat, est ualde uituperandum. Inminent autem pericula spiritualia hiis qui habent magisterii locum; set pericula magisterii cathedre pastoralis homo uitat <per> scienciam cum caritate, quam homo nescit se per certitudinem habere; pericula autem magisterii cathedre magistralis uitat homo per scienciam, quam potest homo scire se habere. Vnde non est similis ratio de utroque.

<Q. 4, a. 2 [10]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod auditores diuersorum magistrorum tenentium diuersas opiniones, excusentur a peccato erroris si opiniones magistrorum suorum sequantur.

Dicit enim Dominus, Mathei XXIII : *Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei*; *omnia* que dicunt *uobis seruate et facite*; multo igitur magis seruanda sunt illa que traduntur a doctoribus sacre scripture; igitur non peccant qui eorum opiniones sequntur.

Set contra est quod dicitur Mathei XV : *Cecus si ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt*; set quicunque errat, cecus est, in quantum errat; ergo quicunque sequitur opinionem errantis magistri, in foueam peccati cadit.

Responsio. Dicendum quod diuerse opiniones doctorum sacre scripture, si quidem non pertineant ad fidem et bonos mores, absque periculo auditores utramque opinionem sequi possunt;

Φ (pecia 4) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 75 posset *scr. (cum E, AnM*^{1}*M*^{3}*, sec.m. P*^{1}*, Ed*^{20}*)* : possit *codd (cett)* 81 habet] licet *Ed*^{8ss} 86 VIII *codd, edd (praeter Ed*^{36}*, quae corr.* VII) 87 communico] communica Ψ (communicaui *M*^{7}) 89 administrantes] administratur Φ^1 93 est] *om.* Ψ

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*)* 98-99 ad — habere *Incipit pecia 5*^{a} *in* Φ 101 uitiosum] + est *Ed*^{2,4ss} 115 ualde] *om.* Ψ 117-122 set — habere *Cf. Préf., p.* 116*b-117*a 118 homo *scr.* : h' (= hoc) Φ^1 : non (nō *pro* hō *?*) Φ^{2b} : *om.* Ψ 118 uitat] deuitat Φ^{2b} (*?* coniurat *P*^{9}) : intrat *?N*^{b} 119 <per> scienciam *scr. (cum Wb, F)* : sciencia Φ : scienciam Ψ 119 cum] de Φ^{2b} *(om. primo, suppl. pr.m. P*^{1} : certe *? P*^{9}*)* 121 uitat *scr. cum As, E, dett, Ed*^{2,4ss} : euitat *P*, Ψ : *lac. 2 litt.* + uitat *O : obsc.* Φ^{2b} (deuitent *Ba : om. Ba*^{1} : uitat *E* : itat *V*^{4} : deuitat *P*^{1}*P*^{9})

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 5 magistrorum suorum] *inu.* Ψ(- *N*^{b}*Bx*^{1}) 6 Dominus] dyonisius Ψ (dionisius *C*^{b} : dignus [dig^9 *pro* dio^9] *Bx*^{1}*Li*) 9 illa] *om.* Ψ

86 Sapiencie VIII : Immo VII 13. 87 prima Petri IV : 10. 95-99 nam — habere : Cf. Thomas, *In I Sent.*, d.17, q.1, a.4; *In III Sent.*, d.23, q.1, a.2, ad 1; *Q. de uer.*, q.10, a.10; *In ep. II ad Cor.*, XII, lect. 1; XIII, lect. 2; *I*^{a} *II*^{ae}, q.112, a.5.

A.10 De peccato erroris apud Thomam, cf. Th. Deman, in *Bulletin thomiste*, t. II (mars 1929), p. 480-490. 6 Mathei XXIII : 2 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 136) : « super cathedram mosi sederunt scribae et pharisaei omnia ergo quaecumque dixerint uobis seruate et facite ». 12 Mathei XV : 14.

hic enim habet locum quod Apostolus dicit, Romanorum XIV : *Vnusquisque in suo sensu habundet.*

In hiis uero que pertinent ad fidem et bonos mores, nullus excusatur si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri : in talibus enim ignorancia non excusat, alioquin inmunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionem Arrii, Nestorii et aliorum heresiarcharum. Nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditor, si in talibus erroneam opinionem sequatur : in rebus enim dubiis non est de facili prestandus assensus, quin immo, ut Augustinus dicit in libro III De doctrina christiana, consulere debet quis *regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis et ecclesie auctoritate percepit.* Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium siue contra id quod publice tenetur secundum ecclesie auctoritatem, non potest ab erroris uitio excusari.

Ad illud ergo quod in contrarium obicitur, dicendum quod ideo premisit : *Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei*, ut quod postea subdit : *Omnia* que *dixerint uobis seruate et facite*, de illis intelligatur que ad cathedram pertinent, ad quam non pertinent ea que sunt contra fidem uel bonos mores.

<Questio 5>

Deinde quesitum est de hiis que pertinent ad religiosos ; et primo quantum ad ingressum religionis ; secundo quantum ad ea que conueniunt iam in religione existentibus.

Circa primum quesita sunt quatuor : primo, utrum liceat iuuenes inducere ad religionis ingressum per obligationem uoti uel iuramenti ; secundo, utrum sic obligati uoto uel iuramento possint absque peccato in seculo remanere ; tercio, utrum liceat peccatores ad religionem inducere ; quarto, utrum peccent qui aliquem iurare faciunt ne religionem ingrediatur.

<a. 1 [11]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non liceat iuuenes inducere ad religionem uoto uel iuramento.

<1> Illicitum enim est contra ecclesie prohi-

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}, *P*^{1}*P*^{9}*)* ; Ψ *(N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 21 hic] tunc *Ed*^{2,4ss} 27-28 fuissent a peccato *tr.* Ψ (fuissent *om. M*^{7}) 28 opinionem] opiniones *Ed*^{32ss} 30-31 auditor] auditorum *As*, Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}), *?C*^{b}, *M*^{7} (auditor *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{2,4} : auditorum *Ed*^{5ss}) 33 libro] *om.* Ψ 34 quis] aliquis Ψ 38 siue] + enim *AsO, Ba*^{1}*EV*^{4} : + etiam *M*^{1}*M*^{3} 43 postea] postquam Ψ 44 dixerint] dixerunt *AsO*, Φ^{2b}(- *BaP*^{9}), *LiM*^{7}*Sm* 10-11 tercio] et tercio Ψ(- *N*^{b})

22 Romanorum XIV : 5. 26-27 in talibus ... ignorancia non excusat : Cf. O. Lottin, *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. II 2, Louvain 1949, p. 9-51, praecipue p. 44-46. 33-34 Augustinus ... in libro III De doctrina christiana : II 2, u. 3-6 (CCSL 32, p. 78) : « Cum ergo adhibita intentio incertum esse peruiderit, quomodo distinguendum aut quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis et ecclesiae auctoritate percepit ... ». 42-44 premisit ... subdit : Cf. supra, u. 6, cum adn.

Questio 5 : In codicibus *O, BaP*^{1} rubricatores, qui singulis fere quaestionibus et articulis titulos addiderunt, hanc quaestionem intitulant : « Questio de ingressu religionis ». In codice *V*^{1} (Vat. lat. 779), scriptum legimus in mg. sup. f. 4r, non manu ipsius codicis scriptoris, sed manu cuiusdam uiri docti saeculi XIV (forsitan fratris Rostagni Fabiani, O.P., qui, post alium, codicem ad usum habuit) : « Ista que secuntur disputata fuerunt specialiter contra geroldum » (cf. similis adn. ad *Quodl. IV*, q.12, a.1 [23]). — Quaestionem « De ingressu religionis » bis saltem tractauerat Geraldus. Primo, c. 1267, in questione addita suo Quodlibet VII (XI), q.23 : « utrum religiosus sine peccato mortali possit inducere iuuenem non petentem habitum religionis ad hoc quod promittat, fide prestita corporali, se sub certo termino religionem intraturum ? », ubi de casu singulari agit Geraldus, utrum confessor religiosus possit iuueni denegare absolutionem sacramentalem nisi promiserit se religionem intrare (Mss Paris B.N. lat. 16405, f. 69va-vb ; Vat. lat. 1015, f. 84rb-va). Postea quaestionem in communi tractauit Geraldus in duabus questionibus quas edidit S. Clasen, O.F.M., *Die « Duplex quaestio » des Gerhard von Abbeville über den Ordenseintritt Jugendlicher*, in *Antonianum*, 22 (1947), p. 177-200 (cuius tamen editionis menda corrigenda sunt ex codice Paris B.N. lat. 16297, f. 165va-166vb) : « Primo queritur utrum licitum sit confessoribus religiosis pueros inducere et astringere fide et iuramento ad ingressum religionis. Secundo utrum post uotum emissum statim sint compellendi ad intrandum » (ed. Clasen, p. 194). Cum has quaestiones circa initium mensis februarii 1270 determinauerit Geraldus, statim, in dominica Sexagesimae (die 16^a februarii 1270), contra eum praedicauit Thomas, in suo sermone *Exiit qui seminat* (ed. Th. Käppeli, in *Arch. Fr. Praed.*, 13, 1943, p. 75-88). Paulo post, circa finem mensis Martii 1270 (cf. I. Brady, in *Arch. Francis. Hist.*, 62, 1969, p. 687-689) contra Geraldum disputauit Iohannes Pecham suam quaestionem *De pueris oblatis in ordine Minorum* (ed. L. Oliger, in *Arch. Francis. Hist.*, 8, 1915, p. 389-447 ; Iohannem contra Geraldum disputauisse probauit S. Clasen, *loc. laud.*, p. 180-183), ad quam ut « nuper » habitam Iohannes remittit in suo *Quodlibet I*, quod disputauit in Quadragesima 1270 (ed. G. J. Etzkorn, p. 52). In eadem Quadragesima 1270 (ante diem Paschae, 13^a Aprilis 1270) disputauit Thomas suum *Quodlibet III*, cuius questionem 5 scripsit dum in manibus habebat *Duplicem questionem* Geraldi et *Questionem de pueris oblatis* Iohannis Pecham.

A.11 Parall. : *Contra doctrinam retrahentium ; Quodl. IV*, q.12, a.1 [23] ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.9 ; q.189, a.2. — Quaestionem bis posuerat et triplici negatione bis resoluerat Geraldus : *Quodl. VII*, q.23 : « neque licet, neque decet, neque expedit » (Paris B.N. lat. 16405, f. 69va ; Vat. lat. 1015, f. 84rb) ; *Duplex questio* (ed. Clasen, p. 195, 4) : « Dic quod non, quia non licet, non decet, non expedit ». Ad quem triplici affirmatione responderat Iohannes Pecham : « Licet, inquam, decet et expedit » (ed. Oliger, p. 422). Hanc triplicem diuisionem seruat Thomas in arguendo (non licet, arg.1-3 ; non decet, arg.4-5 ; non expedit, arg.6-7). 18-23 Illicitum — presumunt : Cf. Geraldus de

bitionem agere ; set Innocentius IV prohibuit, in quibusdam litteris ad religiosos directis, huiusmodi uoti susceptionem ; ergo peccant qui uoto uel iuramento aliquos ad religionem obligare presumunt.

<2> Preterea. Extra. *De regularibus et transeuntibus ad religionem*, c. 1, dicitur : *Nullus tondeatur nisi legitima etate et spontanea uoluntate* ; set quando adolescentes obligati uoto uel iuramento ad religionem suscipiuntur, tonsorantur non in legitima etate neque propria uoluntate, set necessitate obligationis uoti uel iuramenti ; ergo hoc uidetur esse illicitum.

<3> Preterea. Magis est necessarium ut aliqui adducantur ad fidem christianam quam ad aliquam religionem ; set ad fidem christianam non sunt aliqui inducendi necessitate, set uoluntate : dicitur XLV d., c. *De Iudeis*, quod *non ui, set libera* animi *uoluntate et facultate ut conuertantur suadendi sunt* ; ergo multo minus imponenda est necessitas uoti uel iuramenti ut aliqui ad religionem adducantur.

<4> Item. Hoc esse uidetur contra *honestatem religionis*. Adolescentum enim *sicut facilis* est *ingressus* ad religionem, *ita* etiam *facilis est egressus* ; set ex hoc religio dehonestari uidetur quod de facili recipiant eos qui de facili exeunt ; ergo inconueniens uidetur adolescentes ad religionem recipere.

<5> Preterea. Non sunt facienda bona ut ueniant mala ; set ex isto bono quod iuuenes inducuntur ad religionem, secuntur *multa mala*, quia apostatant et illegitimas nupcias *contrahunt* et multa alia illicita committunt ; ergo non sunt ad religionem aduocandi.

<6> Preterea. Mathei XXIII dicit Dominus : *Ve uobis scribe et pharisei, qui circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselitum, et cum fuerit factus, facitis eum filium iehenne duplo quam uos* ; quod proposito uidetur competere : efficiuntur enim sic intrantes iehenne filii dupliciter, primo quidem quia male intrant, scilicet contra prohibitionem Ecclesie, secundo etiam quia male exeunt apostatando ; ergo qui eos inducunt, ue diuine maledictionis incurrunt.

<7> Item. Hoc uidetur esse contra necessitatem *probationis*. Dicitur enim prima Iohannis IV :

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 26 etate] uoluntate Ψ 27 quando] quandoque *V*^{4}*P*^{1} 28 suscipiuntur] + et *Ba*^{1}*EV*^{4} *(cf. Préf., p.* 116*a) in] *om. AsP, P*^{9}*, Li* 30 uoti] *om.* Ψ 35 inducendi] adducendi Ψ 45 recipiant] recipiunt Ψ *(hom.om. Li)* 46 adolescentes] -tem Ψ *(hom.om. Li)* 47 recipere] suscipere Ψ 56 facitis] fatetis *N*^{b} : facietis *pr.m. C*^{b}, *DuSm* : faciens *M*^{7} : faciatis *Bx*^{1}*Li* 60 scilicet] *om.* Ψ 61 etiam quia] *inu. O*, Φ^{2b} (etiam *om. P*^{9}) : quia... etiam (*post* male) *Bx*^{1} 62 ue] uim *Ba*^{1}*EV*^{4} (*corr. sec.m. V*^{4})

Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 195, 17-20) : « Non licet propter auctoritatem prohibitionis, cum dominus Innocentius IV expresse prohibuerit religiosis ne quemquam reciperent nisi examinarentur per annum, et, si ante profiterentur, illud decreuit irritum et inane » ; Iohannes Pecham, *De pueris oblatis*, arg.1 (ed. Oliger, p. 414). — Cf. infra, ad 1, u. 163, cum adn. 24-26 Extra. — uoluntate : *Decretales*, lib. III, tit. XXXI, c. 1 (ed. Friedberg, t. II, 569, cum adn. 2). 34-38 set — sunt : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 195, 25-28) : « Cum etiam Iudei non sint ad fidem compellendi siue dolo inducendi, XLV d., *De Iudeis*, quia *cuius Deus uult miseretur et quem uult indurat*, Romanorum IX, *set libera arbitrii uoluntate et facultate conuertantur*, sicut dicitur ibidem » ; Iohannes Pecham, *De pueris oblatis*, arg.35 (ed. Oliger, p. 419). — *Decretum*, I Pars, d.XLV, c. 5 (Friedberg, I 161-162) : « De Iudeis autem precepit sancta sinodus [Tolletana IV], nemini deinceps uim ad credendum inferre : Cui enim uult Deus miseretur et quem uult indurat... Ergo non ui, sed libera arbitrii facultate (+ et uoluntate *adn. 72*) ut conuertantur suadendi sunt, non potius impellendi ». — Thomas, *Contra doctr. retrahentium*, c. 11, 29-46 ; *II*^{a} *II*^{a}, q.189, a.2, arg.2 41-47 Hoc — recipere : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 195, 29-30, et 196, 6-7) : « Secundo non decet propter honestatem religionis, honestas enim est religionis ut talibus facilis non tribuatur ingressus... Et sicut facilis tribuitur ingressus, ita frequenter facilis est egressus » ; Iohannes Pecham, *De pueris oblatis* (ed. Oliger, p. 425) : « Amplius, qui dicunt quod non decet, rationem assignant quod non decet propter religionis honestatem ». 48-50 Non — mala : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 196, 7-11) : « Vnde honestas religionis requirit quod talibus facilis non tribuatur ingressus, set potius difficilis aditus vt magnitudo et multitudo periculorum a viris religiosis honeste et circumspecte precaueatur, quia non sunt facienda mala vt ueniant bona, sicut dicit Apostolus » (*ad Rom.*, III 8 : « et non... faciamus mala ut ueniant bona ») ; q.2 (ed. Clasen, p. 198, 17-18) : « ratione periculi uitandi, quia difficiles solent habere exitus que malo sunt inchoata principio, I, q.1, *Principatus* (Friedberg, I 369), quia multa mala animarum pericula inde frequenter emergunt ». 51-52 quia — committunt : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 196, 24-26) : « nam multi ex ipsis, qui mutata uoluntate penitent, matrimonium contrahunt et interdum uiduas superducunt et bigami fiunt » ; q.2 (p. 198, 22-23) : « Si uero intrant et penitent intrasse et exeunt, tanto peius, nam sunt apostate ». 54 Mathei XXIII : 15 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 137 : u. 55 habet Thomas lectionem uariantem « qui » pro « quia » ; Thomas habet « qui » etiam *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.9, arg.2, ed. Leon., t. X, p. 551a). 54-59 Mathei — dupliciter : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 196, 12-21) : « Talibus enim potest dici quod dicitur ypocritis legis, Mathei XXIII : *Ve uobis, scribe et farisei ypocrite, quia* (qui *perperam ed.*) *circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselitum, et cum fuerit factus, facitis eum filium iehenne duplo quam uos* ; Glosa Ieronimi : *Dum uidens vitia uestra reuertitur gentilis et sua preuaricatione maiori pena dignus est.* Item, in originali [Hieronymus, *In Mt*, CCSL 77, p. 214] expressius : *Dum esset ethnicus, simpliciter errabat et erat semel filius iehenne ; uidens autem magistrorum uitia et intelligens destruere eos* operibus *quod uerbis docebant, reuertitur ad uomitum suum*, et fit duplo dignus maiori pena ». 64-67 Hoc — sunt : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 197, 1-3) : « Tertio non expedit propter utilitatem probationis. Beatus Benedictus, ubi supra, allegat illud Apostoli, prima Iohannis IIII : *Probate*, inquit, *spiritus si ex Deo sunt* ». Cf. Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 8, 23-32 ; 11, 85-92 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.9, arg.3 ; q.189, a.2, arg.1. 65 prima Iohannis IV : 1.

Nolite omni spiritui credere, set probate spiritus si a *Deo* sunt; hoc autem non uidetur esse a Deo ut tales religionem ingrediantur, cum frequenter exeant post ingressum; dicitur enim Actuum V : *Si est ex hominibus consilium hoc* et *opus, dissoluetur; si uero ex Deo est* consilium, *non poteritis dissoluere eos*; ergo uidetur quod contra Deum faciant qui eos inducunt.

Set contra. Quicunque potest se obligare dyabolo, potest etiam se obligare Deo; set pueri possunt se obligare dyabolo peccando, ut dicitur Extra. *De delictis puerorum*, c. *Pueris*; ergo etiam possunt se obligare uoto uel iuramento ad seruiendum Deo in religione.

<2> Preterea. XX, q. 1, dicitur quod *firma erit uirginitatis professio, ex quo adulta iam etas esse ceperit, et que solet apta nupciis deputari*; ergo possunt etiam in tali etate aliqui obligari ad religionem uoto uel iuramento.

Responsio. Dicendum quod humani actus propter diuersos casus uniforme iudicium habere non possunt, nec tamen, si contingit aliquid in aliquo casu esse malum, propter hoc iudicandum est esse simpliciter illicitum.

Posset igitur contingere aliquis casus in quo aliquem adolescentem ad religionem obligare uel etiam recipere, illicitum esset, puta si constaret uel probaliter crederetur de eius inconstancia, uel si quid aliud esset huiusmodi, que diligenter considerantur in religionibus bene institutis. 9

Dicere autem quod recipere adolescentes ad religionem sit illicitum, est dyabolicum, quia super illud Exodi V : *Quare Moyses et Aaron sollicitatis populum ab operibus suis?*, dicit glosa Origenis : *Hodie quoque, si Moyses et Aaron, id est propheticus et sacerdotalis sermo, animam sollicitet ad seruitium Dei, exire de seculo, renunciare omnibus que possidet, attendere legi et uerbo Dei* continue, *audies una nimes et amicos Pharaonis dicentes : Videte quomodo seducuntur homines et peruertuntur adolescentes*; et 10
postea : *Hec erant tunc uerba Pharaonis, <hec> et nunc amici eius locuntur.* — Est etiam contra Christi preceptum : dicitur enim Mathei XIX quod *oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret et oraret; discipuli autem increpabant eos*; *Ihesus* autem *ait eis : Sinite paruulos et nolite prohibere eos uenire ad me.* Quod exponens Origenes super Matheum dicit quod *discipuli Ihesu, priusquam discant rationem iusticie..., reprehendunt eos qui... pueros et infantes offerunt Christo*; Dominus autem exhortatur *discipulos suos... condescendere utilitatibus puerorum... Hec ergo attendere debemus ne estimatione sapiencie excellentioris... contempnamus, quasi magni, pusillos Ecclesie..., prohibentes pueros uenire ad Ihesum.* 11

Si tamen pueri in tantum essent ut nondum usum rationis haberent, illicitum esset eos ad reli- 12

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}, P^1P^9*)*; Ψ *(*N^b, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 68 ingrediantur] intrent Ψ 70 dissoluetur] dissoluatur Ψ 80 XX] XXI Ψ (XXII *Bx*^{1}) 88 malum] quod (et *Ba*) malum *As*, Φ^{2b} 89 est esse] *inu.* Ψ 96 quod] + malum est Φ^{2b} 97 sit illicitum] *om.* Φ (*cf. Préf., p.* 115*b) 102-103 possidet] possident $N^bBx^1C^b$, *?*M^7 : possidetur *Sm* 103 continue *codd* (continue *etiam codices Thomae, praeter* Po^1, *Contra doctr. retrahentium*, I, u. 104, ed. Leon., t. XLI, p. C 40); *ante* continue *interpungunt* V^4P^1, N^bDuLi, *Ed*^{2}, *post* continue *Bx*^{1}, *Ed*^{1}; *cf. app. fontium* 106 hec^2 *suppl. : om. codd* 107 locuntur] letantur *BaBa*^{1} 108 XIX] XXI Ψ 113 discant] dicant *As : om.* Ψ 117 estimatione *scr.* : estimationem Ψ (estimationibus *Li*) : per estimationem Φ

67-73 hoc — inducunt : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.2 (ed. Clasen, p. 200, 10-14) : « Quod autem huius consilium procedat ex dyabolica suggestione, non ex diuina inspiratione, apparet per uerbum Gamalielis, Actuum V : *Si ex hominibus est consilium aut opus, dissoluetur. Si uero ex Deo est, non* potestis *dissoluere eos, ne forte Deo repugnare* uideamini » (Cf. Act. V 39, ed. Wordsworth-White, t. III, p. 70 : pro « eos », uar. « illud »). — Cf. Iohannes Pecham, *De pueris oblatis*, arg.14 (ed. Oliger, p. 416-417) : « Item arguitur theologice sic : dicitur Actuum V : dicebat Gamaliel : *Si* fuit *ex hominibus consilium hoc, dissoluetur, si uero ex Deo est*, hoc *non poteritis dissoluere*. Set talium obligatio in multis dissoluitur, qui a proposito resiliunt et fiunt incontinentes aut adulteri. Ergo etc. »; Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 8, 46-53. 74-79 Set contra — religione : Cf. Iohannes Pecham, *De pueris oblatis* (ed. Oliger, p. 420) : « Contra. Homo (H^o *cod* : hoc *ed.*) tripliciter obligatur : Deo, mundo et dyabolo. Set quam cito est doli capax, potest obligari <dyabolo>, sicut patet Extra. *De delictis puerorum. Pueris.* Item, potest obligari mundo per matrimonium... Ergo multo magis Deo in religione ». — Ad sensum tantum *Decretales*, lib. V, tit. XXIII, *De delictis puerorum*, c. 1 (Friedberg, II 824) : « Pueris grandiusculis peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis XIV, quum pubescere coeperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata nisi quae membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare, furta, mendacia et periuria non esse peccata? At his plena est puerilis aetas, quamuis in eis non ita ut in maioribus punienda uideantur », ex Augustino, *De Genesi ad litteram*, X 13 (CSEL 28, 311-312). 80-82 XX — deputari : *Decretum*, II P., Causa XX, q.1, c. 1 (ed. Friedberg, I 843), a Thoma laud. etiam infra, *Quodl. IV*, q.12, a.1 [23], u. 212-214. 97 dyabolicum : Verbum est Geraldi de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.2, de eo qui iuuenes ad religionem inducit (cf. supra, adn. ad u. 67-73), quod in auctorem retorquet Thomas. 98 Exodi V : 4. 99-100 glosa Origenis : *Glossa ord.* (t. I, p. 120), laud. a Bonauentura, *Apologia pauperum*, c. XII, n. 18 (ed. Quaracchi, t. VIII, p. 322a); *Q. de perfectione euangelica*, q.2, a.3 (t. V, p. 161a); a Iohanne Pecham, *Tractatus pauperis*, c. IX (ed. F. M. Delorme, in *Studi Francescani*, s.3, IV, 1932, p. 185); a Thoma, *Contra doctr. retr.*, c. 1, 95-109. — Ex Origene, *In Exodum*, hom. III 3, a Rufino transl. (ed. W. A. Baehrens, GCS 29, p. 168, 14-19 et 22-23). — V. 103, post « Dei » interpunxerat et « continuo » scripserat Rufinus : « aussitôt tu entendras »; quem omnes secuti sunt, praeter Thomam, qui coniunxisse uidetur : « attendere legi et uerbo Dei continue » : « s'appliquer à la loi et à la parole de Dieu continuellement ». 108 Mathei XIX : 13-14. 112 Origenes super Matheum : tr. XV, n. 7-8, ab Anonymo transl. (ed. E. Klostermann et E. Benz, GCS 40, p. 367, 15-22; p. 368, 23-25; p. 370, 12-25), iam plenius a Thoma laud., *Cat. in Mt*, XIX 14; ex *Catena* hic et *Contra doctr. retr.*, c. 3, 94-102; *Quodl. IV*, q.12, a.1 [23], u. 374-384; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.4, s.c.

gionem attrahere absque consensu parentum. Non quia etiam infra annos pubertatis pueri in religione recipi non possint de consensu parentum, quia, ut dicitur XX, q. 1, c. *Addidisti* et *Monachum* et *Quicunque*, etiam pueri in infancie annis a parentibus monasterio tradi possunt. Set hoc ideo dictum est quia pueri, quandiu ad annos discretionis <non> peruenerint, sunt secundum ius naturale in potestate parentum; unde, sicut inuitis parentibus non sunt infidelium filii ad baptismum rapiendi, ita etiam non sunt religioni applicandi. Iam uero, postquam usum rationis habuerint, per liberum arbitrium habent sui ipsius potestatem in hiis que ad anime spectant salutem, unde inuitis parentibus possunt et ad baptismum et ad religionem induci. De uoluntate autem parentum etiam in infancia ad baptismum recipiuntur ex ordinatione Apostolorum, ut Dionisius dicit ultimo capitulo Ecclesiastice ierarchie, ut in rebus diuinis pueri nutriantur *et non* habeant aliam *uitam nisi diuina contemplantem*. Et eadem ratione <in> infancie annis monasteriis pueri a parentibus offeruntur, ut dictum est.

Set, quia in questione additur de obligatione iuramenti et uoti, ne hoc remaneat indiscussum, considerari debet quod secundum diuersam condicionem iuuenum est in talibus procedendum. Si enim essent adeo firmi quod non timerentur a religionis proposito resilire, non esset necessarium eos iuramento uel uoto obligare; et similiter si essent adeo mobiles quod nec etiam crederentur iuramento uel uoto posse firmari. Set ut plurimum contingit quod simplex propositum de facili mutant, obligationem autem uoti uel iuramenti omnino obseruant; unde, cum uoto uel iuramento ad frugem melioris uite obligantur, magnum beneficium eis prestatur. Vnde Augustinus dicit in epistola Ad Armentarium et Paulinam : Non *te uouisse peniteat, immo gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset... Felix est necessitas que in meliora compellit.*

Ad primum ergo dicendum quod Innocentius in quibusdam litteris ad religiosos directis, que incipiunt : *Non solum in fauorem*, sic dicit : *Vobis de fratrum nostrorum consilio, in uirtute obediencie sub pena excommunicationis auctoritate presentium districtius inhibemus ne ante annum probationis elapsum, qui est maxime in subsidium fragilitatis humane regulariter institutus, quemquam ad professionem uestri ordinis seu ad renunciationem seculi faciendam, recipere presumatis.* Quod autem ad probationem non recipiantur iuuenes, uel quod uoto aut iuramento non obligentur ad intrandum, sine preiudicio temporis probationis, nunquam inuenitur prohibitum.

Ad secundum dicendum quod legitima etas

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ (*N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm*) 123 quia] quin *Ed*^{10} 124 possint] possunt Φ, *DuLi* 125 Addidisti] Addidistis *M*^{1}*M*^{3}, Φ^{2bGg} *(perperam; cf. app. fontium)* 126 Monachum] monachi Φ^{2b}, *C*^{b}*M*^{7} : monacalis *Sm* (*cf. Préf., p.* 116*a) 128 quandiu] quousque Φ^{2b} 129 non] *suppl. (cum Wb, L, O*^{5}*V*^{6}*, sec.m. P*^{10a}) : *om. codd* 134 habuerint] habuerunt *AsO, EV*^{4}*P*^{1}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuM*^{7}*Sm* 140 Ecclesiastice] celestis (ce. *pro* ec.) *As*, Ψ, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{4ss} 142 diuina *P, P*^{1}*P*^{9} : diuinam *cett (sed cf. app. fontium)* 143 in] *om.* Φ(-*P*^{1}), *N*^{b}*Sm* 159 Armentarium *scr.* : armarium *codd* (*lac. M*^{7}) 160 Paulinam] Paulinum Φ 161 quod] quia *O*, Φ^{2b}(-*P*^{1} : quantum *pro* quod cum *P*^{9}) 174 aut] uel *primo O, EP*^{1}, *Bx*^{1}*C*^{b}*LiM*^{7}

125-126 XX — Quicunque : *Decretum*, II P., Causa XX, q.1, c. 2, 3 et 4 (ed. Friedberg, I, 843-844; c. 2, Addidistis *hab. textus, sed cf. adn.* 12 : Addidisti *orig., Ivo, Coll. tr. P.*; Addidisti *hab. etiam* Thomas *Quodl. IV*, q.12, a.1 [23], u. 318; capitulum laudat Thomas *Contra doctr. retr.*, c. 3, 32-37, sed omissis primis tribus uerbis). 128-137 pueri — induci : Cf. supra, *Quodl. II*, q.4, a.2 [7], u. 84-112. 139-140 Dionisius... ultimo capitulo Ecclesiastice ierarchie : c. 7, a Iohanne Sarraceno transl., *Dionysiaca*, t. II, 1473, 2-3 : « Tradit autem puero sancta signa hierarcha, ut nutriatur in ipsis et non habeat uitam alteram nisi diuina contemplantem semper »; cf. Thomas, *III*^{a}, q.68, a.9, s.c. : « Dionisius dicit, ultimo capitulo Ecclesiastice ierarchie : Diuini nostri duces, scilicet Apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum » (cf. *Dionysiaca*, II, 1469, 4, transl. Eriugenae). 159-160 Augustinus... in epistola ad Armentarium et Paulinam : *Ep. 127*, 8 (CSEL 44, p. 28, 7-11) : « nec ideo te uouisse paeniteat, immo gaude iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. adgredere itaque intrepidus et dicta imple factis; ipse adiuuabit qui uota tua expetit. felix est necessitas quae in meliora compellit ». A Thoma laud. *Contra doctr. retr.*, c. 12, 62-64; c. 13, 19-21; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.6, ad 2. 149-162 Si — compellit : Thomae contradicit Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione...*, I 6 (Paris Sorb. 228, f. 222vb) : « Tantis ergo sanctorum auctoritatibus fulti, tantis exemplis muniti, improperia peruersorum hominum non timemus, et aristotelicas argutias friuolas reputamus, quibus dicunt, quia iuuenes simplex propositum religionis de facili mutant, obligandi sunt ad religionem iuramento uel uoto, quod non fieret si adeo firmi essent quod non timeretur resilire a religionis proposito. Et quod ex hoc magnum eis prestatur beneficium, quia felix necessitas, que compellit ad melius. Immo dicimus, secundum statuta Patrum et dicta, quod, quia sunt mobiles, non sunt obligandi, sed potius refutandi; sed, si stabiles essent, potius obligandi. Et eorum constancia non est tantum presumenda, sed potius est probanda, secundum instituta beati Basilii episcopi... ». 163 Innocentius : De epistulae Innocentii IV, datae die 17^a Iunii 1244, authenticitate et editionibus, cf. C. Molari, *Teologia e diritto canonico in san Tommaso d'Aquino*, Romae 1961, p. 77-80. Epistulam Innocentii IV laudat Thomas etiam *Contra doctr. retr.*, c.8, 27; c. 11, 86-87; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.9, arg.3; q.189, a.2, arg.1. 173-177 Quod — prohibitum : Thomae interpretationem redarguit Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione...*, lib. I, c. VI (Paris Sorb. 228, f. 222ra-rb) : « In quibus (Innocentii) uerbis non solum post ingressum <ad> professionem inhibet ante annum recipi, sed etiam ante ingressum ad renunciationem seculi faciendam a religiosis attrahi, et per uotum obligari; alioquin inter predicta non disiunxisset, si (*scr.* : sed *cod.*) per illa omnino idem significari uoluisset. Et ideo friuolum est quod dicunt, quia quod iuuenes non deberent obligari uoto, nusquam inuenitur prohibitum, cum Innocentius dicat nec *ad professionem* nec *ad renunciationem seculi*, non factam, sed *faciendam* ».

iudicatur tempore pubertatis, ut patet per capitulum inductum : tunc enim maxime incipit homo liberum usum rationis habere de hiis que pertinet ad suam salutem. Est autem sciendum quod est duplex necessitas : una que excludit uoluntatem, scilicet necessitas coactionis; et alia que ex uoluntaria obligatione causatur et uoluntatem non excludit, et huiusmodi est obligatio iuramenti uel uoti. Vnde per coactionem non sunt trahendi homines uel ad fidem uel ad religionem; set uoto uel iuramento ad hoc eos obligare, nichil prohibet. Et de hac necessitate Augustinus dicit : *Felix necessitas que in meliora compellit.*

Et per hoc patet solutio ad tercium.

Ad quartum dicendum quod in rebus uoluntariis sicut et in naturalibus non est iudicandum facile quod contingit in paucioribus, set quod contingit ut in pluribus. Quod autem intrantes religionem exeant, hoc contingit ut in paucioribus : multo enim plures de intrantibus remanent, ut experimento probatur, quam exeant.

Ad quintum dicendum quod, cum dicitur : Non sunt facienda bona ut ueniant mala, si li 'ut' teneatur causaliter, est omnino uerum : peccaret enim si quis ea intentione aliquem ad intrandum religionem induceret ut postmodum apostataret; si uero li 'ut' teneatur consecutiue, sic ab omnibus bonis esset abstinendum, quia uix sunt aliqua humana bona ex quibus occasionaliter non possint sequi aliqua mala; unde dicitur, Ecclesiastes XI : *Qui obseruat uentum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metet.* Tunc autem solum aliquod bonum esset pretermittendum propter consequens malum, quando malum consequens esset multo maius quam bonum et ut frequentius accideret. Dominus autem non pretermisit eligere duodecim discipulos ex quibus *unus* erat futurus *dyabolus*, ut dicitur Iohannis VI, nec Apostoli pretermiserunt eligere septem diacones propter unum Nicholaum, qui ex eis periit. Multo igitur minus religiosi debent pretermittere multorum salutem propter paucos qui apostatare inueniuntur.

Ad sextum dicendum quod illi qui obligati iuramento uel uoto religionem intrant, non faciunt contra prohibitionem ecclesie, ut ostensum est; unde, ex hoc quod intrant, non efficiuntur filii iehenne, set filii uite eterne, quam Dominus promittit, Mathei XIX, relinquentibus temporalia propter ipsum. Set ex hoc quod exeunt post professionem, efficiuntur iehenne filii, set hoc non preiudicat recipientibus eos, nisi eorum malis exemplis sint peruersi. Vnde signanter Dominus dicit : *Facitis eum filium iehenne duplo quam uos*, quia, ut Crisostomus dicit, *malorum magistrorum prouocatus exemplo, fiebat peior magistris.*

Ad septimum dicendum quod ratio illa sapit Manicheorum heresim, qui hanc rationem ad duas erroneas conclusiones adducunt : primo quidem ad hoc quod omnia corpora corruptibilia non sint a Deo; si enim, inquiunt, a Deo essent, non dissoluerentur; secundo ad hoc quod caritas semel habita nunquam amittatur, ita quod qui peccat mortaliter, nunquam graciam habuit : si enim, inquiunt, graciam habuissent, hoc fuisset

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 185 obligatione] cognitione Ψ 190 Augustinus dicit] *inu.* Ψ 196 intrantes] milites *Bx*^{1}*Li* 206 esset] est eam Ψ (est *om. M*^{7}) quia] *om. P*, Φ^{2b}(- P^{1}P^9) : *lac. O* 207-208 possint] possunt Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}), Ψ(- *N*^{b}*Bx*^{1} : possit *Li*) 210 metet] metat Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}) 212-213 consequens esset] *inu.* Ψ 213 maius *scr.* (*cum sec.m. P*^{1}) : magis *codd* 217 diacones *codd.* 226 uite] uitis *?N*^{b} : lucis Ψ *(cett)* 243 habuit] habeat Ψ

179-180 per capitulum inductum : supra in s.c.1 (cf. adn. ad u. 80-82), uel potius in s.c.2. 190 Augustinus : Cf. supra, u. 159-160, cum adn. 205-214 si — accideret : Cf. Iohannes Pecham, *De pueris oblatis* (ed. Oliger, p. 420-421) : « Item, si non licet inducere, aut hoc quia non est bonum, aut propter periculum. Primum falsum est, quia intrare religionem est opus perfectum. Item nec dimittendum est propter periculum, quia hoc est magis remedium periculi et maius quod possit inueniri, nec est dimittendum bonum commune propter malum adeo raro contingens, ut dicit Philosophus. Ergo etc. ». 208-209 Ecclesiastes XI : 4, etiam laud. a Thoma *Contra doctr. retr.*, c. 10, 87-89. 214-221 Dominus — inueniuntur : Cf. Iohannes Pecham, *De pueris oblatis* (ed. Oliger, p. 433, ad 14). 216 Iohannis VI : 71 « Nonne ego uos duodecim elegi, et ex uobis unus diabolus est? ». 224-225 ut ostensum est : in resp. ad 1-3. 227 Mathei XIX : 29 232 Dominus dicit : Matthaei XXIII 15. 233 Crisostomus : Ps.-Iohannes Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, hom. 44, in Mt XXIII 15 (P.G., 56, 883), a Thoma laud., *Catena in Mt*, XXIII 15 (Ms. Vat. Chigi A VIII 248, f. 132ra) : « Nam qui forte sub cultura ydolorum constitutus uel propter alios homines iusticiam seruabat, factus Iudeus (*Catena* : sub deo *P.G.*) malorum magistrorum provocatus exemplo fiebat (*Catena* : fit *P.G.*) peior magistris », ex parte laud. a Geraldo de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 196, 21-23) : « Crisostomus super Matheum ibidem : *Malorum magistrorum prouocatus exemplo, fit peior magistro*; et sic impietas discipulorum inputatur magistro ». 236-248 ratio — fuerit : Cf. Thomas, *Sermo in sexagesima Exiit qui seminat* (ed. Käppeli, p. 81-82) : « Dices : Non est istud a Spiritu sancto quod pueri relinquant mundum, quia multi pueri conuertuntur, sed in religione non perseuerant, unde si esset a Deo, in ordine remanerent. Caue tibi, quia si peruerse intelligas, das uiam Manicheis. Manicheus dicit quod corruptibilium non est Deus actor et quod a Deo est non dissoluitur; et hereticus dicit quod gracia semel habita amitti non potest ... ». In hoc sermone prudenter et uere loquitur Thomas : ratio Geraldi, si peruerse intelligatur (quod non facit Geraldus!), uiam aperire potest « Manicheis »; re uera, doctrina communis Manichaeorum, tam antiquorum quam modernorum, est corruptibiblia non esse a Deo; et insuper, quidam « hereticus », non manichaeus quidem, sed theologus saec. XII ante med., docuit caritatem semel habitam amitti non posse, quem reprobauerunt alii et Petrus Lombardus, *Sent.*, III, d. XXXI, c. 1-3 (ed. Brady, p. 180-183, cum adn.). In duobus tamen locis, hic in *Quodl. III*, a.11, ad 7, et in *Contra doctr. retr.*, c.10, 112-154, imprudenter finxit Thomas quosdam esse « Manichaeos » sui temporis qui, ex ratione Geraldi

opus Dei, et ita dissolutus non fuisset; quod etiam hec ratio intendit, ut scilicet si aliquis non perseuerat in religione, quod propositum de intrando religionem a Deo non fuerit. Est igitur sciendum quod uerba illa non dicuntur ad ostendendum quod illa que sunt a Deo, in perpetuum maneant et corrumpi non possint, set ad ostendendum infallibilitatem diuine prouidencie : non enim potest esse ut diuina prouidencia fallatur; unde signanter non dicit ' opus ' Dei esse indissolubile, set ' consilium '. Secundum igitur diuinam prouidenciam, quibusdam datur donum gracie ad presentem iusticiam, et tamen non datur eis donum perseuerancie, quibusdam autem datur etiam donum perseuerancie, ut patet per Augustinum in libro De bono perseuerancie.

<Q. 5, a. 2 [12]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod illi qui obligati sunt uoto uel iuramento ad intrandum religionem, non teneantur intrare.

<1> *Omnis* enim *Christi actio, nostra est instructio.* Set Dominus non imponebat hominibus necessitatem, set hoc relinquebat eorum libere uoluntati; unde dicebat cuidam, ut habetur Mathei XIX : *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata*; et iterum : *Si uis perfectus esse, uade et uende omnia que habes et da pauperibus*; et Apostolus dicit, I ad Corinthios VII : *De uirginibus autem preceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Ergo uidetur quod non ex necessitate teneantur aliqui religionem intrare propter iuramentum uel uotum.

<2> Preterea. Nullus potest iuramento uel uoto obligari ad aliquid in quo detrimentum perfectionis paciatur; set per hoc quod aliqui religionem intrant, detrimentum perfectionis paciuntur : impediuntur enim propter religionis obseruanciam a uisitatione infirmorum et collatione elemosinarum et aliis operibus pietatis,

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 251 possint *O, C*^{b}*DuM*^{7} : possunt *cett* 253 diuina] dei Φ *(sed cf. u. 255)* 258 datur] dat *BaBa*^{1}*V*^{4} 260 bono] dono *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{36} *(sed cf. app. fontium)*
7 relinquebat] relinquebatur *P, Ed*^{2,4ss} 11 dicit] *om.* Φ 21 a] et Ψ 21-22 collatione (coll'one Φ^1, *BaV*^{4} *: clare scriptum Ba*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}) Φ, *V*^{1}, *M*^{1}*M*^{3} : collectione (coll'one *Bx*^{1} *F, clare scriptum cett*) Ψ(- *V*^{1}, *M*^{1}*M*^{3} : datione *An*) 22 elemosinarum] ecclesiarum *?Sm, Ed*^{2,4ss} *(praeter Ed*^{18} *et Ed*^{30}*)*

deduxissent ipsi duas conclusiones, illam Manichaei et hanc theologi saec. XII! Suum errorem ipse Thomas mox perspexisse uidetur : tacite eam confessus est annis 1271-72, nichil de manichaeismo dicens quando tractat quaestionem « Vtrum caritas semel habita possit amitti? » (*Q. de car.*, a.12; *II*^{a} *II*^{ae}, q.24, a.11), uel quando commemorat rationem Geraldi (*II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.10, arg.1 et ad 1). Ad tempus ergo in errorem raptus esse uidetur Thomas ardore concertationis, dum Geraldum suo argumento confutare uoluit : nam ipse Geraldus fratres mendicantes quod in errorem Manichaei incidissent primus accusauerat, *Contra aduersarium ...*, III 3 (ed. Clasen, AFH 32, 1939, p. 160, 33-37) : « Si ista temporalia hominis animam deformem faciunt et minus Deo capacem, mala sunt, quia nichil deformem facit animam nisi peccatum. Ergo incidis in errorem Manichei, quod ea non fecerit Deus, quia cuncta que condidit erant ualde bona »; III 4 (p. 195, 8-20) : « Si uero intelligas quod ipsa sufficiencia possessa de se animam polluat, audeo dicere, factus es Manicheus ... caue ... aut conuincaris Manicheus » (cf. Geraldus, *Exceptiones*, n. 34, ed. Bierbaum, p. 184; *Quodl. III [V]*, a.6, ed. Teetaert, p. 155, 29; *Quodl. XX [XVI]*, a.2, ibid., p. 177, 5) 254-255 unde — ' consilium ' : « Atqui vtrumque simul subintelligi ex uerborum serie patet »; Nicolaï, adn. ad loc. in *Ed*^{30} 259-260 Augustinus in libro De bono perseuerancie : *De dono perseuerantiae*, c. 22, n. 58 (P.L., 45, 1029), etiam laud. a Thoma, sub inscriptione « De perseuerancia », *Contra doctr. retr.*, c. 10, 146-148 (*De bono perseuerancie* hab. etiam Geraldus de Abbatisuilla, *Contra aduersarium ...*, II 3, ed. Clasen, p. 129, 11).

A.12 Parall. : *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.3 (cf. etiam *In IV Sent.*, d.38, q.1, a.3, qla 1, ad 6; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.3, ad 2). 5-15 Omnis — uotum : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.2 (ed. Clasen, p. 198, 4-16) : « Dic quod huiusmodi pueri qui sic uouerunt, non sunt compellendi ad implendum uotum ... Primo ratione exempli imitandi, quia *omnis Christi actio nostra est instructio*, Christus uero adolescentem qui mandata a iuuentute seruauerat non inpulit nec conpulit ad sectandam perfectionem, set in libertate sua dimisit et ei liberaliter insinuauit, dicens : *Si uis perfectus esse* etc., Mathei XIX. Et Apostolus, I^a ad Corinthios VII^o, ad supererogationem uirginitatis non conpulit aliquem, set in libertate sua dimisit et humiliter consuluit, I^a ad Corinthios VII^o : *De uirginitate autem preceptum Domini non habeo, consilium autem do*, quod est unum de tribus uotis religiosorum ». — De adagio quod pro auctoritate inducit hic Geraldus, cf. R. Schenk, *« Omnis Christi actio nostra est instructio ». The Deeds and Sayings of Jesus as Revelation in the View of Aquinas*, in *La doctrine de la révélation divine de saint Thomas d'Aquin*, ed. L. Elders (Studi tomistici 37), Città del Vaticano 1990, p. 104-131; a Cassiodoro quodam modo excusum, adagium uariis uerbis inuenitur in *Glosa ordinaria*, in *Glosa* Petri Lombardi, in Bernardo Cluniacensi (*Instructio sacerdotis*, c. VI, P.L., 184, 778, u. 4) et usuuenit saec. XIII apud Innocentium III (*Serm. de temp.*, XXII, P.L., 217, 411, u. 5 ab imo), Alexandrum de Hales, Bonauenturam et ipsum Thomam in suo scripto *In Sentencias* (cf. Schenk, p. 111-114, nec non G. Geenen, in DTC, XV 1, 747). 9 Mathei XIX : 17 10 iterum : Matthaeus, XIX 21 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 120 : et^1, omnia, *hab. non nulli codd*). 11-12 I ad Corinthios VII : 25. 18-22 set — pietatis : Quod argumentum contra fratres mendicantes Guillelmo de Sancto Amore adtribuerat Thomas de Eboraco, *Manus que contra Omnipotentem*, c. 1 (ed. Bierbaum, p. 40-41) : « Preterea, cum *beatius* sit *magis dare quam accipere*, XX Actuum <35>, qui sibi necessitatem facit accipiendi et priuat a se potestatem largiendi, uidetur quod a se priuat quod est beatius et perfectioni uicinius; hoc autem non est consonum ambulanti in uia perfectionis. Amplius, sic omnibus renuntians duplicem iniuriam uidetur inferre pauperibus, unam quia eximit sibi potestatem benefaciendi, cum possit eisdem benefacere per elemosinarum largitionem ... ».

in qua *summa christiane* religionis consistit, ut Ambrosius dicit super illud, I ad Timotheum V : *Pietas ad omnia utilis est*; ergo illi qui iurauerunt uel uouerunt religionem intrare, non tenentur.

<3> Preterea. Prosper dicit in II De uita contemplatiua : *Sic abstinere uel ieiunare debemus, ut non nos ieiunandi uel abstinendi necessitati subdamus*; set illi qui sunt in religione, ex necessitate uoti uel obediencie abstinent uel ieiunant; ergo minus merentur, non ergo ad religionis statum potest aliquis iuramento uel uoto obligari.

<4> Preterea. *Virtus est circa difficile et bonum*; set difficilius est bene uiuere in seculo quam in religione; ergo magis est uirtuosum, non ergo ad statum religionis aliquis iuramento aut uoto obligari potest.

<5> Preterea. *Communis utilitas preferenda est* bono priuato; set per hoc quod aliqui religionem intrant, derogatur communi utilitati : si enim omnes religionem intrarent, non essent qui plebium curam agerent et ita populus sine rectoribus remaneret; ergo melius faciunt si non intrant religionem quam si intrent.

Set contra est quod dicitur in Psalmo : *Vouete et reddite Domino Deo uestro*, ubi dicit Glosa quod *uouere uoluntati consulitur, set post uoti promissionem, redditio necessario exigitur*. Item, Ecclesiastes V, dicitur : *Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta promissio.*

<2> Preterea. Augustinus dicit in epistola ad Armentarium et Paulinam : *Quia iam uouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet; priusquam esses uoti reus, liberum fuit* quod *esses inferior, quamuis non sit gratulanda libertas qua fit ut non debeatur quod cum lucro redditur.*

Responsio. Dicendum quod dicere quod illi qui uoto uel iuramento sunt obligati ad intrandum religionem, non teneantur intrare, est manifeste hereticum. Quicunque enim dicit non esse peccatum id quod est contra preceptum Dei, hereticus iudicatur; sicut hereticus iudicaretur quicunque diceret quod fornicatio simplex non

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}, P^1P^9*)*; Ψ *(N*^{b}, *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 31 necessitate] + ipsius *Ed*^{8ss} 36 bene uiuere (bene *om. As*)] *inu.* Ψ 46 religionem] *om.* Ψ intrent] intrant Φ^{2b}(- P^1P^9) : intrarent M^7, *Ed*^{20} 51 ne moreris] memoreris Φ^1 (memoris *As*), Ψ(- *Du* : ne moreris *rest. sec.m.* N^bC^b) 52 et stulta] *om. As : post* promissio *P*, Φ^{2b}(- P^1) : et falsa Ψ 54 Armentarium *scr. (cum An)* : amarium Φ^1, *BaBa*^{1}*EV*^{4}, *Li* : armarium P^1P^9, Ψ(- *Li*) 57 debeatur] deleatur *BaBa*^{1}*E, Du* : deleatur debeatur M^7 : deātur V^4 59 dicere quod] *om. E*, Ψ 65 simplex *scr. cum* P^9, *sec.m.* P^1, M^7*Sm* : simpliciter *cett.*

24 Ambrosius : Ambrosiaster, *In ep. I ad Tim.*, IV 8 (CSEL 81, p. 275, 6-7) : « omnis enim summa disciplinae nostrae in misericordia et pietate est », laud. in Glosa Petri Lombardi (P.L., 192, 348) : « Omnis summa disciplinae *christianae* in pietate et misericordia est », unde Thomas, *In IV Sent.*, d.15, q.2, a.2, qla 2, s.c. : « dicit Glosa... Omnis summa discipline christiane est in misericordia et pietate »; *Q. de malo*, q.15, a.2, arg.1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.32, a.8, arg.1; q.154, a.2, arg.5. 24-25 I ad Timotheum V : Immo IV 8. 28 Prosper : Re uera Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, II, c. 24, n. 1 (P.L., 59, 470 B) : « Verumtamen sic abstinere uel ieiunare debemus, ut non nos ieiunandi uel abstinendi necessitati subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem uoluntariam faciamus ». A Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 15, 61-66; *Contra doctr. retr.*, c. 11, 11-14; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.6, arg.1. 35-36 Virtus — bonum : « ut dicitur in II Ethicorum » plus quam semel addit ipse Thomas (uelut *In III Sent.*, d.40, q.1, a.4, qla 3, arg.2; *II*^{a} *II*^{ae}, q.129, a.2; q.137, a.1; q. 184, a.8, arg.6) et editores referunt ad Aristotelem, *Eth. Nic.*, II, 1105a9-10. Re uera in Ethica uetere legimus (A.L., XXVI, p. 10, 1-2) : « *Circa difficillimum* autem semper et ars fit et *uirtus*; etenim *bonum* melius in hoc », unde adagium eruisse uidentur commentatores Ethicae ueteris; cf. Albertus, *Summa theologie*, II, q.103, membr. 1, def. 2 (Borgnet, t. 33, p. 260b) : « Ex dictis Aristotilis trahitur ista (diffinitio uirtutis) quod uirtus in genere est habitus circa difficile et bonum ». Sed Robertus Grosseteste translationem sic correxit (A.L., XXVI, p. 107, 13-14) : « *Circa difficilius* semper et ars fit et uirtus. Et enim *bene*, melius in hoc », ex quo adagium mancum efficitur, quod animaduertit Albertus, *Lectura in Eth.*, II, lect. 3 (ed. Col., XIV 1, p. 103, 68-69) : « cum communiter dicatur quod (uirtus) est circa difficile et bonum, quare hic Aristotiles pretermittit bonum? ». Alia est enim Aristotelis sententia hic : cf. Gauthier-Jolif, *Aristote. L'Éthique à Nicomaque*, t. I 2, Louvain 1970, p. 39 : « Or c'est toujours dans le plus difficile que s'exercent l'art et la vertu : le bien n'est-il pas meilleur quand il est plus difficile? », sed ad argumentum uera Aristotelis sententia artius aptatur. 40-41 Communis — priuato : Cf. *Decretum*, II P., Causa VII, q.1, c. 35, *Scias* (ed. Friedberg, I 580) : « Nam et plurimorum *utilitas* unius utilitati uel uoluntati *preferenda est*... quociens *communis* necessitas aut *utilitas* persuaserit », laud. a Thoma, *De perf. spir. uite*, c. 26, 57-59 : « Nam unius utilitati preferenda est utilitas plurimorum, VII, q.1, *Scias* »; a Geraldo de Abbatisuilla, *Quodl. III*, a.5 (ed. Teetaert, p. 142 [60], u. 28-29) : « Utilitas publica preferenda est priuate, ut dicitur VII, q.1, *Scias frater* »; *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 196, 11) : « Et utilitas communis preferenda est priuate, ut dicitur VII, q.1, *Scias frater* »; a Iohanne Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.32 (ed. Oliger, p. 419) : « Utilitas publica preferenda est priuate ». 47 in Psalmo : LXXV 12. 48 Glosa : Petri Lombardi, In ps. LXXV 12 (P.L., 191, 709) : « Vouere enim consulitur uoluntati, sed post uoti promissionem necessario redditio exigitur », a Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 13, 85-87; partim *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.6, s.c. (« uoluntati consulitur » *in utroque loco*) 50 Ecclesiastes V : 3. 53-54 Augustinus — Paulinam : *Ep.* 127, n. 8 (CSEL 44, p. 27, 19-28, 2 : 56 quod *Thomas* : quo *Augustinus*). 65-66 fornicatio — mortale : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.33, q.1, a.3, qla 2; *C.G.*, III 122; *Q. de malo*, q.15, a.2; *II*^{a} *II*^{ae}, q.154, a.2; *Coll. de decem precentis*, Sextum preceptum (ed. Torrell, p. 251-252). Fornicationem simplicem non esse peccatum ex iure naturali, sed tantum ex Lege docuerat Maimonides, ut refert Thomas, *In IV Sent.*, d.33, q.1, a.3, sol.3 (Piana, VII 2, f. 170rb E) : « Rabbi Moyses dicit quod ante tempus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc quod Iudas cum Thamar concubuit <*Gen.*, XXXVIII> »; cf. Maimonides, *Dux perplexorum*, ab Anonymo transl., III 50 (ed. Paris 1520, f. 107r 4-8) : « De ratione uero Iude potest homo addiscere morem bonum et honestum... quia commixtio cum meretrice ante tempus legis erat sicut commixtio uiri cum uxore sua post tempus legis, scilicet quia erat opus licitum » (cf. *Le Guide des égarés*... traduit par S. Munk, III, ch. 49; t. III, p. 408).

sit peccatum mortale : est enim contra hoc preceptum : *Non mechaberis*, ut sancti exponunt; sunt autem excellentiora precepta prime Tabule, que ordinantur ad dilectionem Dei, quam precepta secunde Tabule, que ordinantur ad dilectionem proximi; unde quicunque dicit quod sine peccato preteriri possit aliquid pertinens ad precepta prime Tabule, est manifeste hereticus. Cum autem impletio uoti pertineat ad latriam, manifestum est quod quicunque dicit uotum non esse implendum, loquitur contra primum preceptum prime Tabule, quod est de cultu latrie soli Deo exhibendo; qui uero dicit iuramentum non esse implendum, loquitur contra secundum preceptum prime Tabule, quod est : *Non assumes nomen Dei tui in uanum*. Vnde manifeste est hereticus quicunque hoc dicit.

Nisi forte dicat quod intrare religionem sit illicitum : iuramenta enim uel uota facta de rebus illicitis non sunt obligatoria, secundum illud Ysidori : *In malis promissis rescinde fidem*. Set hoc iterum est hereticum, dicere quod non sit licitum religionem intrare : est enim expresse contra Christi consilia.

Vnde quicunque dicit quod ille qui est obligatus uoto uel iuramento ad intrandum religionem, potest absque peccato in seculo remanere, est manifeste hereticus, si tamen in hoc pertinaciter perseueret.

Ad primum ergo dicendum quod necessitas uoti uel iuramenti non excludit uoluntatem, ut supra dictum est. Sicut enim aliquis ex lege communi obligatur ad seruanda Dei precepta, que tamen uoluntarie seruat (unde et Dominus dicit : *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata*), sic ille qui emisit iuramentum uel uotum obligatur ex quadam priuata obligatione, et tamen uoluntarie implet iuramentum et uotum, ita tamen quod ante iuramentum uel uotum licitum est ei facere uel non facere (unde et Dominus dixit : *Si uis perfectus esse*, et Paulus de uirginitate consilium dat), set post iuramentum uel uotum, illicitum est non implere.

Ad secundum dicendum quod illa ratio continet heresim dampnatam, scilicet quod melius sit in seculo remanere et operibus pietatis uacare, quam religionem intrare. Continetur enim inter errores Vigilantii, contra quem Ieronimus scribens dicit : Iste *uenena perfidie catholice fidei sociare conatur, impugnare uirginitatem, odisse pudiciciam, in conuiuio secularium contra sanctorum ieiunia* declamare; et postmodum contra singulos articulos a Vigilantio propositos disputans, uenit ad istum articulum, dicens : *Quod autem asserit, eos melius facere qui utuntur rebus suis et paulatim fructus possessionum pauperibus* diuidant, *quam illos qui, possessionibus uenumdatis, semel omnia* largiantur, *non a me eis, set a* Deo *respondebitur : Si uis esse perfectus, uade*

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 76 primum] *om.* Ψ 77 prime Tabule] *inu. Bx*^{1}*C*^{b}*DuSm* 78 exhibendo] seruiendo Ψ 79 secundum] *om. N*^{b}*C*^{b} 81 est hereticus] *inu.* Ψ(-*Sm*) 85-86 Ysidori *scr.* : Ysidorus *AsO, Ba* : Ysidorum Ψ : Ysid' *cett* 87 est hereticum] *inu.* Ψ 92 in] *om.* Ψ(-*N*^{b}*M*^{7} *: suppl. sec.m. C*^{b}) 103 et] uel *M*^{7}, *Ed*^{1,3}, *Ed*^{4ss} 105 dixit] dicit *As, N*^{b}*Li* 114 uenena] uenenam *N*^{b}*Bx*^{1}*Li, pr.m. M*^{7} : uenenum *C*^{b}, *sec.m. M*^{7} 115 conatur] conatus *N*^{b}*Bx*^{1}*Li* 115 odisse] adisse Ψ 116 contra] concita Ψ (cuncta *Li* : contra *rest. sec.m. C*^{b}) 121 diuidant] diuidunt *E, Ed*^{2,4ss} (diuidant *codd Thomae, Catena et De perf.; cf. app. fontium*) 122 largiantur] largiuntur *Ed*^{2,4ss} *(cf. app. fontium)* 123 esse perfectus] *inu.* Ψ

67 Non mechaberis : Exodi XX, 14. 67 ut sancti exponunt : Praesertim Augustinus, *Quaestiones in Heptateuchum*, II Qu. Exodi, q.71, n.4, u. 1214-1235 (CCSL 33, p. 104-105), laud. in *Glosa ordinaria* in Exodi XX 14 (cf. adnotatio Iohannis Nicolaï in textu Thomae inserta in *Ed*^{30}, p. 34a C-D, inter signa † †). — Cf. Bonauentura, *In IV Sent.*, d.33, a.1, q.1 (IV, p. 748a) : « habere concubinam est contra ius naturale, quia est contra Legem et Euangelium; sed contra Legem Moysis implicite, quia non precipit expresse fornicatorem interfici, nisi in casu, sicut patet Deuteronomii XXII <23-29>, tamen implicite clauditur ibi : *Non mechaberis*, ubi prohibitur omnis coitus non matrimonialis »; Thomas, *Q. de malo*, q.15, a.2, arg.2-3 et ad 3. 80-81 Non — uanum : Exodi XX 7. 85-86 Ysidori : Cf. supra, *Quodl. I*, a.15, u. 45, cum adn. 97 supra : a.11, ad secundum, u. 182-187. 100 Si — mandata : Cf. supra, u. 9. 105-107 Dominus — dat : Cf. supra, u. 10-13. 112-127 Continetur — preferenda : In errorem Vigilantii Guillelmum de Sancto Amore incidisse iam adseuerauerat Thomas de Eboraco, *Manus que contra Omnipotentem*, c. 3 (ed. Bierbaum, p. 48-49) : « Sciat igitur lector quod iste fuit unus de erroribus Vigilantii, contra quem disputat beatus Hieronymus in epistola 56. Vnde homo iste qui supradictam positionem eructauit, aut epistolam illam non uidit aut non intellexit aut quod intellexit a memoria excidit, nisi quod Vigilantius non undique adeo male posuit. Ponebat enim Vigilantius melius eos facere qui paulatim possessiones pauperibus diuidunt quam eos qui simul omnia uendunt et distribuunt. Iste enim homo peius posuit Vigilantio, quia quod ille, licet inferiorem <perfectionem> commendauit, iste miserabiliter dampnauit » (et Hieronymi uerba : Quod — preferenda », laud. Thomas de Eboraco); Guillelmum tamen calumniatum esse Thomam de Eboraco contendit Geraldus de Abbatisuilla, *Contra aduersarium*, II 1 (ed. Clasen, p. 90) : « In primis igitur hoc cognoscas illum quem in tuo libro insimulare seu accusare caute intendis, nunquam hoc sensisse quod eidem imponis, ut diceret melius eos facere qui possessiones paulatim pauperibus diuidunt, quam eos qui simul omnia uendunt et distribuunt. Immo teste Deo et nobis, qui audiuimus, contrarium dixit, in scholis determinauit, predicauit, et in scriptis suis reliquit in tantum ut diceret uolentem sequi perfectionem omnia omnino, non partem, debere secundum Domini consilium pauperibus erogare. Error uere, ut sapienter dixisti, fuit Vigilantii; sed quia contra innocentem et inculpabilem, grauiter deliquisti. Sed semper hec fuit arrogantium consuetudo, ut docte arguere uideantur, fingere que redarguant » (uerba Hieronymi : « Quod — preferenda », laud. Geraldus, ibid., III 3, p. 145-146). 113 Ieronimus : *Contra Vigilantium*, n. 1 (P.L., 23, 340 A; 116-117 declamare (declamans *Contra impugn.*, 6 224) : proclamare *Hier.*). 119 dicens : Hieronymus, *Contra Vigilantium*, n. 14 (P.L., 23, 350-351); a Thoma laud. *Catena in Matheum*, in XIX 21 (Ms. Vat. Chigi A VIII 248,

et *uende omnia que habes et da pauperibus, et ueni, sequere me ... Iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est, quem et nos recipimus, dummodo sciamus prima secundis et tertiis preferenda.* Et ideo in libro De ecclesiasticis dogmatibus cum aliis erroribus etiam iste dampnatur, cum dicitur : *Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare ; melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare et absolutum sollicitudine egere cum Christo.* Nec solum status religionis prefertur elemosinis quas quis facit in seculo, set etiam uirginitati in seculo obseruate ; dicit enim Augustinus in libro De uirginitate : *Nemo, quantum puto, ausus fuerit uirginitatem preferre* monasterio.

Ad tercium dicendum quod idem opus factum ex uoto, laudabilius et magis meritorium est quam si fiat sine uoto. Quod ex hoc patet quia omnis actus de se tanto est magis laudabilis et meritorius, quanto ex digniori uirtute procedit, sicut opus iusticie si fiat ex caritate laudabilius erit ; manifestum est autem quod, cum aliquis ieiunat absque uoto, facit actum uirtutis que est abstinencia, cum autem ieiunat implens uotum, actum abstinencie facit ex latria que, cum ordinet nos ad Deum, est nobilior uirtus quam abstinencia uel quecunque alia uirtus que ordinat nos circa bona creata. Propter quod et Augustinus dicit in libro De uirginitate, quod nec uirginitas, *quia uirginitas est, honoratur, set quia est Deo dicata ..., quam uouet et seruat continencia pietatis.* Quod ergo Prosper dicit : *Sic abstinere uel ieiunare debemus ut non nos ieiunandi uel abstinendi necessitati subdamus*, intelligendum est de necessitate coactionis, que uoluntatem excludit ; unde subdit : *Ne iam non deuoti, set inuiti, rem uoluntariam faciamus* ; necessitas autem uoti et iuramenti non excludit uoluntatem, ut dictum est. Dicendum autem est ulterius quod, si illi qui ieiunat ex uoto non placet secundum se ieiunium, placet tamen sibi impletio uoti, magis meretur, ceteris paribus, quam ille ieiunans cui placet secundum se ieiunium, quia magis est meritorium delectari in actu latrie quam in actu abstinencie.

Ad quartum dicendum quod duplex est difficultas : una que est ex arduitate operis, sicut uirginitatem seruare et huiusmodi, et talis difficultas facit ad augmentum uirtutis ; alia difficultas est ex impedimentis et periculis inminentibus <...>, et talis difficultas non facit ad augmentum uirtutis, set ad diminutionem ipsius : non enim uidetur esse prudens nec multum amare bonum uirtutis qui pericula non cauet. Et talis difficultas ad bene uiuendum inminet in seculo remanentibus.

Ad quintum dicendum quod illa fuit ratio

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 131 erogare *scr. cum E, P*^{1}*P*^{9}*, Ed*^{2,4ss} : erogari *cett* 133 solum] solus *N*^{b}*Sm, Ed*^{2,4ss} 137 quantum *scr. cum P*^{1}*P*^{9}*, C*^{b}*, Ed*^{2,4ss} : quam *As*, Ψ(-*C*^{b}) : *lac. 3/4 litt. O : om. P*, Φ^{2b}(-*P*^{1}*P*^{9}) 137 fuerit] fuit *P*^{1}*P*^{9}*, Ed*^{2,4ss} 141 quia] + cum Φ 146 que] qui *Ed*^{2,4ss} 148 actum abstinencie] *inu.* Φ^{2b}(-*P*^{9}) 151 circa] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b} : ad *suppl. M*^{7}*An)* 153 est[2]] *om.* Ψ 173 *Post* inminentibus *deesse uidentur aliqua uerba, uelut* : <que quis precauere potuisset> ; *cf. app. fontium*

f. 116ra) ; *De perfectione spir. uite*, c. 13, 8-18 ; c. 27, 277-284 (120-121 possessionum + suarum *Hier.* — diuidant : -dunt *Hier.* — 122 largiantur : -untur *Hier.* — 123 eis *De perf.* : ei *Catena* : ei *uar.* eis *Hier.* — Deo : Domino *Hier.* — 124 et[1] : *om. Hier.*) 127-133 Et ideo — Christo : Librum Gennadii, *Diffinitio ecclesiasticorum dogmatum*, adfert Thomas de Eboraco, *Manus que contra Omnipotestem*, c. 3 (p. 50) : « Augustinus ... De ecclesiasticis dogmatibus », sine auctoris nomine Bonauentura, *Q. de perfectione euangelica*, q.2, a.2, ad 5 (ed. Quaracchi, t. V, p. 143a). Ad Bonauenturam respondit ipse Guillelmus de Sancto Amore (cf. Bonauenturae t. V, Praef., p. Xa ; F. Delorme, *S. Bonauenturae Collationes in Hexaemeron ...*, Bibl. Franc. Schol., 8, p. 348) : « Istud non facit ad propositum, quia bene concedimus quod melius est omnia pro Christo relinquere quam aliquid retinere ; sed ex hoc non sequitur quod oporteat mendicare, sed debet operando uictum querere ... uel debet inter communem uitam degentes de bonis Ecclesie sustentari » ; ad Thomam de Eboraco respondit Geraldus, *Contra adu.*, III 3 (ed. Clasen, p. 147, 4-13). Locum libri Gennadii (c. 38, P.L., 42, 1219) laudat Thomas de Aquino, *Catena in Mt*, XIX 12, sub nomine Gennadii ; sine auctoris nomine *De perf. spir. uite*, c. 13, 20-23 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.32, a.8, ad 1 (cum Christo egere *Genn.*) 136 Augustinus : *De sancta uirginitate* XLVI 47 (CSEL 41, p. 292, 9-10) : « nemo tamen, quantum puto, ausus fuerit uirginitatem praeferre martyrio ». Pro « martyrio » legit Thomas « monasterio » etiam *II*^{a} *II*^{ae}, q.152, a.5, s.c. ; q.186, a.8 ; e contra « martyrio » legit Thomas *In IV Sent.*, d.49, q.5, a.3, qla 2, s.c. (Piana, VII 2, f. 261vb I). Sed non est cur coniciamus « martyrio » recte legisse Thomam, *II*^{a} *II*^{ae}, q.124, a.3, s.c. : « Augustinus in libro De sancta uirginitate prefert martyrium uirginitati », cum non ex uersibus hic laudatis, sed e contextu hanc sententiam eruere potuerit Thomas, ut patet *II*^{a} *II*^{ae}, q.152, a.5, s.c. : « Augustinus dicit in libro De uirginitate : *Nemo, quantum puto, ausus fuit uirginitatem preferre monasterio* ; et in eodem libro dicit [c. XLV, CSEL 41, p. 290, 9-12] : *Preclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est quo loco martyres et quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur.* Per quod datur intelligi quod *martyrium* uirginitati prefertur et similiter *monasterii* status ». 151 Augustinus : *De sancta uirginitate* VIII 8 (CSEL 41, p. 241, 22-242, 4) : « neque enim et ipsa, quia uirginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quae licet in carne seruetur, spiritus tamen religione ac deuotione seruatur. ac per hoc spiritalis est etiam uirginitas corporis, quam uouet et seruat continentia pietatis ». A Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 13, 118-120 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.6, nec non diligentius *De perf. spir. uite*, c. 27, 185-189. 155 Prosper : Cf. supra, u. 28, cum adn. 161 ut dictum est : supra, u. 95-97, cum adn. 172-173 inminentibus : Vt lacunam suppleamus nos invitat ipse Thomas, *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.8, ad 6 : « difficultas que est ex arduitate operis addit ad perfectionem uirtutis. Difficultas autem que prouenit ex exterioribus inpedimentis quandoque quidem diminuit perfectionem, puta cum aliquis non tantum uirtutem amat ut inpedimenta uirtutis declinare uelit ... quandoque uero est signum perfectionis uirtutis, puta cum alicui ex inopinato uel ex necessaria causa inpedimenta uirtutis occurrunt, propter que tamen a uirtute non declinat ... ».

Vigilantii heretici, ut patet per Ieronimum, qui dicit in libro Contra Vigilantium : Non *sunt a studio suo monachi deterrendi*, quamuis *a te* lingue uiperee morsus seuissimos paciantur, *quibus argumentaris, et dicis : Si omnes se clauserint et fuerint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? quis seculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad uirtutes poterit* exhortari? *Hoc enim modo si omnes tecum fatui sint, sapiens quis esse poterit? Et uirginitas non erit approbanda. Si enim omnes uirgines fuerint, nupcie non erunt, interibit humanum genus ... Rara est uirtus nec a pluribus appetitur.* Stultus est igitur huiusmodi timor, cum religionis bonum sit tam difficile et arduum ut uix pauci religionem intrent in comparatione multitudinis in seculo remanentis, sicut si quis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret.

<Q. 5, a. 3 [13]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod illi qui sunt in seculo peccatores, non sunt ad religionem attrahendi.

Oportet enim prius exercitari in operibus preceptorum quam transire ad impletionem consiliorum, ut de minori perueniatur ad maius; set illi qui sunt peccatores in seculo, non sunt exercitati in operibus preceptorum; ergo non sunt attrahendi uel recipiendi in religione, in qua oportet seruari consilia.

Set contra est quod Dominus Matheum publicanum ad statum perfectionis uocauit, ut habetur Mathei IX; *omnis* autem *Christi actio, nostra est instructio*; ergo etiam et nos debemus peccatores qui sunt in seculo ad religionem aduocare et suscipere.

Responsio. Dicendum quod maxime utile est peccatoribus ut ad religionem transeant.

Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutem : primo quidem ut de peccatis preteritis penitenciam agant; secundo ut de cetero a peccatis abstineant. Ad utrumque autem horum maxime operatur religio.

Primo enim status religionis est status perfecte penitencie, ita quod nulla satisfactio adequari potest penitencie religiosorum, qui et se et sua totaliter Deo dant. Vnde pro nullo peccato imponi potest homini pro penitencia ut religionem introeat; tamen in commutationem satisfactionis quantumcunque grauis consulitur religionis ingressus, ut patet XXXIII, q. II, c. *Ammonere*, ubi Stephanus Papa quendam *qui uxorem interfecerat* inducit ut ingrediatur *monasterium* et humiliatus *sub manu Abbatis cuncta* obseruet *que* sibi *fuerint inperata*, alioquin iniungit ei grauissimam penitenciam, si eligit in seculo remanere.

Similiter etiam ad uitanda peccata plurimum ualet religionis status. Difficile enim est quod in seculo commorantes a rebus mundi non illiciantur; propter quod Mathei XIX, secundum exposi-

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 181 a] *om.* Φ^{2b}(- P^1P^9) 186 poterit ad uirtutes *tr.* Ψ 193 uix] *om.* Φ
3 sunt^2] sint P^9, Ed^1, Ed^3, Ed^{10ss} 6 transire] intrare Φ (*sed cf. u.* 19 transeant) 39 ualet] ualeat Ψ(- C^b) 40 illiciantur] alliciantur *E*, M^7, $Ed^{2,4ss}$

180-191 Ieronimum — appetitur : Hieronymus, *Contra Vigilantium*, n. 15 (P.L., 23, 351), a Thoma laud. ex parte *Contra impugn.*, c. 7, 1208-1211, a uerbo « Quamuis », *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.7, ad 2 (181-183 Non — quibus : Nec a suo studio monachi deterrendi sunt a te lingua uiperea et morsu saeuissimo de quibus *Hier.* — 187 exhortari : cohortari *Hier.*).

A.13 Parall. : *Contra doctr. retr.*, c. 2; c. 3, u. 17-18; c. 5; *Quodl. IV*, q.12, a.1-2 [23-24]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1. 5-7 Oportet — maius : Doctrina erat Geraldi de Abbatisuilla (cf. infra, ad *Quodl. IV*, a.24), *Duplex questio*, a.2 (ed. Clasen, p. 200, 1-6) : « opera consilii sunt opera supererogationis et perfectionis; talia uero opera sunt grauia, difficilia et ponderosa, et ideo cum maturitate et discretione experienda sunt <et> aggredienda; propterea non debent inponi incipientibus et infirmis de ecclesia siue adolescentibus, set prouectis, fortibus et robustis et perfectis de ecclesia siue ad perfectionem tendentibus »; unde opponens in Iohanne Pecham, *Questio de pueris oblatis*, arg.17 (ed. Oliger, p. 417) : « Item. *Omnis Christi actio nostra est instructio.* Set Christus per hunc modum adholescentem attraxit ad perfectionem : primo examinauit eum de obseruancia mandatorum, quo dicente se *omnia a iuuentute* seruasse, respondit Dominus : *Adhuc unum tibi deest. Si uis perfectus esse, uade et uende omnia que habes* <Mt XIX 20-21; Lc XVIII 21-22>. Non igitur persuasit ei seruare consilia, nisi postquam seruauerat mandata. Ergo qui aliud facit, contra formam Christi facit »; ad 17 (p. 436) : « Quod si dicas quod consilia addant super mandata et sunt eis difficiliora, ordo autem naturalis est a facilioribus ad difficiliora, ergo debet precedere experiencia mandatorum obligationem consiliorum uel statum ». 12-13 Dominus — uocauit : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, ad 17 (ed. Oliger, p. 435) : « Preterea. Non sic uocauit Leui, set dixit ei in medio vectigalium existenti : *Sequere me* ». 14 Mathei IX : 9. 14-15 omnis — instructio : Cf. supra, a.12, arg.1, cum adn. ad u. 5-15. 32-37 ut patet — remanere : Cf. Gratianus, *Decretum*, II P., Causa XXXIII, q.1, c. 8 (Friedberg, I, 1152-1154) : « Penitencia Astulphi, qui uxorem suam interfecerat. Item. Stephanus V Astulpho : Admonere te ... curamus ... Idcirco placeat tibi consilium nostrum ... ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis ... obserua cuncta ... que tibi fuerint inperata ... Hoc leuius et melius tibi esse certissime scias. Sin autem publicam penitenciam, permanens in domo tua uel in hoc mundo, uis agere ... », laud. a Thoma *Contra doctr. retr.*, c. 5, 37-49. 38-39 ad — status : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, Contra (ed. Oliger, p. 421) : (intrare religionem) « est magis remedium periculi et maius quod possit inueniri ... Item. Est onus onerans et onus alleuians. Infirmo autem non nocet qui inponit ei honus alleuians. Sed facilius seruantur precepta cum consiliis quam sine consiliis, quia facilius excluditur auaricia quando tollitur proprietas, similiter facilius seruatur castitas ab hiis qui incorrupti sunt quam a corruptis ... ». 41 Mathei XIX : 23-24.

tionem Crisostomi, Dominus hoc dicit esse inpossibile quod diues, qui scilicet diuiciis inheret per amorem, intret in regnum celorum, set quod diues qui habet diuicias intret, est ualde difficile. Vnde et Ecclesiastici XXXI dicitur : *Beatus diues qui inuentus est sine macula*, et huiusmodi difficultatem subdit, dicens : *Quis est hic? Et laudabimus eum*. Propter quod et Gregorius dicit quod *sancti uiri, ut ab illicitis* abstineant, *etiam licita* pretermittunt.

Vnde manifestum est quod non peccant, set laudandi sunt, qui peccatores ad religionem trahunt. Nam et Dominus de se ipso dicit : *Non ueni uocare iustos, set peccatores, in penitenciam*.

Ad illud ergo quod in contrarium obicitur, dicendum quod illa ratio procedit et contra rationem doctrine euangelice et contra rationem philosophie. Contra doctrinam quidem euangelicam, quia consilia euangelica ad hoc dantur ut per ea homo facilius salutem consequatur; unde status secularium periculosior esse dicitur quam religionis status; stultum est autem dicere quod alicui qui debilior est propter peccata que commisit, non sit ad securiorem uiam fugiendum. Est etiam contra doctrinam philosophicam, que docet illos qui sunt ad uicia proni, in contrarium debere reflecti, sicut *faciunt* illi qui *tortuosa lignorum* dirigunt.

<Q. 5, a. 4 [14]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod aliquis absque peccato possit aliquem iuramento astringere ad hoc quod religionem non intret.

Quod enim licitum est fieri, licitum est iurare; set licitum est alicui seculari quod nunquam religionem intret; ergo licite potest hoc iurare; qui ergo tali iuramento aliquem astringit, non peccat, quia non facit eum iurare aliquid illicitum.

Set contra. Propositum intrandi religionem a Spiritu sancto est, ut habetur XIX, q. II, c. *Due*; set resistere instinctui Spiritus sancti est graue peccatum, de quo Stephanus reprehendit Iudeos, Actuum VII, dicens : *Vos semper Spiritui sancto restitistis*; ergo ille qui aliquem iuramento astringit ad non intrandum religionem, grauiter peccat.

Responsio. Dicendum quod, sicut supra dictum est, in actibus humanis non est aliquid sim-

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 45 habet diuicias] *inu.* Ψ(+ et non amat M^1M^3) 49 et *scr. (cum Ed*^{1}*, Ed*^{3}*)* : ut *codd (om. P, M*^{7}*)* 50 quod] *om. P*^{1}*P*^{9}*, Ed*^{2,4ss} *(cf. adn. sup.)* 55 in] ad Φ^{2b}(- P^1P^9) 60 quia — dantur] ad hoc dantur quia (quod N^b) consilia euangelica Ψ (Nam ad hoc dantur consilia euangelica *An*) 65 uiam] uitam *Ed*^{19ss}

4 astringere] constringere Ψ 9 illicitum] licitum Ψ (il- *suppl. sec.m. C*^{b}) 11 II *scr.* : I *codd, edd (praeter Ed*^{30}*)* 15 restitistis] resistitis *Ba*^{1}*E, M*^{7}*Sm, Ed*^{10ss}

42 Crisostomi : Cf. Iohannes Chrysostomus, *In Matthaeum*, hom. 63 (P.G., 58, 605), a Burgundione Pisano transl. (Ms. Vat. Lat. 383, f. 203vb-204ra) : « Quid igitur Christus? *Quam difficile diuites intrabunt in regnum celorum!* Non pecuniis detrahens, set eis qui detinentur ab ipsis... Dicens difficile, procedens ostendit quoniam et impossibile est, et non simpliciter impossibile, set cum intensione impossibile », paulo liberius a Thoma laud. *Catena in Matheum*, XIX 23-24, hic uero tantum ad sensum. 46 Ecclesiastici XXXI : 8-9. 49 Gregorius : Ps.-Gregorius, *Dialogi*, IV XII 2 (SC 265, p. 48-50) : « Habent quippe sancti uiri hoc proprium : nam ut semper ab inlicitis longe sint, a se plerumque etiam licita abscidunt ». 54 Dominus : Lucae V 32 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 338; pro « in », uar. « ad »). 66 doctrinam philosophicam : Haec est Aristotelis, *Eth. Nic.*, II, 1109b4-7, a Roberto Grosseteste retr. (A.L., XXVI, p. 177, 20-2) : « In contrarium autem nos ipsos attrahere oportet. Multum enim abducentes a peccando, in medium ueniemus; quod tortuosa lignorum dirigentes, faciunt », laud. a Thoma, *Contra doctr. retr.*, c. 5, 76-79 (peccando : peccato *Thomas*).

A.14 Parall. : *In III Sent.*, d.39, q. unica, a.3, qla 1 (praecipue arg.2 et ad 2); *In IV Sent.*, d.38, q.1, a.1, qla 2; *Quodl. V*, q.13, a.2 [27]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.88, a.2; q.89, a.7; *Quodl. XII*, q.14, a.2 [21]. — Iam in suo scripto *In III Sent.* correxerat Thomas solutiones Canonistarum. Cf. dictum Gratiani, in *Decr.*, II P., Causa XXII, q.IV, post c. 23 (Friedberg, I 882, § 6) : « Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconsiderate et incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis nec spiritualis salus adimitur, et sine quo utraque salus reparari et uita conseruari ualet, ueluti dum aliquis a parentibus coactus ut clericatus tonsuram uel *religionis uestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit*. Hoc, quamuis aliquibus uideatur reprehensibile, quia opus caritatis iuramento se non facturum promisit, nulla tamen auctoritate seruari prohibetur, quia, etsi numquam clericatus tonsuram uel religionis uestem suscipiat, non tamen ideo minus salutem promereri ualet, cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi et Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quotiens aliquis iurat se non facturum aliquid quo expeditior sibi uia preparatur ad beatitudinem, dummodo sine eo salutem ualeat inuenire, quod iuramentum non prohibetur obseruare »; Henricus de Segusio, Card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De uoto et uoti redemptione (ed. Lugduni 1556, f. 260ra, n. 3) : « Numquid ergo ualet uotum, si quis uoueat non intrare religionem? Non uidetur, quia impediretur amplitudo caritatis, et impediretur salus hominis, que per religionis introitum procuratur, et diuina inspiratio... Sed contra, quia sine religione caritas est... (laudat dictum Gratiani). Solutio. Votum tenetur serurare, quamuis indiscretum fuerit, nisi sibi postea a Domino contrarium inspiretur ». 11 XIX, q.II, c. *Due* : Cf. infra, a.17, s.c., cum adn. 14 Actuum VII : 51 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 84 : resistitis, *uar.* restitistis). 18 supra : a.11, u. 85-89.

pliciter iudicandum licitum uel illicitum propter id quod accidit in aliquo particulari casu, sed propter id quod est ut in pluribus, sicut etiam in rebus naturalibus consideratur quod in pluribus est.

Contingit autem in aliquo casu quod absque peccato aliquis potest astringere aliquem iuramento ad hoc quod religionem non intret, puta si esset matrimonio ligatus et uellet absque consensu uxoris religionem intrare, uel in casibus similibus.

Simpliciter autem loquendo, inducere aliquem ad iurandum quod religionem non intret, graue est peccatum. Si enim aliquis uellet religionem intrare et inmineret oportunitas temporis et omnes alie circumstancie conuenirent, grauiter peccaret qui eum ab ingressu religionis prohiberet. Vnde Dominus, Mathei XXIII, comminatur ue Phariseis, qui nec ipsi intrabant in regnum celorum nec alios intrare sinebant. Cum autem aliquis facit aliquem iurare quod religionem non intrabit, impedit eum, quantum in se est, ab ingressu religionis secundum quodcunque tempus et secundum quamcunque circumstanciam oportunam, quia in uniuersali includuntur omnia particularia. Vnde manifestum est quod graviter peccat.

Ad id uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod, quamuis licitum sit ab aliquo bono opere abstinere, tamen illicitum est uel sibi uel alii impedimentum apponere quominus in illud bonum opus procedere possit; sicut licitum est non dare elemosinam huic pauperi, illicitum tamen est se uel alium iuramento astringere ad hoc quod alicui elemosina non detur.

Cuius ratio est quia pretermittere actum uirtutis potest aliquis absque peccato, eo quod precepta affirmatiua, que sunt de actibus uirtutum, non obligant ad semper; set impedimentum boni operis directe uirtuti contrariatur, et ideo cadit sub prohibitione precepti negatiui, quod obligat ad semper. Vnde omnia talia iuramenta sunt illicita, nec sunt obseruanda, set illi qui hec iurant, iurando periuri fiunt, quia iuramentum hominem obligare non potest contra caritatem Dei et proximi.

Vnde, quamuis licitum sit alicui religionem non intrare, illicitum tamen est impedimentum iuramenti apponere sibi uel alii. Est enim contra perfectionem uite et contra consilium Christi.

<Questio 6>

Deinde quesita sunt tria de hiis que competunt in religione existentibus.

Primo, utrum religiosus, qui nichil debet habere in proprio uel communi, possit elemosinam facere de hiis que sibi ab aliis in elemosinam dantur; secundo, utrum aliquis in religione existens, sciens patrem suum graui necessitate opprimi, possit exire absque licencia prelati sui ut subueniat patri; tercio, utrum status religionis sit perfectior quam status sacerdotum parrochialium et archidiaconorum.

<a. 1 [15]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod religiosi, qui nichil habent in proprio uel communi, non possint elemosinam facere que eis proficiat.

Non enim proficit elemosina facienti, nisi debito modo fiat; set tales religiosi non possunt elemosinam debito modo facere : debet enim elemosina de proprio fieri, secundum illud Thobie

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 20 licitum uel] *om. Ed*^{31ss} 22 ut] *om. As,* Φ^{2b}(- *P*^{1}), *Li (sed cf. app. fontium)* 26 aliquis potest] *inu.* Ψ 35 alie] *om. Ed*^{2,4ss} 37 XXIII] XXII Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}) 47 obicitur in contrarium *tr.* Φ(- *P, Ba*^{1}) 68 apponere] apponens Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 116*a)
16 possint] possunt Φ^{2b}, *N*^{b}*DuLiSm* 20 de proprio] proprio modo Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}; *cf. Préf., p.* 116*a)

22 ut in pluribus : Vox est Boethii, in translatione Ar., *Top.*, II, 112b1-20, A.L., V, p. 40, 3-21. 37 Mathei XXIII : 13 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 137) : « Uae autem uobis scribae et pharisaei hypocritae quia clauditis regnum caelorum ante homines. uos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare ».

A.15 Parall. : *In IV Sent.*, d.15, q.2, a.5, qla 4; *II*^{a} *II*^{ae}, q.32, a.8 (praecipue arg.1 et ad 1). — Doctrinam communem breuiter contrahit Thomas; cf. Albertus, *In IV Sent.*, d.15 C, a.25, q.2 (XXIX, p. 510a et 511a) : « Vtrum monachus uel monacha possit dare aliquid »; Bonauentura, *In IV Sent.*, d.15, a.2, q.1 (p. 370b) : « monachus qui administrat res et bona monasterii ex mandato abbatis potest utique elemosinam dare ». In conuentibus ordinis fratrum praedicatorum (et in aliis) tunc temporis mos erat ut ad eleemosynas distribuendas aliquis frater deputetur; cf. Humbertus de Romanis, *Opera de uita regulari* (ed. J. J. Berthier, Romae 1889, t. II), Instructiones de officiis ordinis, c. 22 (p. 285-288) : « De officio elemosinarii. Elemosinarius dicitur qui uel habet petere elemosinas uel dare... Porro ad largiendam elemosinam communem secundum possibilitatem domus, solet frater aliquis assignari, uel idem qui habet petere elemosinas, aut alius, qui sit pius in compatiendo, mansuetus in tolerando improbitates et molestias petentium, discretus in distribuendo, sollicitus in congregando que fuerint largienda... ». 20-21 Thobie IV : 9 (*Biblia sacra*, t. VIII, p. 179; pro 21-22 « si — stude » hab. Biblia : « si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter inpertire [-ri *uar.*] stude).

IV : *Si multum tibi fuerit, habundanter tribue*; *si* autem modicum, idipsum *libenter impertiri stude*; ergo tales religiosi, qui nichil suum habent nec in proprio nec in communi, non possunt elemosinam facere que eis proficiat; set, si quam elemosinam de elemosinis sibi factis faciant, eis proficit a quibus elemosinam perceperunt.

Set contra. Inter alia opera, elemosinarum largitio plurimum inuenitur esse fructuosa, dicitur enim Danielis V : *Peccata tua elemosinis redime*; si ergo religiosi elemosinas facere non possunt que eis proficiat, uidentur esse peioris condicionis quam alii etiam in spiritualibus bonis.

Responsio. Dicendum quod religiosi, quamuis proprium habere non possint, possunt tamen aliquarum rerum dispensationem habere, siue de fructibus possessionum communium siue etiam de elemosinis particulariter eis collatis; nec refert, quantum ad propositum pertinet, utrum huiusmodi dispensationem habeant auctoritate sui ordinis uel auctoritate alicuius superioris prelati. Hiis ergo quibus dispensatio commissa est, — possunt meritorie elemosinam facere de bonis que eorum dispensationi committuntur, secundum quod eis committitur, et huiusmodi elemosina meritoria est et eis qui misericordie ministerium executur et illis quorum usibus huiusmodi res deputate noscuntur. Si uero aliquis religiosus sit cui non sit huiusmodi rerum dispensatio commissa, ei non licet elemosinam facere.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 6, a. 2 [16]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod religiosus, si uideat patrem suum esse in necessitate, etiam absque prelati sui licencia possit exire claustrum ad subueniendum patri.

Non enim pretermittendum est mandatum Dei propter hominum traditiones, unde Dominus, Mathei XV, contra quosdam dicit : *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras*; set ad subueniendum parentibus homo astringitur per hoc preceptum diuinum : *Honora patrem tuum et matrem tuam*, in quo quidem honore intelligitur necessariorum subuentio; ergo uidetur quod non obstantibus religionis obseruanciis, que sunt hominum statuta, debeat aliquis religiosus exire claustrum ad subueniendum parentibus secundum preceptum Dei.

Set contra. Spiritualia semper preferenda sunt carnalibus; set religiosi se obligauerunt ad obsequium spiritualis Patris, scilicet Dei, cui magis tenemur, secundum illud Hebreorum XII : *Quanto magis obtemperabimus Patri spirituum et uiuemus*; non ergo debent dimittere sui Ordinis obseruancias ut parentibus carnalibus ministrent.

Responsio. Dicendum quod aliter est dicendum de illo qui nondum religionem intrauit, et aliter de illo qui est iam in religione professus.

Ille enim qui nondum religionem intrauit, si uideat patrem suum in magna necessitate cui per alium subueniri non possit, non debet religionem intrare, set tenetur ministrare parentibus, maxime si absque periculo peccati mortalis possit in seculo remanere. Si uero per alium possit eius parentibus ministrari, potest, si uult, religionem intrare; unde Crisostomus, exponens illud : *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, dicit quod *malum est abducere hominem a spiritualibus, et maxime cum fuerint qui ministerium parentum compleant*; *erant enim* aliqui qui complere possent illius *funeris sepulturam*.

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 26 faciant] faciunt Φ proficit] proficiat Φ^{2b}(-*P*^{1}*P*^{9}) 30 V] IV *Ed*^{30}, *Ed*^{31ss} 35 possint] possunt *As*, Φ^{2b}(-*P*^{1} : *om. V*^{4}), *DuLiSm* 42 Hiis] Hii *AnFM*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{18}, *Ed*^{30}, *Ed*^{31ss} (*sed anacoluthon Thomae esse uidetur, qui primo scribere forsitan intenderit* : « Hiis ... licet elemosinam facere ») 42 ergo] igitur Ψ 46 misericordie (mie *plerique codd*)] minime *Ba, Li, Ed*^{4ss} (*om. Ed*^{30}, *Ed*^{31} : misericordiae *rest. Ed*^{33}) 47 usibus] *om. Ed*^{19ss} (-*Ed*^{30} : ministerio *suppl. Ed*^{32ss})

13 ergo] + non Φ^1(-*As*), *P*^{1}*P*^{9} 22 Quanto] non multo *Dl (cf. app. fontium)* spirituum] spirituali Φ(-*P*^{1}), *M*^{7} 27 est *(om. N*^{b}*)* iam in religione Ψ *(cf. u. 41, et II*^{a} *II*^{ae}*, q.101, a.4, ad 4)* : iam in religione est Φ 32 mortalis Ψ *(cf. Quodl. X, a.9, u. 49)* : *om.* Φ 36 sepelire] separare Ψ(-*M*^{7} : *om. Sm* : sepelire *rest. sec.m. C*^{b}) 37 et] + hoc Ψ

30 Danielis V : Immo IV 24.

A.16 Parall. : *In IV Sent.*, d.38, q.2, a.4, qla 2, arg.2 et ad 2 : *Quodl. X*, q.5, a.1 [9]; *In Mathei eu.*, in VIII 22; *II*^{a} *II*^{ae}, q.101, a.4, arg.4 et ad 4; q.189, a.6. 8 Mathei XV : 6 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 103 : traditionem uestram). 11-12 preceptum — tuam : *Matthaei* XV 4 (p. 102) : « nam Deus dixit Honora patrem tuum et matrem » (+ tuam *uar.*); cf. *Exodi* XX 12. 21 Hebreorum XII : 9 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 755 : « Quanto » *uar. pro* « non multo »; cf. *Vetus Latina*, t. XXV 2, p. 1586; supra, *Quodl. II*, a.9, u. 51, cum adn.) 35 Crisostomus : Cf. Iohannes Chrysostomus, *In Matthaeum*, hom. 27 (P.G., 57, 347-348), a Burgundione Pisano transl.

Postquam uero aliquis est iam in religione professus, est mortuus mundo. Vnde per spiritualem mortem deobligatur a cura impendenda parentibus, sicut etiam deobligaretur per mortem corporalem, et ideo non peccat nec contra preceptum Dei agit, si in claustro remaneat sub precepto prelati, parentum ministratione pretermissa : est enim factus inpotens ad reddendum debitum ministerium absque propria culpa. Debet tamen, quantum potest salua ordinis sui obediencia, satagere ut per se uel per alium suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint constituti.

Ad id uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod religiosus tenetur ad implendum quod ad religionem pertinet, non solum ex traditione humana, set etiam ex precepto diuino : obligatur enim ex uoto emisso ad obediendum prelatis suis, impletio autem uoti cadit sub precepto diuino.

<a. 3 [17]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod presbiteri parrochiales et archidiaconi sint maioris perfectionis quam religiosi.

<1> Dicit enim Crisostomus in suo Dyalogo : *Si talem michi aliquem adducas monachum qualis, ut secundum exagerationem dicam, Helyas fuit ..., non tamen illi comparandus est qui traditus populis et multorum peccata ferre compulsus, inmobilis perseuerauit et fortis.*

<2> Et parum post dicit : *Si quis michi proponeret optionem ubi mallem placere, in officio sacerdotali an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud quod prius dixi; nec cessabam laudans et beatos pronuncians eos qui officium ecclesie bene administrare potuissent; et quod laudabam tanto studio et beatum pronunciabam, non utique defugerem, si ydoneum me ad huius gubernationem uiderem.*

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 47 prelati] + sui P^1, $Ed^{2,4ss}$ 50 sui] *om.* $Ed^{2,4ss}$ 57 obediendum] obedientiam $Ed^{32,34\text{-}36}$

3 sint] sunt Φ^{2b}(- *EP*^{9}, *sec.m. P*^{1}), *N*^{b}*LiSm* 6-7 qualis] qualem *Bx*^{1} : quales *Li* 8 traditus] traditur Φ^1 (tradidit *primo* tradit *corr. O*) 9-10 perseuerauit] perseuerauerit Ψ(- *Sm*) 15 beatos] bonos Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}), Ψ *(obsc. non nulli)* officium] officio Ψ 17 defugerem] confugerem *primo O* : refugerem Φ^{2b}(- *P*^{9} : re- *?supra ras. P*^{1}) 18 huius] huiusmodi Φ^{2b}, Ψ (eius *F* : *cf. app. fontium*)

(Ms. Vat. lat. 383, f. 102v-103r), praesertim : « quoniam et erant qui completuri erant illud » (Vat. lat. 383, f. 102va22-23 = P.G. 57, 347, 6 ab imo); « si autem necessarios lugere et conteri mentem est malum, multo magis abduci a spiritualibus sermonibus » (f. 102 vb, 7 ab imo = P.G. 57, 348, n. 4); « et maxime cum fuerint qui uniuersa complent » (f. 103ra3-4 = P.G. 57, 348, n. 4, u. 8). — Sed Iohannis uerba liberius excerpserat et excerptis nouum ordinem imposuerat Thomas in sua *Catena in Matheum*, VIII 22 (Ms. Vat. Chigi A VIII 248, f. 61rb-va). Ex sua Catena ergo Iohannem Chrysostomum laudat Thomas hic et *II*^{a} *II*^{ae}, q.101, a.4, ad 2; q.189, a.6, c., in fine. Hic tria tantum excerpta *Catenae* laudat Thomas : « Et multo magis malum est abducere hominem a spiritualibus sermonibus ... et maxime cum fuerint qui hec compleant ... Erant enim qui completuri erant huius funeris sepulturam » (Ms., f. 61va).

A.17 Parall. : *De perfectione spiritualis uite*, c. 23-29 (ed. Leon., t. XLI, p. B 97-110); *In Mathei eu.*, in XIX 21; *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.8. — Quaestionem renouauerat mense decembri 1269 Geraldus de Abbatisuilla in suo Quodlibet XIV, a.1 (qui articulus legendus est in Thomae *Opera*, ed. Leon., t. XLI, p. B 56-62, quoniam editio procurata a Ph. Grand, in *Arch. hist. doctr. litt. M.A.*, 31, 1964, p. 227-243, pessima est). Ad Geraldum iam responderat Thomas in c. 23-29 sui libelli *De perfectione spiritualis uite*. In mente semper habendum est Thomam, post Geraldum, statum religiosum comparare non ad statum sacerdotalem, sed ad quaedam officia quae hodie in ecclesia non amplius existunt (archidiaconi) uel aliter (hodie multi sacerdotes qui ministerium parochiale exercent non sunt curati, sed uicarii). Diserte nos monet ipse Thomas, *De perf. spir. uite*, c. 28, 52-57 (p. B 108) : « Non enim nunc agimus de sacerdote in quantum est sacerdos, sic enim in statu ponitur per sollempnem consecrationem (non quidem in statu perfectionis actiuo uel passiuo, sed in statu illuminatiuo, secundum Dionisium), sed in quantum curam accipit ». Sic ergo non tractat Thomas nisi quaestionem quandam temporariam et iam obsoletam. E contra, in libro quam contra Thomam scripsit *De perfectione et excellencia status clericorum*, Nicolaus Lexouiensis (quamuis aliquantulum confuse) tractat quaestionem profundiorem et hodie semper praesentem, haec est de perfectione status sacerdotalis, in quo statu sacerdos constituitur non ex officio quod exercet, sed ex ipsa sua ordinatione sacerdotali. 3 archidiaconi : Cf. Yves M.-J. Congar, *Saint Thomas et les archidiacres*, in *Revue thomiste*, 57 (1957), p. 657-671 (aduertendum est *Lectura in Matheum* eiusdem aetatis esse atque alia opera Thomae hic laud., c. 1270-71). 5-6 Crisostomus in suo Dyalogo : *Liber dyalogorum sancti Iohannis crisostomi, constantinopolitani Episcopi, et sancti basilii cesariensis episcopi college beati gregorii nazanzeni. De dignitate sacerdotii* (ed. Coloniae, U. Zell, non post 1472, Hain *5048, Vat. Stamp. Ross. 781; Ms. Paris B.N. lat. 15287, f. 227ra-249va). Hic est Iohannis Chrysostomi dialogus *De sacerdotio* (P.G., 48, 623-692; SC 272), ab Anonymo (forsitan Anniano Celedensi, saec. V) translatus in Latinum, sed liberius et cum interpolationibus, ita ut uerba Latina Graecis uerbis saepius non plene respondent. 6-10 Si — fortis : *De dignitate sacerdotii*, lib. VI, c. 7 (ed., f. 66v; Ms., f. 246va; cf. SC 272, p. 324, 27-36) : « Ita ergo et nunc michi si talem aliquem adducas monachum [qualem ut secundum exaggerationem dicam Helyas fuit *deest in Graeco*], tamen quamdiu solus est si non perturbatur neque grauiter peccat. quippe qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur. non tamen illi comparandus est qui traditus (-tur *Ms.*) populis et multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerauerit (-uit *Ms.*) et fortis. Qui sicut in tranquillitate. ita etiam in tempestate gubernauit semet ipsum. hic uere laudari ab omnibus et admirari nimis meretur. proprie enim uirtutis ydoneum prebuit exemplum ». 11-18 Si — uiderem : *De dignitate sacerdotii*, lib. VI, c. 7 (ed., f. 67r; Ms., f. 246vb; cf. SC 272, p. 326, 23-28) : « Quoniam si quis proponeret michi optionem ubi mallem placere, in officio sacerdotali an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud quod prius dixi. nec cessabam (cessarem *ed.*) laudans et beatos pronuncians eos qui officium ecclesie bene administrare potuissent. Et quod laudabam tanto studio et beatum pronunciabam. non utique defugerem si ydoneum me *(inu. ed.)* ad eius gubernationem uiderem ».

<3> Et in sequenti capitulo postmodum dicit : *Bene, inquam, ammonuisti, dulcissime. Istorum enim*, — scilicet secularium, — *nec recordari oportet cum de sacerdotio fit questio. Verum, si quis in conuersatione multorum positus, potest inperturbatum illum nitorem plene sanctitatis, et continencie splendorem, et alia monachorum bona, incorrupta et inconcussa seruare, omnibus est preferendus.* Ex quibus omnibus uidetur quod presbiteri parrochiales et archidiaconi, si bene in ministerio ecclesie uiuant, sint omnibus, etiam religiosis, preferendi.

<4> Preterea. Crisostomus in eodem libro dicit : *Si quis bene administrato sacerdotio, illius propositi*, — scilicet monachalis, — *sudores conferat, tantum eos distare reperies quantum inter priuatum distat et regem*; set multo maius est bene exercere regis officium quam cuiuscunque persone priuate ; ergo multo maius est quod sacerdos parrochialis uel archidiaconus bene se habeat in suo officio quam religiosus in suo.

<5> Preterea. Episcopi sunt in statu perfectiori quam religiosi, alioquin non liceret de religione ad episcopatum transire ; set presbiteri parrochiales et archidiaconi similiores sunt episcopis quam religiosi, quia, sicut episcopus habet curam animarum in suo episcopatu, ita presbiter in sua parrochia et archidiaconus in suo archidiaconatu ; ergo archidiaconi et plebani sunt magis in statu perfectionis quam religiosi.

<6> Preterea. *Bonum publicum preferendum est bono priuato*, et uita actiua est magis fructuosa quam contemplatiua, *nullumque sacrificium est Deo* acceptius quam *zelus animarum* ; set archidiaconi et plebani intendunt utilitati communi multitudinis, zelo salutis animarum in actiua uita fructificantes ; ergo preferendi sunt religiosis, qui saluti proprio student in uita contemplatiua Deo seruientes.

<7> Preterea. Cui amplius a Deo commissum est, magis meretur, si bene administret ; set sacerdoti uel archidiacono amplius commissum uidetur, quia plus ab eo requiretur in iudicio ; ergo bene administrando, amplius meretur.

Set contra est quod dicitur XIX, q. II, c. *Due* : *Si quis in ecclesia sua sub episcopo populum retinet et seculariter uiuit, si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio uel regulari canonica saluare se uoluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit ut publica constringatur.* Set lex priuata, que est lex Spiritus sancti, ut ibidem subditur, nunquam ducit hominem de statu magis perfecto ad statum minus perfectum, set facit hominem *ascensiones in corde suo* disponere, ut in Psalmo dicitur. Ergo status religiosorum est perfectior quam status plebanorum.

Responsio. Dicendum quod perfectio spiritua-

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 21 scilicet] *om. P*^{1}*P*^{9}*, N*^{b}*Bx*^{1}*C*^{b}*Li* 23 conuersatione *scr. (cum M*^{7}*Sm : cf. app. fontium)* : conuersationem *codd(- M*^{7}*Sm)* 31 administrato] administrando Φ^{2b}(- *V*^{4}*, P*^{1}*P*^{9} ; *cf. Préf., p.* 116*a) 33 reperies] reperiet *Ed*^{19ss} *(cf. app. fontium)* 37 bene] *om.* Ψ 54 religiosis] religiosi Ψ(- sis *rest. sec.m. C*^{b}) 64 afflatus *scr. (cum P, P*^{1}*P*^{9}*)* : afflatu *codd (cett)* 65 canonica] canonico Ψ : canonicatu Φ^{2bGg} : canonia Φ^{2bP}, *Ed*^{20} : canonice *Ed*^{2} saluare] saluari Ψ 66 publica] lege publica Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}) 72 religiosorum] religionis Ψ

20-26 Bene — preferendus : *De dignitate sacerdotii*, lib. VI, c. 8 (ed., f. 68r ; Ms., f. 247ra ; SC 272, p. 330, 9-15) : « Bene inquam admonuisti dulcissime. Istorum enim nec recordari oportet cum de sacerdotio (-te *ed.*) fit (*?* sit) questio. Verum si quis in conuersatione multorum positus. potest imperturbatum illum nitorem plene sanctitatis et continencie splendorem. et alia monachorum bona et *(om. Ms)* incorrupta et inconcussa seruare, omnibus preferendus est ». 31-34 Si — regem : *De dignitate sacerdotii*, lib. VI, c. 6 (ed., f. 65v ; Ms., f. 246rb ; SC 272, p. 320, c. 5, 2-6) : « Porro si quis bene administrato sacerdotio illius propositi sudores conferat tantum eos distare reperiet. quantum inter priuatum distat et regem ». 39-47 Episcopi — religiosi : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Quodl. XIV*, a.1 (ed. Leon., t. XLI, p. B 60, u. 365-384), ad quem iam responderat Thomas, *De perf. spir. uite*, c. 24, arg.9 (u. 104-113) ; c. 27, ad 9 (u. 255-263). 48-56 Bonum — seruientes : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Quodl. XIV*, a.1 (ed. Leon., t. XLI, p. B 59, u. 306-311), ad quem iam responderat Thomas, *De perf. spir. uite*, c. 24, arg.5 (u. 59-62) ; c. 27, ad 5 (u. 132-208). 48-49 Bonum — priuato : De hoc adagio, cf. Th. Eschmann, *A Thomistic Glossary on the Principle of the Preeminence of a Common Good*, in *Mediaeval Studies*, 5 (1943), p. 123-165. 49-50 uita — contemplatiua : Cf. Cicero, *De officiis*, I XX 70 (ed. M. Testard^2, in Coll. ... Budé, Paris 1974, p. 139) : « fructuosior autem hominum generi et ad claritatem amplitudinemque aptior (uita) eorum qui se ad rem publicam et ad magnas res gerendas accommodauerunt » ; Innocentius III, in *Decretales Gregorii IX*, lib. I, tit. IX, c. 10, § 11 (Friedberg, II 111) : « licet illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera » (a Geraldo et Thoma laud., cf. adn. ad u. 48-56) ; unde iam Thomas, *In III Sent.*, d.30, q. unica, a.4, arg.2 : « ea que pertinent ad uitam actiuam sunt magis laboriosa et fructuosa quam ea que pertinent ad contemplatiuam ». 50-51 nullumque — animarum : Gregorius, *In Hiezech.*, I, hom. 12, n. 30 (CCSL 142, p. 200, u. 578-580) : « Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum », a Thoma iam laud. *De perf. spir. uite*, c. 20, 86-88, nec non (ex Geraldo, *Quodl. XIV*, 1 ; p. B 60, 411-412) c. 24, arg. 12 (u. 126-127). 57-61 Cui — meretur : Hic breuiter contrahere uidetur Thomas argumenta ex Augustino sumpta, cf. *De perf. spir. uite*, c. 23, u. 28-57 et 178-189. 62-67 quod dicitur — constringatur : Gratianus, *Decretum*, II P., Causa XIX, q.II, c. 2 (Friedberg, I 840, u. 7-11). — De hoc canone, Vrbano II a Gratiano falso adtributo, apud Thomam, cf. Th. Eschmann, *Das 'Privileg des heiligen Geistes' und der thomistische Begriff des Personalen*, in *Mediaeval Studies*, 6 (1944), p. 100-107 ; M. Duquesne, *Saint Thomas et le canon attribué à Urbain II*, in *Studia Gratiana*, I, Bononiae 1953, p. 417-434 (u. 63 « populum retinet » : uerba sensu carent, sed iam corrupta sunt apud Gratianum ; uerba originalia uerisimiliter erant : « proprium retinet »). 68 ibidem : *Decr., loc. laud.* (I 840, u. 2-3, 11-12) : « Lex uero priuata est, que instinctu S. Spiritus in corde scribitur ... Dignior est enim lex priuata quam publica. Spiritus quidem Dei lex est ... ». 71 in Psalmo : 83, 6.

lis uite ex caritate pensanda est, qua qui caret, spiritualiter *nichil* est, ut dicitur I ad Corinthios XIII, ab eius autem perfectione simpliciter aliquis dicitur esse perfectus, unde dicitur ad Colossenses III : *Super omnia ... caritatem habete, que est uinculum perfectionis.*

Amor autem uim transformatiuam habet, qua amans in amatum quodam modo transfertur; unde dicit Dionisius IV capitulo De diuinis nominibus : *Est autem extasim faciens diuinus amor, non sinens sui ipsorum amantes esse, set amatorum.* Quia igitur *totum et perfectum est idem*, ut dicitur in III Phisicorum, ille perfecte caritatem habet qui totaliter in Deum per amorem transfertur, se ipsum et sua omnino postponens propter Deum; unde Augustinus dicit, XIV De ciuitate Dei, quod sicut ciuitatem Babilonis facit *amor sui usque ad contemptum Dei*, ita ciuitatem Dei facit *amor Dei usque ad contemptum sui*; et in libro LXXXIII questionum quod *perfectio* caritatis est *nulla cupiditas*; et Gregorius etiam super Ezechielem dicit quod, *cum quis aliquid suum Deo uouet, et aliquid non uouet, sacrificium est; cum uero omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo uouerit, holocaustum est*, quod *Latina lingua dicitur totum incensum.* Cuiuscunque igitur mens sic est affecta interius ut se ipsum et omnia sua contempnat propter Deum, secundum illud Apostoli ad Philippenses III : *Que michi* aliquando *fuerunt lucra, arbitratus sum ... ut stercora, ut Christum lucrifaciam*, iste perfectus est, siue sit religiosus siue secularis, siue clericus siue laicus etiam matrimonio uinctus : Abraham enim matrimonio uinctus erat et diues, cui Dominus dicit, Genesis XVII : *Ambula coram me et esto perfectus*; et Ecclesiastici XXXI dicitur : *Beatus diues qui inuentus est sine macula et post aurum non abiit*; et post pauca subditur : *Qui probatus est in illo et perfectus inuentus est.*

Set aduertendum quod aliud est esse perfectum et aliud esse in statu perfectionis : sunt enim aliqui in statu perfectionis qui nondum sunt perfecti, set interdum etiam peccatores; sunt etiam aliqui perfecti qui in statu perfectionis non sunt.

Et quamuis status multa significet, et rectitudinem et firmitatem et si qua sunt alia huiusmodi, tamen cum dicimus aliquos esse in statu perfec-

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 77 XIII] VIII Ψ 79 que] quod *F (cf. app. fontium)* 87 perfecte (-tam *BaE*)] *om.* Ψ (totaliter *suppl. C*^{b}) 88 transfertur (transfert *M*^{7} : transferatur *Du*)] transformatur Φ *(cf. app. fontium)* 95 et Gregorius *scr. (F)* : Gregorius Φ : congregorius Ψ (9 *pro* ꝛ : tū *Bx*^{1} *: om. C*^{b}*M*^{7}) 98 uouerit *scr.* : uouit *codd* (uouet *P*^{1} : *om. Li*) 100 affecta] affectu Ψ 106-107 uinctus ... uinctus] vnctus ... vnctus *As* : iunctus ... iunctus *Ed*^{2,4ss} (*obsc. multi; sed cf. supra, a.* 14, 28 matrimonio ligatus) 108 Genesis XVII] in Gen. XVII Ψ (in *om. Li*) 112 aduertendum] auertendum Ψ 114 aliud] ad Ψ(- *Du*)

76 I ad Corinthios XIII : 2. 78-79 ad Colossenses III : 14 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 517) : « Super omnia autem haec caritatem quod est uinculum perfectionis » (*uar.* : « caritatem habete, quae). 81 transformatiuam : Hapax apud Thomam. 83-84 Dionisius IV c. De diuinis nominibus : § 12, a Roberto Grosseteste transl. (*Dionysiaca*, I, 215) : « Est autem et exstasim faciens diuinus amor, non sinens sui ipsorum esse amatores, sed amatorum » (sed pro « amatores » hab. « amantes » translatio Eriugenae). In suo commentario, IV, lect. 10, translationem Sarraceni exponit Thomas (« dimittens » pro « sinens »). 86-87 in III Phisicorum : Ar., *Phys.*, III, 207a13-14, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 128, 16-17) : « Totum autem et perfectum aut idem penitus omne aut proximum secundum naturam est ». 88 transfertur : « transformatur » habent exemplaria Parisiensia (cf. app. crit.). Re uera amorem amantem in amatum transformare uetus adagium est (cf. Hugo de Sancto Victore, *De arrha animae*, P.L., 176, 954 C), quod saepius laudat ipse Thomas, uelut *In III Sent.*, d.27, q.1, a.1, ad 2, 3 et 4; *In IV Sent.*, d.12, q.2, a.1, qla 1, ad 3; *Q. de malo*, q.6, arg.13 et ad 13; *Coll. de decem preceptis* (ed. Torrell, p. 26, 20-21). Sed amorem transferre etiam dicit Thomas, supra u. 82; *In III Sent.*, d.32, q.un., a.1, arg.3 : « Amor transfert amantem in amatum »; ad 3 : « amor omnis transfert quodam modo amantem in amatum »; cf. *I*^{a} *II*^{ae}, q.28, a.3 : « Secundum appetitiuam uero partem dicitur aliquis extasim pati quando appetitus alicuius in alterum *fertur*, exiens quodam modo extra se ipsum »; formalius esse uerbum « transferre » innuit Thomas, *Q. de malo*, q.6, ad 13 : « amor dicitur transformare amantem in amatum in quantum per amorem *mouetur* amans ad ipsam rem amatam ... ». 90 Augustinus ... XIV De ciuitate Dei : c. 28, 1-3 (CCSL 48, p. 451) : « Fecerunt itaque ciuitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem uero amor Dei usque ad contemptum sui » (cf. *In Ps. 64*, 2, CCSL 39, p. 823 : « Et uidete nomina duorum istarum ciuitatum, Babylonis et Ierusalem »), a Thoma laud. *I*^{a} *II*^{ae}, q.73, a.1, arg.3; *II*^{a} *II*^{ae}, q.16, a.6, arg.3; q.153, a.5, arg.3. 93-94 in libro LXXXIII questionum : Augustinus, *De diuersis quaestionibus octoginta tribus*, q.36, 1, u. 11-13 (CCSL 44 A, p. 54) : « caritatis ... perfectio nulla cupiditas ». 95 Gregorius ... super Ezechielem : II, hom. 8, n. 16 (CCSL 142, p. 348, u. 458-460) : « Cum enim quis suum aliquid Deo uouet, et aliquid non uouet, sacrificium est. Cum uero omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo uouerit, holocaustum est »; (*ibid.*, u. 456-457) : « Vnde et holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur ». 102-103 ad Philippenses III : 7-8. 108 Genesis XVII : 1. 109 Ecclesiastici XXXI : 8 (et + qui) et 10. 113-192 Set — purgandis : Etsi de statu perfectionis mentionem olim fecerat Thomas (uelut *C.G.*, III 130, t. XIV, p. 396b35-36), doctrinam tamen 'status' primo adumbrauit supra, *Quodl. I*, q.7, a.2 [14], ad 2 (u. 75-138); eam sponte plenius exposuit in *De perfectione spiritualis uite*, c. 18-23 (ed. Leon., t. XLI, p. B 89-99), et, postquam eam adgressus est Geraldus de Abbatisuilla in suo Quodl. XIV, a.1, ipsam defendit in *De perfectione spiritualis uite*, c. 24-29 (p. B 99-110), deinde hic in *Quodl. III*, a.17, in *Lectura in Matheum*, in XIX 21, et in *II*^{a} *II*^{ae}, q.183, a.1; q.184, a.4-5. Doctrinam Thomae denuo inpugnauit, sequens Geraldum, Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione et excellencia status clericorum*, lib. II, c. 21-28 (Ms. Paris Sorb. 228, f. 265rb-274va). 118-119 Et — huiusmodi : Quam multiplicitatem sensus Thomae opposuerat Geraldus, Quodl. XIV, a.1 (ed. Leon., t. XLI, p. B 57, 57-159) : « nota quod, sicut status uite corporalis implicat tria, et importat simpliciter hec eadem status uite spiritualis. Primo enim importat rectitudinem et erectionem; secundo stabilitatem, permanenciam et fixionem; tercio magnitudinem siue hominis longitudinem ... ». Ad quod argumentum, quamuis 'friuolum', fusius responderat Thomas, *De perf. spir. uite*, c. 27, 23-44, et adhuc respondebit *II*^{a} *II*^{ae}, q.183, a.1, ubi arg.1-3 ex tribus sensibus uerbi 'status' a Geraldo propositis sumuntur.

tionis, accipitur status pro condicione, secundum quod libertas uel seruitus dicitur status, prout consueuit dici quod error persone aut condicionis uel status impedit matrimonium, non autem error fortune aut qualitatis. Et hoc modo accipitur status, II, q. VI : *Si quando in causa capitali uel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores*, — id est procuratores, — *set per se ipsos est agendum*. Sic igitur accipiendo statum, illi proprie in statu perfectionis esse dicuntur qui se seruituti subiciunt ad opera perfectionis implenda ; manifestum est autem quod seruitus libertati opponitur ; libertas autem faciendi quodlibet per uotum tollitur, quia uoluntatis est uouere, necessitatis est reddere, ut supra dictum est ; unde qui se ad aliquid uoto obligat, in quantum necessitati se subicit, quodam modo constituit se seruum, libertate se priuans. Si quidem igitur aliquis se uoto obliget ad aliquod particulare opus implendum, constituit se quodam modo seruum, non simpliciter, set secundum quid, respectu scilicet illius ad quod se obligauit ; si uero simpliciter per uotum totam uitam suam dedicet Deo ad implenda ea que sunt opera perfectionis propter Deum, simpliciter se ipsum seruum constituit, et per hoc ponitur in statu perfectionis. Vnde et totum se Deo uouendo, holocaustum offerre dicitur, ut Gregorius dicit.

Hoc autem modo obligant totam uitam suam ad ea que sunt perfectionis episcopi in sua consecratione professionem quandam facientes qua obligantur ad curam gregis suscepti, secundum illud I ad Timotheum ultimo : *<Certa> bonum certamen fidei, apprehende uitam eternam, in quam uocatus es et confessus bonam confessionem coram multis testibus, — uel in ordinatione uel in predicatione*, ut Glosa dicit ; religiosi etiam in sua professione totam uitam suam obligant Deo ad ea que sunt perfectionis. Vnde et utrique serui dicuntur : dicitur enim II ad Corinthios IV : *Non enim predicamus nosmet ipsos, set Ihesum Christum ..., nos autem seruos uestros propter Ihesum*, quod pertinet ad episcopos ; religiosi etiam serui uel famuli nominantur, ut dicit Dionisius, VI capitulo Ecclesiastice ierarchie ; et ideo tam religiosi quam episcopi sunt in statu perfectionis. Vnde et utrisque in assumptione huius status sollempnis benedictio adhibetur, ut patet per Dionisium, VI et V c. Ecclesiastice ierarchie.

Archidiaconi autem uel plebani non obligant uoto totam uitam suam ad id quod cura gregis requirit, unde nec in eorum institutione aliqua eis

Φ (pecia 5) : Φ^1 *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 129 accipiendo] accipiendum Ψ 136 necessitati se] *inu.* Ψ 139 obliget] obligat Ψ 149 obligant] obligatum Ψ(-*M*^{7} : -gant *rest. sec.m. C*^{b}) 151-152 qua obligantur] quam obligatur Ψ(-*M*^{7}) 153 Certa *suppl. (cum AnM*^{1}*M*^{3}*, Ed*^{3}*, Ed*^{20}*) : om. codd* 154 quam] qua *As. sec.m. P*^{1} 165 Ecclesiastice] celestis Ψ 171 uoto] + ad Ψ

123 consueuit dici : Velut a Gratiano, *Decr.*, II P, Causa XXIX, q.1 (ed. Friedberg, I 1091-1092) ; a Petro Lombardo, *Sent.*, IV, d.30, c. 1 (ed. Brady, p. 437-439). 125-129 Et — agendum : Gratianus, *Decr.*, II P, Causa II, q.VI, c. 40 (Friedberg, I 481), a Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 18, 15-19 ; c. 27, 33-36 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.183, a.1, s.c. In Gratiano (quem laudat Thomas) uerba fontis iam corrupta erant ; nam fons est *Lex Romana Wisigothorum*, anno 506 ab Alarico II promulgata : « Si quando in causa capitali, similiter in causa status, id est ingenuitatis uel seruitutis, appellatum fuerit, non per procuratores, sed ipsis praesentibus est agendum, quia nemo absens aut capite damnari potest aut sententiam seruitutis excipere » ; cf. J. A. Robilliard, *Sur la notion de condition (status) en S. Thomas*, in *Rev. Sc. ph. th.* (1936), p. 104-107 ; J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas*, Paris 1955, p. 28-31. 135 supra : A.12, s.c.1. 148 Gregorius : Cf. supra, u. 95-100, cum adn. 149-157 Hoc — dicit : Thomae contradicit Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione et excellencia status clericorum*, lib. II, c. 27 : « Quod perpetua obligatio ad curam pastoralem non ponit episcopos in statu perfectionis », praecipue (Paris Sorb. 228, f. 272ra-rb) : « Quid igitur iste dicit, quia episcopus in sua ordinatione perpetuo se astringit ad pastoralem curam ? Discurrimus librum de ordinatione episcoporum, nec istud inuenire potuimus ... Et quod iste dicit, quia Apostolus hoc sentit, in hoc quod Thimotheo, I Thimotei VI <12>, ait : *Apprehende uitam eternam in qua uocatus es, confessus bonam confessionem coram multis testibus*, Glosa : *in ordinatione*, que confessio, ut iste sapiens doctor interpretatur, est perpetua obligatio ad curam. Quod quam ridiculum sit et falsum, ipsa Glosa [Lombardi, P.L., 192, 360 B] ibidem ostendit : *confessus es bonam confessionem*, Glosa : *id est illud quod fides exigit*. Nouimus enim quia electus, antequam consecretur, interrogatur de fide et articulos fidei expresse testatur, dicens et ad interrogata de fide respondens : *Credo*. Interrogatur etiam de moribus, si uelit uiuere caste, iuste et pie, et cetera huiusmodi, et ipse respondet : *Volo*. Et ista est bona confessio, quam coram multis testibus facit ». 153 I ad Timotheum ultimo : VI 12 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 610 : « in qua », sed uar. « in quam », cf. *Vetus Latina*, t. XXV 1, p. 618) iam laud. a Thoma, *De perf. spir. uite*, c. 19, 100-104. 157 Glosa : Petri Lombardi (P.L., 192, 360 A-B) : « Et hoc est quod subdit : *In quam* habendam *uocatus es, et*, etiam ideo debes quia *confessus es* iam *coram multis testibus*, uel in ordinatione uel in praedicatione, *bonam confessionem*, id est illud quod fides exigit ». 160 II ad Corinthios IV : 5. 164-165 Dionisius, VI c. Ecclesiastice ierarchie : a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, II, 1386), a Thoma fusius laud. *De perf. spir. uite*, c. 20, 11-18 ; c. 28, 34-44. 168 Dionisius VI et V Ecclesiastice ierarchie : c. VI (*Dionysiaca*, II, 1387-1391) : *Mysterium monachicae perfectionis* ; c. V (*ibid.*, 1350-1354) : *Mysterium sacerdotalis perfectionis*, ubi tam de simplici sacerdote quam de episcopo loquitur Dionysius, unde recte contra Thomam adseuerat Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione et excellencia status clericorum*, lib. II, c. 28 (Paris Sorb. 228, f. 272vb-274va) : « Quod maius sollempnitas exhibetur in susceptione clericatus quam in professione monachatus ». Sed in memoria habenda sunt uerba Thomae iam laudata (ad initium articuli) : (sacerdos) « in quantum est sacerdos ... in statu ponitur per sollempnem consecrationem » ; cf. adn. inseq. 172 in eorum institutione : Hoc est, non in eorum ordinatione sacerdotali, in qua solemnis benedictio eis adhibita est (cf. adn. sup.), sed « in commissione archidiaconatus uel parrochie », in qua nulla benedictio eis exhibetur ; cf. *De perf. spir. uite*, c. 23, 116-117 ; c. 28, 56-60.

benedictio adhibetur, que exhibetur monachis propter perfectionem assumptam, ut dicitur VI c. Ecclesiastice ierarchie. Et ideo ex hoc quod committitur eis cura parrochie uel archidiaconatus constituuntur quidem in aliquo officio, non autem assumuntur ad statum perfectionis, alioquin essent apostate dimittendo parrochias, et prebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. Nullus enim a statu perfectionis discedere potest nisi mortaliter peccando et apostatando.

Et inde est quod Dionisius in Ecclesiastica ierarchia perfectionem attribuit solis episcopis quasi perfectoribus et monachis quasi perfectis; illuminationem uero attribuit presbiteris tanquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem et sacro populo tanquam illuminandis; purgationem uero dyaconibus tanquam purgatoribus et ordini inmundorum tanquam purgandis.

Ad primum ergo dicendum quod ad omnes illas Crisostomi auctoritates breuiter responderi posset quod non loquitur de sacerdote parrochiali, set de episcopo, qui antonomasice sacerdos dicitur, quasi summus sacerdos, et hic modus loquendi est plurimum consuetus, ut sacerdotes episcopi nominentur. Et hec responsio uidetur congruere secundum intentionem operis, in quo Crisostomus Basilium consolatur de sua promotione : uterque enim erat in episcopum electus.

Vt tamen particulariter ad singula respondeamus :

Ad primum ergo dicendum quod, si quis consideret uerborum circumstancias, nichil ad propositum faciunt. Premittit enim : *Si illi qui in secretis habitant multorum sermonibus non mouentur, digna quidem est laude paciencia, non tamen ydoneum argumentum uere artis. Cum uero fuerit in mediis fluctibus et de tempestate nauem liberare potuerit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur*; et tunc concludit : *Ita igitur et nunc michi si talem aliquem adducas monachum qualem, ut secundum exagerationem dicam, Helyas fuit, tamèn quandiu solus est si non perturbatur neque grauiter peccat, quippe qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandus est qui traditus populis et multorum peccata ferre compulsus, inmobilis* perseuerat *et fortis*, quia *sicut in tranquillitate, ita in tempestate gubernauit semet ipsum*. Vbi manifestum est quod non comparat statum statui, set inpeccabilitatem inpeccabilitati : quod enim monachus in claustro habitans non peccet, non est ita euidens argumentum uirtutis sicut si presbiter uel episcopus uel quicunque rector populi in mediis perturbationibus abstinet a peccato, sicut non est argumentum tante industrie si gubernator absque periculo nauiget in mari tranquillo, ac si nauigaret in mari tempestuoso; et tamen ad industriam naute pertinet ut mare tempestuosum deuitet. Sic igitur ex premissis uerbis nichil aliud ostendi potest nisi quod periculosior est status habentis curam animarum quam monachi, et in maiori periculo innocentem se seruare maioris uirtutis est argumentum; unde maior uirtus requiritur ad hoc quod aliquis conseruet se a peccato inmunem inter populos quam in religione. Set maioris uirtutis est uitare pericula religionem intrando quam pericula non uitare : quanto enim aliquis magis amat suam salutem, tanto magis euitat sue salutis pericula.

Φ (pecia 5) : Φ^{1} *(AsPO)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EV*^{4}*, P*^{1}*P*^{9}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 186 perfectoribus] perfectioribus *edd (obsc. multi codd)* 196 antonomasice *scr. : uariant codd* (antono^{ce} *codices melioris notae* : antho- *multi* : -masice *BoSl* : -matice *Lo*^{1}*O*^{5}*V*^{6}*C*^{1}*Nh, BbFfM*^{4}*Ma, Ed*^{1,3}*, Ed*^{2} : -mastice *Pr* : auctoritate *multi* : canonice *Av, M*^{7}) 203 singula] singularia Ψ 207 Premittit] pretermittit Φ^{2b}(- *P*^{1}*P*^{9}) 207-208 habitant in secretis *tr.* Ψ 214 qualem *codd* (qual' *P* : quale *Bx*^{1})

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*I*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 231 naute *Incipit pecia 6*^{a} *in* Φ 234 in] tamen Φ^{1b}, Φ^{2b} 239 religionem] religionum Φ^{1a}, Φ^{2a} *(hom.om. pr.m. P*^{1}*)*

174-175 VI c. Ecclesiastice ierarchie : *Dionysiaca*, II, 1386,4 - 1387,2, a Thoma laud., *De perf. spir. uite*, c. 28, 33-47. 184-185 Dionisius in Ecclesiastica ierarchia : c. V, P. I, § 3 (*Dionysiaca*, II, 1325,2 - 1330,1); c. VI, P. I, § 1-3 (p. 1377-1387); sed hic doctrinam Dionysii commemorare uidetur Thomas ex summario quod ipse fecerat in *De perf. spir. uite*, c. 27, 74-87. 193-202 Ad primum — electus : Haec fere ad uerbum iterantur *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.8, ad 1. 197-199 hic — nominentur : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Quodl. XIV*, a.1 (ed. Leon., t. XLI, p. B 58, u. 230-243); Thomas, *De perf. spir. uite*, c. 24, 50-58; c. 27, 109-131. 201-202 Crisostomus — electus : Cf. Iohannes Chrysostomus, *De dignitate sacerdotii*, ab Anonymo transl., lib. I, c. 3 (ed., f. 3v; Ms., f. 227vb; cf. SC 272, p. 72, 4-6) : « Insonuerat autem quod assumendi essemus ad sacerdotii dignitatem », quod hodie plerique uiri docti non de electione ad episcopatum, sed de uocatione ad simplex sacerdotium intellegunt. 207 Premittit : Iohannes Chrysostomus, *De dignitate sacerdotii* ab Anonymo transl., lib. VI, c. 6, in fine (ed., f. 66r-v; Ms., f. 246va; cf. SC 272, p. 324, 20-27) : « Nam et si illi qui in secretis habitant multorum sermonibus non mouentur, digna quidem est laude paciencia. non tamen ydoneum argumentum uere artis. Cum uero fuerit in mediis fluctibus et de tempestate nauem liberare potuerit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur ». 213-221 Ita — semet ipsum : Cf. supra, adn. ad u. 6-10. — Adnotatione dignum est ad haec Chrysostomi (uel potius translatoris !) uerba adludere Thomam in sua *Lectura in Matheum*, in XIX 21 (Ms. Firenze Laur. Fiesol. 98, f. 93ra, penult.) : « Vnde in statu perfectiori est prelatus, etiam si des Heliam uel quemcunque ».

Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. Non enim dicit quod mallet esse *in officio sacerdotali* quam *in solitudine monachorum*, set quod mallet *placere* in hoc quam in illo. Quilibet enim sapiens magis uellet habere tantam uirtutem per quam posset etiam inter pericula securus existere, quam talem uirtutem qua posset extra pericula saluari. Set, quia presumptuosum est ut aliquis talem uirtutem se habere presumat per quam possit etiam inter pericula esse tutus, uirtuosius est quod se extra pericula ponat. Vnde ipse subdit : *Quod laudabam tanto studio et beatum pronunciabam*, scilicet *officium* administrationis *ecclesie, non utique defugerem, si ydoneum ad eius gubernationem me uiderem.* Prudenter ergo refugiebat, quia tantam uirtutem per quam ydoneus esset, non sibi superbe ascribebat.

Et similiter patet responsio ad tercium. *Si quis* enim *in conuersatione multorum positus, potest inperturbatum illum nitorem plene sanctitatis, et continencie splendorem et alia monachorum bona, incorrupta et inconcussa seruare, omnibus preferendus est.* Maioris enim uirtutis indicium est ut puritatem perfectam aliquis conseruet etiam inter pericula puritatis, quam si extra pericula conseruaret; set tamen parum amare puritatem suam conuincitur qui puritatis pericula non euitat, inter que difficillimum est et rarissimum omnimodam puritatem seruare. Sicut maxima puritas fuit beate Agnetis, que etiam in lupanari posita uirginalem puritatem seruauit; et tamen, quia puritatis amatrix erat, nunquam in lupanari suam uirtutem ostendere elegisset, set quanto magis puram mentem habebat, tanto magis lupanar propria uoluntate uitasset. Et simile est in omnibus talibus.

Ad quartum dicendum quod auctoritas illa non pertinet ad perfectionem uite, set ad differenciam dignitatis : sic enim priuatus distat a rege, sicut non habens prelationem ab habente. Hoc autem in questione non uertitur, an sit maior dignitate prelationis quicunque habens curam animarum religioso curam animarum non habente.

Ad quintum dicendum quod alia ratio est de episcopis et plebanis. Nam episcopi principalem populi curam habent, plebani autem et archidiaconi sunt subministratores et coadiutores eorum. Vnde dicitur, XVI, q. 1 : *Omnibus presbiteris et diaconibus et reliquis clericis attendendum est ut nichil absque proprii episcopi licencia agant; non utique missas sine suo iussu quisquam presbiterorum in sua parrochia agat, non baptizet, nec quicquam absque eius permissu faciat.* Et I ad Corinthios XII, dicitur in Glosa quod *opitulationes* sunt *qui maioribus ferunt opes, ut Titus Apostolo uel archidiaconi episcopis, gubernationes* uero sunt *minorum personarum* gubernationes, *ut sunt presbiteri.* Vnde, si quis recte consideret, hoc modo in regimine ecclesie comparantur archidiaconi et plebani ad episcopum sicut in regimine temporali prepositi et balliui ad regem; et ideo, sicut rex coronatur et inungitur in regno, non autem prepositi uel balliui, ita etiam episcopus in ecclesia, non autem archidiaconi et plebani. Et propter hoc episcopatus est ordo in comparatione ad corpus misticum, non autem plebanatus uel archidiaconatus, set officium tantum. Episcopis ergo similes sunt archidiaconi et plebani sicut coadiutores et ministri, set religiosi sunt episcopis similes in perpetua obligatione, que facit statum perfectionis.

Ad sextum dicendum quod aliqua duo opera uel in bono uel in malo possunt multipliciter ad inuicem comparari. Vno modo secundum suum genus, sicut dicimus continenciam uirginalem preminere in bono continencie uiduali, in malo uero homicidium furto. Et hoc modo uita actiua est fructuosior quam contemplatiua, set *contem-*

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 244 dicit] dicunt Ψ (dicitur *Du* : dicimus *M*^{7}) 248 posset] possit Ψ 249 qua] que Ψ(- *Du*) 254 beatum] bonum Φ^{1b}, Φ^{2b} : bene *DuLiSm* : verum *M*^{7} 255 ecclesie] ecclesiastice Φ 255 utique] ut licet Φ^{1b}, Φ^{2b} 259 ascribebat] astruebat *N*^{b} : astrigebat *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLi* : afferebat *Sm* 261 multorum] iustorum Φ^{1b}, Φ^{2b} *(corr. sec.m. Ba*^{1}*)* 270 est] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 274 erat] fuit Ψ 276 magis] minus *Ed*^{10ss} *(cf. a.in. inseq.)* 277 uitasset] visitasset *V*^{1} : elegisset *Ed*^{5ss} *(cf. adn. sup.)* 289 coadiutores] coauditores *O*, *EP*^{9}*V*^{4} 292 proprii episcopi] *inu.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 295 faciat] faciet Φ^{1b}, Φ^{2b}(- *P*^{9}) 297 ferunt] *?* fuerunt *Ba*^{1}, *N*^{b}*DuLi (obsc. multi)* opes] opem *M*^{7} *(cf. app. fontium)* 297-298 archidiaconi *scr. (cum dett, edd)* : archi. *uel* archiepiscopum *codd* 299 gubernationes] prelationes *sec.m. P*^{1} *(an recte ? cf. app. fontium)*

244 dicit : Cf. supra, arg.2, u. 11-14. 253 subdit : Cf. supra, arg.2, u. 16-18. 260-264 Si quis — preferendus est : Cf. supra, arg.3, u. 22-26. 271 beate Agnetis : Cuius legenda inserta erat in Liturgia Ordinis Praedicatorum, die 21 Ianuarii, Cod. Arch. Gen. O.P., XIV.L.1, f. 193v-194r. Cf. Thomas, *Sermo Osanna* (ed. Th. Käppeli, in *Arch. Fr. Praed.*, 13, 1943, p. 75) : « Exemplum habemus quod Agnes castitatem seruauit in lupanari ». 290 XVI, q.1 : *Decreti II*^{a} *Pars*, Causa XVI, q.1, c. 41 Cunctis (Friedberg, I, 773-774), a Thoma iam laud. *Contra impugn.*, c. 4, u. 426-433 ; *De perf. spir. uite*, c. 27, u. 324-330 ; cf. Molari, p. 66-67. 295-296 I ad Corinthios XII : 28. 296 in Glosa : Petri Lombardi (P.L., 191, 1657 C-D) : « opitulationes, id est eos qui in maioribus ferunt opes, ut Titus Apostolo uel archidiaconi episcopis ; gubernationes, scilicet minorum personarum praelationes, ut presbiteri sunt qui plebi documento sunt ».

platiua merito maior est quam actiua, ut Gregorius dicit in VII Moralium. *Zelus* etiam *animarum est sacrificium Deo* acceptissimum, si tamen ordinate fiat, ut scilicet primo homo habeat curam salutis sue, et postmodum aliorum; alioquin nichil *prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, anime uero sue detrimentum paciatur*, ut dicitur Mathei XVI. — Alio modo potest opus operi comparari in bono uel malo non secundum se, set in ordine ad alium actum, sicut abstinencia prefertur in bono sumptioni cibi, tamen assumere cibum cum aliquo propter caritatem prefertur abstinencie; et in malo adulterium prefertur furto, tamen furari gladium ad occidendum est grauius quam adulterium. — Tercio prefertur opus operi in bono uel malo ex uoluntate facientis : quod enim promptiori uoluntate fit, melius uel peius iudicatur.

Si ergo comparemus opera plebani uel archidiaconi operibus religiosorum tercio modo comparationis, scilicet secundum promptitudinem uoluntatis, tunc incertum iudicium est, quia ille qui ex feruentiori caritate operatur, opera magis meritoria habet. — Si uero comparentur secunda comparatione, per ordinem ad aliquod aliud opus, sic opera religiosi sunt incomparabiliter eminentiora operibus archidiaconi uel plebani. Ea enim que religiosi agunt, ad illam radicem referuntur qua totam uitam suam Deo deuouerunt; unde non est pensandum quid faciant, set magis quod ad quelibet facienda se deuouerunt; et sic quodam modo comparantur ad eos qui aliquod singulare bonum opus faciunt sicut infinitum ad finitum. Qui enim dat se alicui ad faciendum omnia que iubet, in infinitum magis se dat ei quam ille qui dat se ei ad aliquod opus faciendum. Vnde, supposito quod religiosus secundum exigenciam sue religionis faciat aliquod opus quod sit paruum secundum se, set tamen recipit magnam intensionem ex ordine ad primam obligationem qua se totum Deo dedit. — Si uero comparentur ipsa opera secundum se, secundum primum modum comparationis, sic aliqua particularia opera que plebani faciunt uel archidiaconi, sunt maiora aliquibus particularibus operibus que religiosi faciunt, sicut maius est intendere saluti animarum quam ieiunare uel silentium tenere uel aliqua huiusmodi. Si tamen omnia omnibus comparentur, multo maiora sunt opera religiosorum : etsi enim procurare salutem aliorum sit maius quam intendere sibi soli, loquendo in genere, tamen non quocunque modo intendere saluti aliorum prefertur ei quod est quocunque modo intendere sue saluti. Si enim aliquis totaliter et perfecte intendat sue saluti, multo maius est quam si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum, si saluti proprie, etsi sufficienter, non tamen perfecte intendat.

Ad septimum dicendum quod bene administrare aliquid est et plus et minus. Vnde, si illius cui est plus commissum, tanto sit melior administratio quanto maius est quod ei committitur, absque dubitatione plus meretur. Si uero ille cui minus committitur, multo plus facit quam ille cui maius committitur, etiamsi bene faciat, tamen alius plus meretur. Quod etiam in rebus humanis apparet : qui minus beneficium percipit, si plus seruiat, magis debet esse acceptus. Quamuis autem habenti curam animarum sit plus commissum quantum ad dignitatem, quia tamen religiosus maiora opera facit, ut dictum est, magis meretur.

<Questio 7>

Deinde quesitum est de hiis que pertinent ad laycos.

Et primo de matrimonio, utrum scilicet mulier que post uotum continencie emissum contraxit matrimonium in facie ecclesie, possit absque peccato uiro suo carnaliter commisceri; secundo de usura, utrum aliquis possit licite retinere illud quod acquirit licitis mercimoniis de pecunia usuraria.

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 322 VII] VI *An, Ed*^{30} 324 fiat] fuerit Φ^{1b}, Φ^{2b} 339 ergo] igitur Ψ(- *N*^{b}) 341 scilicet] uel Φ^{1b}, Φ^{2b} : secundum quod *pr.m. C*^{b} (scilicet *sec.m.*) : *om. Li* 348 agunt] *om.* Ψ (*suppl.* faciunt *AnF* : agunt *M*^{7}*M*^{1}*M*^{3}*V*^{1}) illam radicem] *?an* obligationem (*cf. u.* 360-361) 356 ei[2]] *om.* Φ^{1a}, Φ^{1b} *(suppl. sec.m. P*^{1}*), M*^{7} 361 totum] coram Φ^{2a}, Φ^{2b} 368 tamen] autem Φ^{1b} omnia] *om.* Φ^{1b} 370-371 aliorum] animarum Φ^{1b} 375 intendat] intendit Φ^{1b}, Φ^{2b} *(hom.om. E)* maius] magis Φ^{1a}, Φ^{2a}, *M*^{7}*Sm* 377 proprie] sue Ψ 380 et[1]] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 381 est] *om.* Φ^{1a}, Φ^{2a} : *suppl. post* commissum Φ^{1b}, Φ^{2b} tanto] multo Ψ 385 committitur] + multo Ψ 386 in] ex Φ^{1b}, Φ^{2b}

7 suo] *om.* Ψ 9 acquirit] acquiritur *Ed*^{4ss}

321-322 Gregorius ... in VII Moralium : Immo in VI XXXVII 61 (CCSL 143, p. 330, u. 190-191) : « Quia enim contemplatiua minor quidem tempore, sed merito maior est quam actiua ... ». 322-323 Zelus — acceptissimum : Cf. supra, arg.6, u. 50-51, cum adn. 328 Mathei XVI : 26.

<Q. 7, a. 1 [18]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod mulier que post uotum continencie emissum, in facie ecclesie contraxit cum aliquo, possit ei postmodum absque peccato carnaliter commisceri.

<1> Quod enim fit auctoritate ecclesie, caret peccato, cum fiat auctoritate Christi, secundum illud Apostoli, II ad Corinthios II : *Nam et ego quod donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi*; set predicta mulier ex hoc ipso quod in facie ecclesie contraxit matrimonium, auctoritate ecclesie potestatem accepit ad matrimonii actum, qui est carnalis copula; ergo non peccat, si uiro suo carnaliter commisceatur.

Set contra. Votum continencie est excellentius quam uotum abstinencie, quia *non est digna ponderatio continentis anime*, ut dicitur Ecclesiastici XXVI; set qui facit contra uotum abstinencie, peccat mortaliter, puta si aliquis frangeret ieiunium sexte ferie, qui semper se in sexta feria ieiunaturum uouisset; ergo multo magis semper peccat mortaliter persona que contra uotum continencie emissum alteri persone carnaliter commiscetur.

Responsio. Dicendum quod uotum continencie est duplex : simplex scilicet et sollempne. *Sollempne autem uotum continencie impedit matrimonium contrabendum et dirimit iam contractum*, id est facit ut non sit matrimonium quod contrahitur post uotum sollempne; unde manifestum est quod post uotum sollempne non excusatur a peccato si quis matrimonium in facie ecclesie de facto contrahat et carnali copula utatur. — *Votum uero simplex impedit quidem matrimonium contrahendum, set non dirimit iam contractum* : non enim facit quod matrimonium sequens sit nullum, set solum quod matrimonium contrahens mortaliter peccat. Matrimonio autem existente, *mulier non habet sui corporis potestatem, set uir*, et *similiter* e conuerso; nullus autem potest alteri denegare quod eius est, et ideo mulier matrimonio iuncta, etiamsi simplex uotum precesserit, non potest denegare uiro sui corporis usum, precipue postquam fuerit matrimonium per carnalem copulam consummatum; nemo autem faciens quod debet, peccat; unde communiter ab omnibus dicitur quod mulier que post uotum simplex continencie matrimonium contractum carnali copula iam consummauit, non peccat reddendo debitum uiro. Set an peccet exigendo debitum, dubium uidetur, quibusdam dicentibus quod etiam absque peccato exigere potest, ne intolerabile sit sibi matrimonii onus; set uerius dici uidetur quod non peccat reddendo, quia hoc necessitatis est, peccat autem exigendo, quia hoc est uoluntatis, que tenetur astricta per obligationem precedentis uoti.

Huius autem diuersitatis ratio est quia uotum sollempne habet promissionem cum quadam traditione (unde uotum continencie non sollempnizatur nisi uel per susceptionem ordinis sacri, per quem homo actualiter diuino cultui mancipatur, uel per professionem ad certam regulam et susceptionem habitus professorum, quia sic etiam homo actualiter mancipatur ad seruiendum Deo in religione); uotum autem simplex habet promissionem sine traditione. Manifestum est autem quod, postquam aliquis rem que erat sue potestatis, alicui non solum promittit, set etiam tradit, non potest eam ulterius alteri dare, puta equm uel uestem aut similia, et, si postmodum alteri donare uoluerit, secunda donatio non

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 14 cum aliquo] *om.* Ψ 19 quid *scr. (cum M*^{1}*M*^{3}*F, edd)* : quod *codd* 22 accepit] Ψ (accepit *rest. sec.m. C*^{b}) 32 persona] + autem Φ^{1b}, Φ^{2b} 40 manifestum] matrimonium Φ, V^{1} 51 iuncta] coniuncta Φ^{1b}, Φ^{2b} (*pro* iuncta *in plerisque codicibus legi potest* uincta; *cf. supra, a.17, u. 106-107, cum app. crit.*) 55 consummatum] consignatum Ψ(- *N*^{b}, *sec.m. C*^{b}) 56 dicitur ab omnibus *tr.* Ψ 57 que] + est Φ^{1b}, Φ^{2b} 58-59 iam consummauit] *inu.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 65 est^{1}] *om.* Ψ (*suppl. sec.m. C*^{b} : *ante* necessitatis *M*^{7}) 66 que] qua *An, Ed*^{5ss} 69 promissionem] missionem Φ (pro- *rest. sec.m. P*^{1}*EV*^{4}), V^{1} 74-75 sic etiam] *inu.* Ψ 79 solum] simul Ψ (solum *rest. sec.m. Bx*^{1}*C*^{b}*Li*) 81 aut] et Φ^{1b}, Φ^{2b} (uel *E*) 82 donatio] datio Φ^{1b}, Φ^{2b}(- *P*^{9})

A.18 Parall. : *In IV Sent.*, d.38, q.1, a.3, qla 2 et 3 (= *Suppl.*, q.53, a.1 et 2); *Quodl. VIII*, q.5, a.3 [10]; *Quodl. X*, q.5, a.3 [11]. 18 II ad Corinthios II : 10. 27-28 Ecclesiastici XXVI : 20 (*Biblia sacra*, t. XII, p. 262) : « omnis autem ponderatio non est digna continentis animae ». 36-38 Sollempne — contractum *et* 43-45 Votum — contractum : Cf. *Decretales Gregorii IX*, lib. IV, tit. VI, c. III-VII (Friedberg, II 685-687). Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.10, u. 12, cum adn.; *Quodl. X*, a.11, u. 23-24, cum adn. 38-39 id est — matrimonium : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III, tr. I, c. III, q.3 (ed. Ribaillier, t. III 2, p. 982, 66-67) : « id est facit quod non sit matrimonium ». 48-50 mulier — e conuerso : Cf. *Ep. I ad Cor.*, VII 4 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 205) : « mulier sui corporis potestatem non habet sed uir. similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier ». 61 quibusdam : Cf. opinio a Bonauentura reprobata, *In IV Sent.*, d.38, a.2, q.1, ad 3 (IV, p. 821a) : « dicunt quod, cum consummatur matrimonium, tunc omnino absoluitur a uoto, sed debet de eo penitentiam agere quia uotum uiolauit; unde dicunt quod potest debitum soluere et petere »; cf. etiam Albertus, laud. supra, *Quodl. X*, a.11, adn. ad u. 30. 63 uerius dici uidetur : a Bonauentura, cf. supra, *Quodl. X*, a.11, adn. ad u. 27. 68-77 Huius — traditione : Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.10, u. 20-37, cum adn.

ualet; unde, postquam aliquis per uotum sollempne continencie corpus suum Deo non solum promisit, set etiam tradidit ad celibem uitam agendam, non potest illud ulterius coniugi tradere, ut sic ex necessitate reddere debitum teneatur. Qui uero promittit aliquid alicui, nondum tamen tradit illud, unde, si postmodum alteri actualiter illud tradat, licet promissionis fidem frangat, tamen secunda donatio ualet, ita quod ille cui datur potest re data uti ut uult; sic igitur persona que per simplex uotum Deo corpus suum promisit ad celibem uitam ducendam, si postmodum corporis sui potestatem actualiter tradat coniugi per matrimonium consummatum, peccat quidem frangens fidem uoti, tamen donatio tenet et coniux habet in eius corpore potestatem, unde non peccat debitum reddens.

Vnde oportet ad utrumque respondere.

Ad primum ergo dicendum quod mulier que emisit uotum continencie, contrahens in facie ecclesie, non accipit ab ecclesie auctoritate <potestatem> ut carnali copula utatur, quia, si ecclesie constaret de uoto emisso, matrimonium inhiberet. Si autem sciret et dispensaret in uoto simplici continencie auctoritate Apostolica, post dispensationem non peccaret mulier neque exigendo neque reddendo debitum.

Ad secundum, quod est in contrarium, dicendum quod eadem ratio est et in uoto continencie et in uoto abstinencie. Sicut enim persona que post uotum simplex continencie emissum sui ipsius potestatem coniugi tradit, absque peccato carnali copula utitur debitum reddens, ita, si post uotum abstinencie sui ipsius potestatem alteri tradat religionem intrando, absque peccato potest ieiunium soluere secundum obedienciam prelati et obseruanciam religionis, per quod uotum sollempnizatum ab aliis uotis absoluitur.

<a. 2 [19]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod quicquid aliquis de pecunia usuraria lucratus fuerit, reddere teneatur.

Dicit enim Apostolus ad Romanos XI : *Si radix sancta, et rami*; ergo et e contrario, si radix infecta, et rami; set radix huius lucri est infecta et usuraria; ergo totum est infectum et usurarium; non ergo potest licite huiusmodi lucrum retinere.

Set contra. Quilibet potest licite tenere id quod legitime acquisiuit; set id quod acquiritur de pecunia usuraria, interdum legitime acquiritur; ergo licite potest retineri.

Responsio. Dicendum quod huius questionis ueritas poterit apparere, si consideretur ratio quare usuram accipere sit peccatum. Non enim est peccatum solum quia est prohibitum, set quia est contra rationem naturalem, ut etiam Philosophus dicit in I Politice.

Ad cuius euidenciam considerandum quod rerum in usum hominis uenientium quedam sunt quorum usus non est ipsius rei consumptio, et, si contingat rem deteriorari uel consumi per usum, hoc est per accidens; sicut domus, uestis, equs, liber et huiusmodi : non enim uti libro est delere

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 84 non solum Deo *tr.* Ψ 86-87 tradere] dare Φ^{1b}, Φ^{2b} 89-90 alteri actualiter illud tradat (-dit *BaP*^{1}), licet] illud tradat alicui Φ^{1b}, Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 118*a) 91 frangat] frangit Φ^{1b}, Φ^{2b} 91 donatio] datio Φ^{1b}, Φ^{2b} 92 igitur] ergo Φ^{1b}, Φ^{2b} 93 corpus] tempus Φ^{1a}, Φ^{2a}, Ψ 94 ad] *om.* Φ(- *Ba*^{1}*E*) 95-96 tradat coniugi actualiter *tr.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 97-98 donatio tenet] *om.* Φ^{1a}, Φ^{2a} 98 corpore] corpus *M*^{1}, *Ed*^{19ss} 103-104 ab ecclesie auctoritate <potestatem> *scr.* (*cf. supra. u.* 21-22) : ab ecclesia auctoritatem *codd, edd* 115 si] quod Φ^{1b}, Φ^{2b} 117 tradat] tradit Φ, *M*^{7}*Sm* 119 per quod] quia per *Ed*^{10ss}
6 et e contrario] e conuerso *Ed*^{5ss} si] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b}(- *E*) 9 licite] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} : *post* lucrum *Li* 11 id] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} : *s.u. pr.m. N*^{b} 16 quare] + scilicet Ψ(- *Li*) 22 quorum *codd, Ed*^{2} : quarum *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{4ss}

A.19 Parall. : *In III Sent.*, d.37, q.un., a.6; *Q. de malo*, q.13, a.4; *II*^{a} *II*^{ae}, q.78, a.1 et 3; *Coll. de decem preceptis*, 7^{m} preceptum (ed. Torrell, p. 254, 27-37). 5 ad Romanos XI : 16. 6-9 si — retinere : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, Lib. III, tr. 48, c. 4 (ed. Ribaillier, p. 935-36 et 937, u. 28-35 et 71-76) : « Sed sunt alii casus difficiles de restitutionibus usurarum. Est enim aliquis usurarius, qui mille libras tantum habuit de usura, et ex illis multa acquisiuit postea non per usuram, ita quod modo habet mille libras, et preterea possessiones que ualent annuatim quinquaginta libras; queritur utrum teneatur totum restituere? Videtur quod sic, quia *si radix mortifera, et arbor; si arbor, et rami*; ergo cum prima pecunia sit fenebris, *totum* quod ex ea acquisitum, *fenebre est*; ergo totum restituendum est... Solutio. Ad primum casum dicimus, sine preiudicio melioris sentencie, quo usurarius tenetur restituere ex toto, excepto hoc quod recta ratio dictaret eum retinere (*scr. cum ed. Pigouchet*, f. 226rb : reddere *Rib.*) pro labore et industria sua; deberet autem hoc facere propter tres causas simul sumptas, uidelicet quia *totum* quod habet *mortiferum est propter radicem*, et quia fuit in mora restituendi, et quia raptor est ». 19 in I Politice : Ar., *Pol.*, I, 1258a38-b8, a Guillelmo de Moerbeke transl. (cf. Thomas, *In Pol.*, ed. Leon., t. XLVIII, p. A 104, cum expositione Thomae, p. A 107). 21-46 rerum — iniustum : Hanc doctrinam iam quodam modo adumbrauerat saec. V Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, Hom. 38, in Mt XXI 12 (P.G., 56, 840) : « Adhuc dicit aliquis : qui agrum locat ut agrariam recipiat, aut domum ut pensiones recipiat, num est similis ei qui pecuniam dat ad usuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem

ipsum, neque uti domo est destruere ipsam. Et in talibus aliud est dare usum rei et aliud est dare substanciam rei, et propter hoc, quando per accommodationem usus talis rei alteri conceditur, non propter hoc dominium rei transfertur; et propter hoc etiam potest uendi usus rei, dominio rei remanente apud dominum, sicut patet in conductione et locatione, qui sunt contractus liciti. — Quedam uero res sunt quarum usus nichil est aliud quam consumptio ipsarum rerum, sicut pecunia qua utimur expendendo, uinum quo utimur bibendo, et sic de aliis huiusmodi, in quibus uti re nichil est aliud quam consumere ipsam. Et ideo in talibus quando conceditur usus rei per mutuum, transfertur etiam rei dominium. Quia igitur usus rei non est separabilis ab ipsa re, quicunque uendit usum talium rerum retinendo sibi obligationem ad sortem reddendam, manifestum est quod idem uendit bis, quod est contra naturalem iusticiam, et ideo exigere usuram est secundum se iniustum.

Tenetur ergo aliquis id quod accipit ultra sortem restituere, quia iniuste accepit, et per consequens dampna et interesse. Set, cum ipsius pecunie usurarie non sit alius usus quam ipsa eius substancia, ratione iam dicta, patet consequenter quod, ex quo pecuniam usurariam reddit, de usu pecunie nichil reddere tenetur. Teneretur autem reddere aliquis id quod lucratus esset de domo aliena uel equo uel aliquo huiusmodi, etiam postquam res huiusmodi reddidisset, quia in talibus appreciatur res et usus rei.

Ad illud ergo quod in contrarium obicitur, dicendum quod pecunia usuraria non se habet per modum radicis ad lucrum quod de ea fit, set solum per modum materie. Radix enim aliqualiter habet uirtutem cause actiue, in quantum ministrat alimentum toti plante; unde in humanis actibus uoluntas et intentio comparantur radici, qua, si peruersa fuerit, opus erit peruersum. Non autem hoc est necessarium in eo quod est materiale : potest enim aliquis interdum malo bene uti.

<Questio 8>

Deinde quesitum est de hiis que pertinent communiter ad omnes homines; et primo quantum ad animam; secundo, quantum ad corpus; tercio, quantum ad actum hominis.

Circa animam quesita sunt tria : primo, quantum ad substanciam eius, utrum sit composita ex

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*[1]*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*[1]*EP*[9]*V*[4]*)*; Ψ *(N*[b]*, Bx*[1]*C*[b]*DuLiM*[7]*Sm)* 32 remanente] manente Φ^{1b}, Φ^{2b} 36 expendendo] tñ (= tamen, *? pro* in) expendendo Φ^{1b}, Φ^{2b} (tñ = tantum *E*) 50 alius] aliud Φ^{1a}, Φ^{1b}, *Sm* (*uerbum insequens* usus *om. Sm*) 55 uel[1]] + de Φ^{1b}, Φ^{2b} 60 per] ad Φ^{1b}

usum disposita est, sicut ager uel domus, sed ad pretium emendi uel uendendi. Secundo, quoniam qui agrum habet, arat eum et fructum accipit ex eo, similiter et qui domum habet, usum mansionis capit ex ea; ideo qui locat agrum uel domum, usum dare uidetur et pecuniam accipere, et quodam modo quasi commutare uidetur lucrum cum lucro; pecuniam autem si repositam in seculo teneas apud te, nullum usum capis ex ea. Tertio, ager uel domus utendo ueterascit, pecunia autem cum fuerit mutuata nec minuitur nec ueterascit». Pseudo-Chrysostomi uerba in *Decreto* inseruit, post saec. XII med., quidam Gratiani discipulus (*Decretum*, I[a] Pars, d. LXXXVIII, c. XI; Friedberg, I 308-309), e quo pendent theologi saec. XII-XIII (cf. G. Le Bras, *Usure*, in *Dict. théol. cath.*, XV, col. 2338-2339), uelut : Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III, tr. 48, c. 1, q.2 (ed. Ribaillier, p. 912-913, u. 23-25 et 45-54) : «Item, licet conducere equos, domos, uasa aurea et argentea pro lucro; ergo multo fortius denarios, qui magis utiles sunt; et sic licet dare ad usuram... Ad ultimo obiectum dicimus quod <non> eo modo quo licet equum concedere pro lucro, licet concedere nummos pro lucro. Equus enim conceditur locando nec transfertur dominium in locatione, unde iustum est quod iste cuius est equus habeat aliquod emolumentum pro usu equi sui. Et sic posset fieri in pecunia si non transferretur dominium; sed in mutuo transfertur dominium (est enim mutuum quasi de 'meo tuum'), unde, cum pecunia data ad usuram transeat ad dominium accipientis, usus illius pecunie est accipientis et, cum ipsa pecunia sit sua, pro usu rei sue non est iustum quod alius habeat emolumentum, immo contra ius est. Et propter hoc usura est peccatum»; Albertus, *In III Sent.*, d.37, a.13, ad 9 (ed. Borgnet, t. 28, p. 708) : «Sed qui opinantur quod in usura transit dominium, aliter soluunt dicentes quod non est simile, quia in locatione domorum uel aliarum rerum non transfertur dominium et ideo potest dominus illorum uendere usum ad tempus; sed in mutuo transfertur dominium (hoc enim sonat mutuum quasi de meo facio tuum) et ideo usum uendere non potest, cum non sit sua res quam mutuat» («non sit» cod. Napoli Naz. VII C 19, f. 80rb5; «tamen sit *ed.*); Bonauentura, *In III Sent.*, d.37, dub. 7 (III, p. 836a) : «Similiter non est simile de aliis possessionibus et de pecunia, et hoc triplici ex causa. Prima quidem est quia in mutuatione pecunie transfertur pecunia in dominium alterius (et huius signum est quia non tenetur illam eandem numero reddere, sed illi consimilem), in accommodatione autem domus uel equi dominium non transfertur. Alia uero ratio est quia pecunia dum in usum uertitur non consumitur nec deterioratur, non sic autem est de aliis rebus, que secundum quod magis et diutius eis utimur, magis tendunt ad defectum. Tercia uero ratio est quia pecunia, quantum est de se, per se ipsam non fructificat, sed fructus uenit aliunde, non sic autem est circa res alias, que de se ipsis afferunt fructum et utilitatem, et ideo non est simile»; *De decem preceptis*, coll. 6, n. 19 (t. V, p. 528b). 49 dampna et interesse : A saec. XVII in lingua Gallica uerbum «intérêt» idem ualet atque in Latino «fenus»; sed usque ad saec. XVII uerbum Gallicum «interest» idem ualebat atque «dommage», «préjudice» (cf. Fr. Godefroy, *Dictionnaire de l'ancienne langue française*, t. IV, p. 598) et respondebat uerbo Latino «interesse» (subst. indecl.) qui idem ualebat atque «damnum»; cf. Du Cange, *Glossarium* (ed. Parisiis 1735, t. III) : «damna et interesse... Gall. Dommages et interests : quibus verbis et damnum illatum et lucrum inde cessans indicantur». In iure, uerba etiam significant pretium constitutum ad damnum resarciendum. De 'interesse', cf. etiam Hostiensis, *Summa aurea*, lib. II, De sententia, n. 7 (ed. Lugduni 1556, f. 178v-179r), in expositione *Codicis Iustiniani*, VII 47 De sententiis quae pro eo quod interest proferuntur (ed. Krueger, *Corpus Iuris Civilis*, t. II, repr. 1967, p. 316), nec non ipse Thomas, *Q. de malo*, q.13, a.4, arg.14 et ad 14.

materia et forma; secundo, quantum ad cognitionem eius; tercio, quantum ad penam ipsius.

<a. unicus [20]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima sit composita ex materia et forma.

Intellectus enim humanus comparatur ad substancias intellectuales superiores per recessum simplicitatis; set omne quod recedit a simplici, incidit in aliquam compositionem, prima autem compositio est ex materia et forma; ergo anima humana est composita ex materia et forma.

Set contra est quod Philosophus dicit in III De anima, quod species rerum materialium prout sunt in ipsis rebus non sunt intelligibiles actu quia sunt in materia; set prout sunt in anima intellectiua humana, sunt intelligibles actu; ergo non sunt in materia; non ergo anima humana est composita ex materia et forma.

Responsio. Dicendum quod, si materia dicatur omne illud quod est in potencia quocunque modo et forma dicatur omnis actus, necesse est ponere quod anima humana et quelibet substancia creata sit composita ex materia et forma. Omnis enim substancia creata est composita ex potencia et actu : manifestum est enim quod solus Deus est suum esse, quasi essencialiter existens, in quantum scilicet suum esse est eius substancia, quod de nullo alio dici potest; esse enim subsistens non potest esse nisi unum, sicut nec albedo subsistens posset esse nisi una. Oportet igitur quod quelibet alia res sit ens participatiue, ita quod aliud sit in eo substancia participans esse et aliud ipsum esse participatum. Omne autem participans se habet ad participatum sicut potencia ad actum. Vnde substancia cuiuslibet rei create se habet ad suum esse sicut potencia ad actum. Sic igitur omnis substancia creata composita est ex potencia et actu, id est ex eo quod est et esse, ut Boetius dicit in libro De ebdomadibus, sicut album componitur ex eo quod est album et albedine.

Si uero materia proprie accipiatur id quod est potencia tantum, sic inpossibile est quod anima humana sit composita ex materia et forma.

Et hoc potest manifestari dupliciter.

Primo quidem ex eo quod est intellectualis substancia. Manifestum est enim quod intellectus in actu est intellectum in actu; intellectum autem in actu est aliquid in quantum est inmateriale : est enim aliquid perfecte cognoscibile in quantum est actu, non autem in quantum est in potencia, ut dicitur in IX Methaphisice. Vnde, cum materia sit ens in potencia, forma in materia existens non potest esse perfecte cognita ut intellecta in actu. Vnde sequitur quod nulla substancia intellectiua cuius perfectio est ipsum intellectum in actu, sit materialis, eo quod *oportet perfectionem proportionari perfectibili.*

Secundo apparet idem ex hoc quod anima est forma. Cum enim forma sit actus, et id quod est potencia non possit esse actus, inpossibile est quod aliquid compositum ex materia et forma, secundum se totum sit forma. Si igitur anima, que ponitur componi ex materia et forma, sit forma secundum aliquam sui partem, que est actus cuius nulla pars est materia, sequetur quod anime pars non sit materia : hoc enim dicimus animam quod est actus corporis animati.

Ad id uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod potencia et actus sunt prima principia in genere substancie, materia autem et

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 32 enim] autem *As, N*^{b} 34 eius] sua Φ^{1b}, Φ^{2b} 37 posset] possit V^{4}, Ψ(-*Du*) : non posset *Ed*^{2} : non potest *An, Ed*^{4ss} una] unum *(exp.)* una *Li* : unum *Ed*^{2,4ss} 49 id] pro illo *Ed*^{2,4ss} 55 autem] *om.* Ψ 68 potencia] in *praem. P, Sm, Ed*^{2,4ss}

A.20 Parall. : *In I Sent.*, d.8, q.5, a.2 ; *In II Sent.*, d.17, q.1, a.2 ; *Quodl. IX*, q.4, a.1 [6] ; *C.G.*, II 50 ; *Q. de anima*, q.6 ; *Q. de spir. creat.*, a.1 ; a.9, ad 9 ; *I*^{a}, q.75, a.5. Cf. supra, ad *Quodl. IX*, a.6. 19-20 Philosophus... in III De anima : Ad sensum, Ar., *De anima*, III, 430a5-7, transl. Iacobi a Guillelmo recogn. (in Thoma, *In De anima*, ed. Leon., XLV 1, p. 214). 46 Boetius... in libro De ebdomadibus : Cf. supra, *Quodl. IX*, a.6, u. 123, cum adn. 54-55 intellectus in actu est intellectum in actu : Cf. Ar., *De anima*, III, 430a3-4, transl. Iacobi a Guillelmo recognita (ed. Leon., t. XLV 1, p. 214) : « In hiis (+ quidem *M*) enim que sunt sine materia, idem est intellectus (intelligens *M*) et quod intelligitur ». 59 in IX Metaphisice : Cf. Ar., *Met.*, 1051a29-33 (uide adn. ad Thomam, *In De anima*, III 3, 91, ed. Leon., t. XLV 1, p. 216, nec non ibid., Préf., p. 277*a1). 64-65 oportet — perfectibili : Hoc adagium iam inuenitur c. 1250 apud Albertum, *In Dion. De diu. nom.*, c. 2 (ed. Col., t. XXXVII 1, p. 81, 15-16) : « omnis enim perfectio proportionata est perfectibili » ; deinde apud Bonauenturam, *In I Sent.*, d.8, p. 2, a. unicus, q.3, fund. 5 (p. 170b) : « cum proportio sit perfectionis ad perfectibile » ; *In II Sent.*, d.18, a.2, q.1, fund. 2 (p. 445a) : « perfectionem et perfectibile necesse est ad inuicem esse proportionabilia » ; a.2, q.2, ad 5 (p. 451b) : « cum proportio debeat esse perfectionis ad perfectibile », et 19 in locis apud Thomam (cf. adn. ad *In Boethium De ebd.*, II, 280-281, ed. Leon., t. L, p. 273). — Cf. adagium simile : « perfectio et perfectibilis sunt unius generis », Thomas, *C.G.*, II 55, de quo uide adn. ad Anonymi..., *Lectura in librum De anima*, p. 141, u. 178-179.

forma sunt prima principia in genere substancie mobilis. Vnde non oportet omnem compositionem in genere substancie esse ex materia et forma, set hoc solum necesse est in substanciis mobilibus.

<Questio 9>

Deinde quesitum est de anima quantum ad eius cognitionem.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum anima separata a corpore cognoscat aliam animam separatam ; secundo, utrum liceat ab aliquo moriente exigere ut statum suum post mortem denunciet.

<a. 1 [21]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima separata a corpore non cognoscat aliam animam hominis quam in hac uita cognouit.

<1> Omnis enim cognitio per aliquam fit similitudinem ; set in una anima non fuit expressa alterius anime similitudo in hac uita, que possit in ea post mortem remanere ; ergo una anima separata non potest aliam cognoscere.

<2> Preterea. Philosophus dicit in I De anima quod *corrupto* corpore, anima non *reminiscitur* ; non ergo recognoscit animam hominis quam in hac uita cognouit.

Set contra est quod, sicut dicitur Luce XVI, diues in inferno secundum animam positus recognouit Lazarum in sinu Abrahe secundum animam existentem.

Responsio. Dicendum quod, cum nulla substancia propria operatione destituatur, necesse est ponere, cum anima intellectiua post mortem remaneat, quod aliquo modo intelligat. Necesse est autem ei attribuere alterum trium modorum intelligendi, ut scilicet intelligat uel abstrahendo species intelligibiles a rebus sicut nunc intelligit corpori unita, uel per species intelligibiles in corpore acquisitas et in ea conseruatas post mortem, uel etiam per aliquas species concreatas, uel qualitercunque desuper influxas.

***

Quidam ergo dicunt quod anime separate intelligunt abstrahendo species intelligibiles a rebus.

Set hoc esse non potest. Abstractio enim specierum intelligibilium a rebus sensibilibus fit mediante sensu et ymaginatione, quorum operationes, cum sint per organa corporalia, anime separate attribui non possunt.

***

Vnde alii hoc negantes, dicunt ulterius quod nec etiam per species acquisitas a rebus sensibili-

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 79 sunt prima] *om.* Φ^{1b} 12 quam *As, P, V*^{4}*, edd* : quem *cett* 20 quam *P*^{9}, Ψ, *edd* : quem Φ(- *P*^{9}) 27 destituatur] destinatur *O*, Φ^{2b} : destruatur *Bx*^{1}*Li* 35-36 qualitercunque] quocunque modo Ψ

A.21 Parall. : *In III Sent.*, d.31, q.2, a.4 ; *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.1 et 2 ; *Q. de uer.*, q.19, a.1 ; *C.G.*, II 80-81 ; *In I ad Cor.*, XIII, lect. 3 ; *Q. de anima*, q.15 ; *I*^{a}, q.89, a.1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.67, a.2. — Anton C. Pegis, *The Separated Soul and its Nature in St. Thomas* (in *St. Thomas Aquinas 1274-1974, Commemorative Studies*, Toronto 1974, t. I, p. 131-138) in dubium uocauit tempus huius articuli, qui propius accedit ad articulos *Commentarii in IV Sent.*, et *Q. de uer.*, cum, secundum eum, nouam doctrinam proposuisset Thomas in *Q. de anima* et in *I*^{a} *Parte* ; sed tempus huius articuli in dubium uenire non potest (cf. adn. ad u. 71-72) et Thomas, etsi hic et illic in hac uel in illa parte huius implicatissimae quaestionis magis commoratur, semper de cognitione animae separatae eandem doctrinam tenet. 18-19 Philosophus ... in I De anima : Ar., *De anima*, I, 408b27-28, a Iacobo Veneto transl. (p. 119) : « quare et hoc corrupto, neque reminiscitur neque amat » ; pro « reminiscitur » habet Guillelmus « memoratur » (cf. ed. Leon., t. XLV 1, p. 47), sed uerba Iacobi, quae saepius laudauerat (uelut *In IV Sent.*, d.44, q.3, a.3, qla 2, ad 4 ; d.50, q.1, a.2, arg.6), adhuc laudat Thomas postquam retractationem Guillelmi cognouit (uelut *In De anima*, III 4, 226 ; *I*^{a}, q.89, a.6, arg.1). 22 Luce XVI : 23. 26-27 nulla — destituatur : Adagium erutum ex Iohanne Damasceno, *Traditio orthodoxae fidei*, II 23 (XXXVII), a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 142, 9-10) : « Impossibile enim substantiam expertem esse naturali operatione », et a Thoma saepius laud., uelut : *In II Sent.*, d.28, q.1, a.1, s.c.2 ; a.5, s.c.1 ; *In IV Sent.*, d.12, q.1, a.2, qla 1, s.c. ; [aliis uerbis, *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.1, s.c.1] ; *Q. de uer.*, q.19, a.1, s.c.1 ; q.24, a.14, u. 83 ; *Q. de anima*, q.19, s.c.3. 30 trium : Re uera quattuor modos enumerat Thomas, quorum primum (abstractio) et tertium (per species concreatas) reicit, secundum autem (per species acquisitas) et quartum (per species influxas) simul admittit. 37 Quidam : Iam a Thoma reprobati *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.1 (Piana, VII 2, f. 264ra E) : « Quidam enim dicunt quod anima separata a rebus cognitionem accipit sicut et nunc facit » ; *Q. de uer.*, q.19, u. 230-233, cum adn. in ed. Leon., XXIII, p. 264 : « Bonauentura, ut uidetur, cf. *Super Sent. IV*, d.50, p. II, a.1, q.1, p. 1046 ». 45 alii : a Thoma iam reprobati, *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.2 (Piana, VII 2, f. 265ra-rb) ; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 246-284 ; *In I ad Cor.*, XIII, lect. 3 ; *I*^{a}, q.89, a.5. Re uera hii « alii » sunt unus Dominicus Gundissalinus, *De anima* (cf. adn. seq.). In *Q. de uer.*, antequam opinionem Gundissalini exponit, scripsit Thomas, q.19, a.1, u. 243 : « Vnde alii dicunt quod per species rerum a sensibus receptas dum erat in corpore et in ipsa anima conseruatas, post mortem intelligit », et pergit, u. 246 : « Sed hec opinio a quibusdam sequentibus opinionem Auicenne improbatur » ; in app. fontium ed. Leon., ordo adnotationum restituendus est : « 243 alii : non inuenimus — 246 quibusdam : Gundissalinus ... » ; « alii » in u. 243 sunt philosophi ab ipsis Auicenna et Gundissalino improbati.

bus, dum esset in corpore, anima separata intelligit. Ponunt enim, Auicennam sequentes, quod species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili nisi dum actu intelligit, set conseruantur species particulares rerum sensibilium solum in ymaginatiua et rememoratiua, ad quas dum intellectus possibilis se conuertit, de nouo influunt in ipsum species intelligibiles ab intelligencia agente. Cum igitur uis rememoratiua et ymaginatiua corrumpatur corrupto corpore, eo quod est uirtus organi corporalis, sequitur quod anima post mortem nullo modo intelligere possit per aliquas species a rebus sensibilibus acceptas. Vnde relinquitur, secundum eos, quod anima separata intelligat per species concreatas, sicut et angeli.

Set hec quidem positio irrationalis uidetur quantum ad utrumque dictorum.

Quod enim species intelligibiles in intellectu possibili non conseruentur, est contra rationem : quod enim in aliquo recipitur, est in eo per modum recipientis ; unde, cum intellectus possibilis habeat esse stabile et inmobile, species intelligibiles oportet quod in eo recipiantur stabiliter et inmobiliter. Est etiam contra Aristotilem, qui dicit in III De anima, quod intellectus possibilis, *cum fiat singula*, hoc est accipiens species singulorum, *ut sciens*, id est sicut contingit in eo qui habet scienciam, tunc *dicitur secundum actum. Hoc autem confestim accidit cum possit operari per se ipsum. Est quidem igitur et tunc potencia quodam modo, non tamen similiter et ante addiscere et inuenire.* Ex quibus uerbis apparet quod species intelligibiles quandoque sunt in habitu in intellectu possibili quamuis actu non operetur.

Illud etiam quod dicunt, animam humanam habere species intelligibiles concreatas, irrationabiliter dicitur. Si enim potest eis uti dum est corpori unita, sequetur quod possit homo intelligere ea quorum sensum non accepit, utputa quod cecus intelligat colores, quod patet esse falsum. Si autem per unionem corporis totaliter impeditur anima humana, ut speciebus intelligibilibus concreatis uti non possit, sequetur quod unio corporis et anime non sit naturalis : id enim quod est in natura rei non totaliter impeditur per aliquid quod est rei naturale, alioquin natura faceret alterum illorum frustra.

***

Sic igitur dicendum est quod anima separata intelligere potest quedam per species intelligibiles quas per sensus a rebus acquisiuit dum esset in corpore. Set iste modus cognoscendi non sufficit, quia multa cognoscit anima separata que nos in hac uita non cognoscimus. Maxime quia inconueniens uidetur quod anime illorum qui in maternis uteris moriuntur, que forte nullum intellectus usum habuerunt et per consequens nec aliquas species intelligibiles acquisitas, nichil post mortem intelligant. Vnde oportet addere quod anima in sui separatione a corpore recipit influxum specierum intelligibilium a natura superiori, scilicet diuina, secundum naturalem

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 54-55 intelligencia] intellectu *Ed*^{2,4ss} 55 rememoratiua] memoratiua Φ 56 corrupto corpore] *inu.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 61 concreatas] concretas Ψ(-*?M*^{7}) 69-70 oportet quod species intelligibiles *tr. Ed*^{2,4ss} 73 fiat] sciat *P*^{9}, *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{4ss} *(perperam ; cf. app. fontium)* 74 contingit] + in sciente uel Φ^{1b}, Φ^{2b} 78 similiter] simpliciter Φ, *Sm* 82 dicunt] dicitur quod Ψ (quod *om. LiSm*) 83 concreatas] concretas Ψ(-*?M*^{7} : concreatas *rest. sec.m. C*^{b}) 85 sequetur] sequitur *P*^{1}, Φ^{1b}, Φ^{2b}, *M*^{7}, *Ed*^{2,4ss} 92 totaliter] + rei Φ^{1b}, Φ^{2b}

48 Auicenam : Cf. Auicenna Latinus, *De anima*, V 6 (ed. Van Riet, p. 147-148, u. 16-39), fere ad uerbum laud. a Gundissalino, *De anima*, c. 10 (ed. Muckle, in *Mediaeval Studies*, 2, 1940, p. 94, 5-25). — De huius loci usu apud Thomam, cf. *In De anima*, III 2, 36, cum adn. in ed. Leon., XLV 1, p. 209 ; infra, *Quodl. XII*, a.13. 55-59 Cum — acceptas : Gundissalinus, *De anima*, c. 10 (p. 97, 12-14) : « Ex his autem omnibus uiribus animae rationalis, nulla uirtus uegetabilis, nulla sensibilis, nullus etiam intellectus actiuus nec scientia ulla quae actiuo intellectui comparatur, in anima exuta a corpore remanere cognoscitur » ; (p. 98, 15-16) : « Vnde quaecunque scientia quae aliquo mediante acquiritur, anima exuta carne, destruitur ». 60-62 Vnde — angeli : Etsi animam a corpore exutam a Deo illuminari docet (*De anima*, p. 99-103), non tamen eam cognoscere per species concreatas dicit Gundissalinus, quod facit Albertus, *Summa de homine*, q.56, a.5 (ed. Borgnet, t. 35, p. 486a) : « Sine preiudicio melioris sentencie, dicimus quod anima post mortem intelligit per formas ordinis uniuersi, sicut et intelligencia separata. Que autem sint forme tales, sufficienter explanatum est in questione de angelis. Et concedimus quod ille forme concreate sunt anime rationali ». 65-71 Quod — inmobiliter : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.2, s.c.3 (Piana VII 2, f. 265ra C) ; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 263-268 ; *In I ad Cor.*, XIII 3 ; *I*^{a}, q.79, a.6. 67-68 quod — recipientis : Cf. supra, *Quodl. VII*, q.1, a.1, u. 113-114, cum adn. 71-72 Aristotilem... in III De anima : Ar., *De anima*, III, 429b5-9, translatio Noua, haec est transl. Iacobi a Guillelmo recognita. Translationem ueterem Iacobi adhuc laudat Thomas in *CG* et in sua Lectura *In I ad Cor.*, XIII 3 ; nouam autem in sua *Sentencia libri De anima* ; *I*^{a}, q.79, a.6 ; *In De sensu*, II 2, 79-83 ; *De unitate intellectus*, 4, 132-136 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.50, a.4 ; q.67, a.2. Cf. ed. Leon., t. XLV 1, p. 208 et *Préf.*, p. 268*. 90 sequetur : Contra Platonicos, cf. *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.1 (Piana, VII 2, f. 264va G-H) ; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 321-328 ; *Q. de anima*, q.15 (ed. Robb, p. 211, § ult.) ; *I*^{a}, q.89, a.1, sol., in. 99 multa : Cf. *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 282-284 : « multa erunt cognita ab anima separata que nunc non cognoscuntur a nobis, ut pene inferni et alia huiusmodi ». 100-105 Maxime — intelligant : Cf. *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.1, arg.6 (f. 264rb B), sol. (f. 264va G) et ad 6 (f. 264vb H) ; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 281 ; *I*^{a}, q.89, a.1, arg.3 et ad 3. 108-109 secundum naturalem ordinem : expositum ab Aristotele, *De sompno*, lib. II, 463b12-464b5, praesertim 464a16-19, a Guillelmo transl. (ed. Drossaart Lulofs,

ordinem quo experimur quod anima humana, quanto magis a corporeis sensibus abstrahitur, tanto magis potest esse particeps superioris influxus, sicut patet in dormientibus et alienatis, qui etiam quedam futura preuident.

***

Sic igitur anima separata potest animam aliam cognoscere tum per noticiam quam de ea acquisiuit in hac uita per aliquam similitudinem effectus ipsius, qui est uita hominis, siue per aliquam similitudinem influxam a Deo naturali influxu.

Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad secundum dicendum quod Philosophus loquitur quantum ad memorari et reminisci quod est actus cuiusdam potencie sensitiue utentis organo corporali, quo corrupto cessat actus talis potencie.

<Q. 9, a. 2 [22]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non liceat ab aliquo moriente requirere quod reuelet statum suum post mortem.

Non enim licet inquirere que Deus uult esse abscondita, secundum illud Ecclesiastici III : *Altiora te ne quesieris*; set Deus uult esse absconditum statum anime post mortem, quod patet ex hoc quod diuiti petenti ut Lazarus mitteretur ad fratres suos uiuentes, est hoc denegatum, sicut dicitur Luce XVI; non ergo licet hoc a morientibus requirere.

Set contra est quod dicitur II Machabeorum XII : *Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare*; set ad hoc homo prouocatur per hoc quod cognoscit necessitatem eorum quam habent post mortem; ergo licitum est et sanctum hoc a morientibus requirere.

Responsio. Dicendum quod, cum peccatum sit contra naturam, ut patet per Damascenum in II libro, requirere impletionem naturalis desiderii non est peccatum, nisi aliqua inordinatio adiungatur, sicut patet in sumptione cibi et potus. Homo autem naturaliter scire desiderat; unde, si requirat alicuius rei noticiam, non est peccatum, nisi forte per accidens, hoc est per aliquam inordinationem adiunctam, puta si per studium et inquisitionem alicuius sciencie aliquis impediatur ab hiis quibus tenetur intendere, puta si predicator impediatur ab officio debite predicationis propter studium geometrie; aut etiam si quis inquirat aliquid cognoscere, superbe et presumptuose de sua facultate confidens; aut si qua alia huiusmodi inordinatio circa hoc contingat. Nulla autem inordinatio in hac inquisitione uidetur, si aliquis requirat a moriente cognoscere statum eius post mortem, supponendo tamen hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio uidetur quare debeat dici hoc esse peccatum, nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu quasi temptando inquirat.

Ad illud uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod Deus uult multa nobis sic esse abscondita, ut eorum noticiam propriis uiribus aut merito acquirere non possumus, que tamen uult reuelari humiliter et pie querentibus,

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 122 actus] per actus Φ^{1b}, Φ^{2b} 122 cuiusdam potencie] *inu.* Φ(- *Ba*)

7 quesieris] quisieris *As* : acquisieris Φ^{1b}, Φ^{2b} 11 licet hoc] *om.* Φ^{1b} : licet *suppl.* Φ^{2b} 15 hoc^{1}] + quod *O*, Φ^{2b} 27-29 puta — intendere] *hom.om.* Ψ *(suppl. sec.m. C*^{b}*)* 36 aliquis] quis Φ^{1b}, Φ^{2b}, *Sm* 37 eius] suum *(exp.)* eius P^{1} : suum Φ^{1b}, Φ^{2b} supponendo] submittendo *Ed*^{2,4ss} 40 de futuro] in futuro Φ^{2a} : defitetur Ψ (defectus *Li : obsc. M*^{7} : defunctorum *F* : de futuro *rest. sec.m. C*^{b}, *hab. AnM*^{1}*M*^{3}) 43 noticiam] + in Ψ *(del. sec.m. N*^{b}*C*^{b}) 44 possumus] possimus *P*, Ψ(- *LiM*^{7}*Sm*)

p. 43, 18-21) : « ideo et paruos motus intrinsecus sentire *dormientes* magis quam uigilantes. hii uero motus fantasmata faciunt, ex quibus *preuident futura* de huiusmodi »; 464a24-26 (p. 45, 6-8) : « et quod quidam *exstatici* (uesani *Vetus*) preuident causa est quoniam proprii motus non infestant, sed longe prohiciuntur ». A Thomas saepius laud., uelut *C.G.*, II 81 (t. XIII, p. 506b5-13, sine auctoris nomine); *Q. de anima*, q.15 (ed. Robb, p. 214, § 3) : « unde dormientibus et alienatis a sensibus quedam reuelationes fiunt que non accidunt sensu utentibus »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.172, a.1, arg.2 : « Sed in dormiendo quidam naturaliter preuident quedam futura, ut patet per Philosophum in libro De sompno et uigilia ».

6 Ecclesiastici III : 22. 11 Luce XVI : 27-31. 13-14 II Machabeorum XII : 46. 20-21 Damascenum in II libro : Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, a Burgundione transl., II 4 (XVIII ; ed. Buytaert, p. 75) : (Diabolus) « liberi sui arbitrii electione uersus est ex eo quod secundum naturam in id quod praeter naturam », a Thoma laud., *In Rom.*, I, lect. 8 : « Vnde et Damascenus dicit quod angelus peccans uersus est ex eo quod est secundum naturam in id quod est preter naturam ». — Cf. etiam Damascenus, II 30 (XLIV ; p. 162) : « Manentes igitur in eo quod secundum naturam, et in uirtute sumus ; declinantes autem ex eo quod secundum naturam, scilicet ex uirtute, ad id quod praeter naturam deuenimus, et in malitia sumus ». 24 Homo — desiderat : Cf. Ar., *Met.*, I, 980a21, a Iacobo Veneto transl. (A.L. XXV 1, p. 5, 3) : « Omnes homines scire desiderant natura ». 45-51 uult — requirentibus : Ut expertus erat ipse Thomas, anno 1259. Cf. Gerardus de Fracheto, *Vite fratrum*, c. XXIV, n. 7 (ed. B. M. Reichert, MOFPH 1, Lovanii 1896, p. 215) : « Apparuit etiam eidem fratri (Thome) soror sua defuncta (Marotta) in sompniis dicens se in purgatorio esse, sed post quindenam inde debere exire. Et cum quereret ab ea de alio fratre suo (Raynaldo), respondit quod iam in paradiso erat... Post quindenam uero apparuit ei

secundum illud Mathei XI : *Abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis.* Vnde non est mirum, si superbis fratribus superbi diuitis Deus aliqua noluit reuelari, que tamen uult reuelari fidelibus pie et humiliter requirentibus.

<Questio 10>

Deinde quesitum est de anima quantum ad penam.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum anima possit pati ab igne corporeo; secundo, utrum dampnati in inferno gaudeant de penis inimicorum suorum quos uident secum puniri.

<a. 1 [23]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima separata non possit pati ab igne corporeo.

Actio enim agentis est proportionata passioni pacientis; set actio ignis, cum sit corpus phisicum, est actio naturalis, que consistit in mouere; ergo nichil patitur ab igne corporeo nisi quod mouetur; set anima non mouetur, cum sit inpartibilis, nichil autem inpartibile mouetur, ut probatur in VI Phisicorum; ergo anima non patitur ab igne corporeo.

Set contra est quod diues in inferno secundum animam existens dicit : *Crucior in hac flamma*, ut dicitur Luce XVI.

Responsio. Dicendum quod anima patitur penam ab igne corporeo, sicut fides catholica docet. Quod autem ignis corporeus agat in animam separatam, hoc non habet ex natura sua, set in quantum est instrumentum diuine iusticie, ut dicitur communiter.

Aduertendum tamen est quod nullum instrumentum agit in uirtute superioris agentis nisi exercendo aliquam actionem sibi connaturalem, alioquin frustra adhiberetur ad effectum; sicut serra in quantum est instrumentum artis facit archam secando, et aqua baptismalis abluit animam ut instrumentum diuine misericordie, corporaliter abluendo. Si igitur ignis corporeus agit in animam ut est instrumentum diuine iusticie punientis, necesse est quod hoc fiat per actionem aliquam igni corporeo connaturalem. Non autem potest dici quod ignis alteret animam calefaciendo uel desiccando aut igniendo ipsam. Vnde relinquitur modus quem Augustinus ponit XXI De ciuitate Dei, ut scilicet anima separata uel spiritus demonis paciatur penam per alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim spiritum corpori alligari quandoque quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori, quandoque autem quadam superiori uirtute, sicut per uirtutem superiorum demonum inferiores demones alligantur arte nigromantica ymaginibus uel anulis uel aliis huiusmodi rebus. Multo igitur magis uirtute diuina demones uel etiam anime alligari possunt igni corporeo, ut ab eo assumant penam.

Vnde patet responsio ad id quod in contrarium obiciebatur, quod procedit de actione ignis que est per alterationem.

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ^{c} *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 10 anima separata] *om.* Φ^{1b}, *Ba*^{1}*V*^{4} 17 in] *om.* Φ^{1b} 27 dicitur communiter] *inu.* Ψ^{c} 28 est] *om.* Φ^{1b} 34 misericordie] iusticie Ψ^{c} 37 fiat] faciat Φ^{1b} 37-38 actionem aliquam] *inu.*Φ^{1b}, Φ^{2b} 42 separata] + a corpore Ψ^{c} 46 quandoque] quando Φ^{1a}, Φ^{2a} (quandoque *rest. sec.m.* P^{1}) 47 autem] quidem Ψ^{c} 49 arte nigromantica] arte nigromancia Φ^{1b}, Φ^{2b}(- *E*), *LiSm*: arte nigroman^{a} C^{b} : autem ygromancia M^{7} 50 uel] aut Ψ^{c}

ille frater suus quem in paradiso esse audierat, nuncians ei salutem sororis»; Guillelmus de Tocco, *Ystoria beati Thome*, c. XLIV (ed. C. Le Brun-Gouanvic, p. 339-340) : « Vnde fertur quod, ipso existente Parisius, apparuit ei ymaginaria uisione soror sua. Que cum diceret se esse in purgatorio, certum missarum petiuit numerum, per quarum sperabat liberari, Deo propitio, interuentum. Qui uocans studentes rogauit ut pro sororis sue anima missas dicerent et orarent. Que postmodum, cum predictus doctor esset Rome, iterum in uisione ei apparuit et se fuisse liberatam de purgatorio et frui gloria, dictis missis quas petiuerat, reuelauit... Cui querenti de fratre suo domino Landulpho, respondit quod erat in purgatorio; de domino uero Raynaldo alio fratre suo dixit quod erat in paradiso. De quo iterum habuit hanc uisionem quod, ostenso sibi libro per angelum qui scriptus erat lineis aureis et auzuriis, nomen fratris doctor reperit inter lineas aureas, que erant martirum, quia pro fidelitate Ecclesie morienti sub tirranide persecutionis Frederici imperatoris mors sibi computata fuit ad martirium, quod apud Deum fuit meritorium et acceptum»; *Processus canonizationis Neapoli* (ed. Laurent, in *Fontes vitae S. Thomae Aquinatis*, p. 374-375) : « Item dixit idem testis (Bartholomeus de Capua) quod ipse audiuit dici a dicto fratre Iohanne de Caiata, qui erat multum familiaris dicto fratri Thome, sicut firmiter credit testis ipse, quod prefatus frater Thomas petiit a Deo in oratione deuota... quod Deus reuelaret sibi quid esset de anima domini Raynaldi fratris sui, quem imperator Fredericus occiderat et ut credebat iniuste; et ipse responsum habuit... quod nomen domini Raynaldi scriptum erat in libro vite». 46 Mathei XI : 25.

A.23 Parall. : Cf. supra. *Quodl. II*, q.7, a.1 [13]. 11-18 Actio — corporeo : Cf. *Q. de anima*, q.21, arg.6. 17 in VI Phisicorum : Ar., *Phys.*, VI, 234b10-20, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 229,15 - 230,3). 21 Luce XVI : 24. 26-27 ut dicitur communiter : Cf. supra, *Quodl. II*, a.13, u. 82, cum adn. 28-40 nullum — ipsam : Fere reiterat Thomas quod iam dixerat *In IV Sent.*, d.44, q.3, a.3, sol.3 (Piana VII 2, f. 218va F), et quod breuiter tantum contraxerat *Q. de anima*, q.21, arg.14 et ad 14. 41-42 Augustinus... XXI De ciuitate Dei : Cf. supra, *Quodl. II*, a.13, u. 68, cum adn. 49 arte nigromantica : Cf. supra, *Quodl. II*, a.13, u. 72, cum adn.

<Q. 10, a. 2 [24]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod dampnati in inferno gaudeant et consolentur de penis inimicorum suorum quos secum uident in inferno puniri.

Quia, super illud Ysaie XIV : *Omnes principes terre surrexerunt de soliis suis*, dicit Glosa Ieronimi quod *solacium est* malis *inimicos* suos *socios habere penarum*.

Set contra. Omne gaudium diminuit dolorem, ut patet per Philosophum in VII Ethicorum ; set dolor dampnatorum est finitus intensiue ; tantum ergo possent multiplicari inimici alicuius dampnati in inferno, quod totaliter dolor eius tolleretur ; quod est contra diuinam iusticiam.

Responsio. Dicendum quod nichil prohibet idem secundum diuersas rationes esse delectabile et triste, tamen simpliciter dicitur tale ab eo quod preminet, ab eo uero quod est minus, denominatur secundum quid. Dicendum est ergo quod pena inimici considerata ab eo qui est in inferno habet quodam modo rationem delectabilis et quodam modo rationem tristabilis. Rationem quidem delectabilis habet in quantum impletur uoluntas dampnati de malo inimici sui : *descendunt* enim *ad infernum* dampnati *cum armis suis*, id est cum affectionibus prauis, ut dicitur Ezechielis XXXII. Set ex alia parte habet rationem tristabilis propter duo. Primo quidem in quantum in pena inimici impletur diuina iusticia, quam odiunt et blasphemant dampnati in inferno, secundum illud Apocalipsis XVI : *Estuauerunt homines estu magno et blasphemauerunt nomen* Domini. Secundo propter uermem consciencie : sic enim in eis praue affectiones remanent quod tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, secundum illud Sapiencie V : *Penitenciam agentes et pre angustia spiritus gementes*. Vnde, sicut penitentes in hac uita dolent et de dolore gaudent, ita dampnati in inferno gaudent de penis inimicorum suorum et tamen de ipso gaudio magis dolent, et precipue si prestiterint eis dampnationis causam.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 11>

<a. unicus [25]>

Deinde quesitum est de homine quantum ad corporis sexum, utrum scilicet si primus homo non peccasset, tot fuissent nati mares quot femine ?

Et uidetur quod sic.

In paradiso enim ubi, secundum Augustinum, fuisset *thorus inmaculatus et nuptie honorabiles*, nullus continuisset, set omnes matrimonio usi fuissent, ut implerent preceptum Domini primis hominibus datum : *Crescite et multiplicamini et replete terram*, ut habetur Genesis I ; set in statu innocencie nullus masculus habuisset plures uxores nec aliqua mulier plures uiros, nec aliquis aut aliqua mortem subiisset ; ergo sequitur quod tot mares nascerentur quot femine.

Set contra est quod Gregorius, IV Moralium super illud : *Nunc enim dormiens silerem*, dicit : *Si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios iehenne generaret ; set hii qui nunc per* redemptorem *saluandi sunt soli ab* eo *electi nascerentur* ; set hii qui nunc saluandi sunt,

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*[1]*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*[1]*EP*[9]*V*[4]*)* : Ψ *(N*[b]*, Bx*[1]*C*[b]*DuLiM*[7]*Sm)* 3 gaudeant] gaudent Φ, *Li* 3 consolentur] consolantur *P*, *Li* 14-15 tolleretur] deleretur Φ^{1b}, Φ^{2b} 18 triste] tristabile M^1M^3, Ed^{10ss} 27 cum] *om.* Φ^{1b} 27 affectionibus] affectibus Ψ (fratribus *Li*) prauis] suis *praem. As, Ba* 29 in[1]] *om.* Ψ (quantum *om. etiam* N^b) 33 Domini] Dei V^4 38 pre angustia] propter angustias Ψ 41 de ipso tamen *tr.* Ψ
11 implerent] impleretur *F*, $Ed^{2,4ss}$ 16 subiisset (subisset M^7)] sensisset Φ 18 IV] V Ψ 22 per redemptorem] redemptionem (per *om.*) *As*

A.24 Parall. : Cf. ad *Quodl. VIII*, q.7, a.2 [17]. 6 Ysaie XIV : 9. 7 Glosa Ieronimi : Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.17, u. 11, cum adn. 11 Philosophum in VII Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, VII, 1154a26-31, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo recogn. (A.L., XXVI, fasc. 4, p. 517,24-518,3), ad sensum. 27-28 Ezechielis XXXII : 27. Cf. supra, adn. ad *Quodl. VIII*, a.17, u. 15-16. 32 Apocalipsis XVI : 9. 37 Sapiencie V : 3. 42-43 et precipue — causam] quia plus ex hoc puniuntur *adn. mg. sec.m. An.*

A.25 Parall. (ex parte I^a, q.100, a.2) ; *Quodl. V*, q.5, a.1 [8]. 8 Augustinum : *De Genesi ad litteram*, IX 3 (CSEL 28, p. 271, 22-24) : « tamen non uideo, quid prohibere potuerit, ut essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiae et torus inmaculatus » (cf. *Hebr.*, XIII 4). A Thoma laud. *In IV Sent.*, d.31, q.1, a.1, arg.3 (Piana VII 2, f. 163rb C) ; d.49, q.5, a.3, qla 1, ad 3 (f. 262ra E). 13 Genesis I : 28. 18 Gregorius, IV Moralium : XXXI 62 (CCSL 143, p. 206, 35-38), a Thoma etiam laud. I^a, q.100, a.2, arg.1 ; *Quodl. V*, q.5, a.1 [8], s.c. (peccati putredo *Greg. : inu. Thomas in tribus locis* — redemptionem *Greg.* : redemptorem *Thomas, sed cf. app. crit. ad Quodl. V*, a.8, u. 40 — ab illo *Greg.*, I^a : ab eo *Quodl. III* et *V*).

non sunt equaliter mares et femine; ergo neque in statu innocencie equaliter nascerentur mares et femine.

Responsio. Dicendum quod, si Adam non peccasset nec aliquis de stirpe eius, satis uidetur concedendum quod tot nascerentur mares quot femine, sicut ratio probat.

Ad id uero quod in contrarium obicitur, potest dici quod, cum soli Deo sit certus numerus electorum, incertum est utrum inequales saluentur mares et femine, uel equaliter tot mares quot femine. Set, si supponatur quod non in equali numero mares saluentur et femine, potest dici quod, cum dicitur : *Hii qui nunc per redemptorem saluandi sunt* etc., pronomen non facit personalem demonstrationem, set simplicem, sicut cum dicitur : *Hec herba crescit in orto meo*, ut intelligatur nichil aliud significari quam quod soli saluandi ab eo nascerentur, quia nullus nascendo ab eo traheret dampnationis causam. Non autem potest dici quod idem homines numero nascerentur qui nunc nascuntur : manifestum est enim quod non potest esse idem homo numero si ab alio patre uel ab alia matre nascatur; cum autem multi sint qui ex pluribus uxoribus filios suscipiunt qui saluantur, si in statu innocencie pluralitas uxorum non fuisset, inpossibile esset quod idem homines numero tunc nascerentur qui nunc saluantur.

<Questio 12>

Deinde quesitum est de actibus communibus omnibus hominibus; et primo de consciencia; secundo de penitencia.

Circa primum quesita sunt duo : primo, utrum consciencia possit errare; secundo, utrum consciencia erronea liget.

<a. 1 [26]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod consciencia errare non possit.

<1> Quia Romanorum II dicit Glosa quod consciencia est *lex intellectus nostri*, que est lex nature; set lex naturalis errare non potest; ergo neque consciencia.

<2> Preterea. Basilius dicit quod consciencia est *naturale iudicatorium*; set naturale iudicatorium

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*[1]*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*[1]*EP*[9]*V*[4]*)* : Ψ *(N*[b]*, Bx*[1]*C*[b]*DuLiM*[7]*Sm)* 28 satis] + probabiliter *Ed*[2,4ss] 32 sit certus] cognitus sit certus Φ^{2bp} 35 supponatur] supponitur Φ 40 crescit] + hic et C^b *(cf. app. fontium)* 41 aliud] *om.* Φ^{2b} 42 nascerentur Φ^{2a}, Ψ : nascentur *cett* 45 nunc nascuntur] *inu.* Ψ
2 communibus] conuenientibus Ψ (*post* hominibus *Du : om.* C^bSm) 11 II] III *Ed*[32ss] 15 Basilius] Boecius Ψ (Ro. *Sm* : dyonisius *F*)

29-30 tot — femine : Cf. ipse Thomas, *I*[a], q.99, a.2, ad 3 : « Ad quod consequens uidetur quod tot fuissent generate femine quot et mares ». 38-40 pronomen — meo : Cf. Guillelmus de Shyreswode, *Introductiones in logicam*, 5.1.11, q.3 (ed. Lohr, in *Traditio*, 39, 1983, p. 269) : « Queritur etiam de hiis locutionibus : ' Hec herba crescit hic et in horto meo ' ... utrum possint habere ueritatem? Et uidetur quod non quia pronomen demonstratiuum demonstrat aliquid sub accidentibus que oculis aspici possunt; ergo demonstrat aliquid singulare; sed de singulari herba hec est falsa; ergo simpliciter falsa ... Ad hoc dicendum quod in hiis sermonibus est demonstratio simpliciter ... In primo enim sermone demonstrat herbam secundum quod se habet communiter ad plura indiuidua ». Cf. Albertus, *In IV Sent.*, d. VIII C, a.6, q.1, arg.3 (ed. Borgnet, t. 29, p. 185b) : « oporteret quod ad minus demonstratiuum cum re intellecta esset similis speciei, sicut cum dicitur : ' Hec herba crescit in horto meo ' »; arg.4 : « Nunquam esset hec uera ' Hec herba crescit in horto meo ', nisi herbe ratio uniuoce conueniret rei demonstrate et intellecte »; ad 4 (p. 189b).

A.26 Parall. : *In II Sent.*, d.24, q.2, a.4 (cf. d.39, q.3, a.1, ad 1); *Q. de uer.*, q.17, a.1 et 2; *I*[a], q.79, a.13; *I*[a] *II*[ae], q.19, a.5. — Cf. O. Lottin, *Syndérèse et conscience aux XII*[e] *et XIII*[e] *siècles*, in *Psychologie et morale aux XII*[e] *et XIII*[e] *siècles*, t. II, Louvain 1948, p. 101-349. 11 Romanorum II : 14-15. Glosa : In unum confudisse uidetur Thomas duos locos : (1) Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, a Burgundione transl., c. 95 (IV 14; ed. Buytaert, p. 359, 10-11) : « Dicitur autem et nostra conscientia lex intellectus nostri » (a Thoma laud. *In II Sent.*, d.24, q.2, a.4, arg.5; *Q. de uer.*, q.17, a.2, arg.4; *I*[a], q.79, a.13); (2) *Glosa* (ord., t. IV, p. 278b; Lombardi, P.L., 191, 1345 B) : « habet legem naturalem, qua intelligit et sibi conscius est quid sit bonum et quid sit malum ». Forsitan pendeat Thomas hic a quodam scriptore qui duos locos coniunxerat, uelut *Q. parisiensis* (ed. Lottin, *loc. laud.*, p. 173, 10-15) : « Item. Secundum Damascenum, conscientia est lex intellectus nostri, que est lex naturalis ... Item. Per Glosam que est super illud Romanorum II : ' Cum gentes que legem non habent que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex ', dicit Glosa : ' lex naturalis qua quis intelligit et sibi conscius est quid bonum et quid malum; sed hoc fit per conscientiam; ergo consciencia est lex naturalis ». 15 Basilius : Cf. adn. inseq. 16 naturale iudicatorium : Haec uox a theologis saec. XIII attribuitur Augustino et Basilio Latino, apud quos nec inuenitur nec inueniri potest, cum uerbum ' iudicatorium ' non sit nisi infimae Latinitatis (falso ad Augustinum, *De ciu. Dei*, XI XXVII 2, refert Blaise, *Dict. latin-français des auteurs chrétiens*[2], p. 478b : uerba laudata non sunt Augustini). — Haec sunt uera uerba Basilii Latini, *Hom. in princ. Prouerbiorum*, n. 9, a Rufino liberius transl. (P.G., 31, 1772 B; cf. P.G., 31, 405 C) : « quoniam quidem habemus in nobis ipsis *naturale quoddam animi iudicium* (κριτήριον φυσικόν) per quod mala segregamus a bonis. Quae uirtus animi habens insita et inserta semina iudicandi si uerae iustitiae eruditionibus excolatur, directum et aequum tenebit iudicii ac discretionis examen » (quae uerba exactius laudat Albertus, *Summa de homine*, q.71, a.1, arg.1, ed. Borgnet, t. 35, p. 590); cf. etiam Basilius, *Hexaem.* VII, n. 5, ab Eustathio transl. (ed. E. Amand de Mendieta et S. Y. Rudberg, p. 95, 26-28; cf. P.G., 29, 158-159) : Naturalis enim nobis insita est ratio (φυσικὸς λόγος) uel in adpetendam bonorum familiaritatem (οἰκείωσιν) uel in declinandam noxiorum laesionem ». Verba κριτήριον et οἰκείωσις satis demonstrant Basilium pendere e Stoicis, quorum

non potest errare, ut patet in primis principiis indemonstrabilibus, de quibus homo naturaliter iudicat; ergo consciencia non potest errare.

Set contra est quod Dominus dicit, Iohannis XVI, discipulis loquens : *Venit hora ut omnis qui* interfecerit *uos, arbitretur se obsequium prestare Deo*; set hoc non est nisi consciencia errante; ergo consciencia potest errare.

Responsio. Dicendum quod consciencia, sicut ipsum nomen sonat, importat applicationem sciencie uel noticie humane ad aliquem proprium actum. Omnis autem noticia quam homo habet, — potest ad suum actum applicare, siue memoriam, prout homo dicitur habere conscienciam testificantem quod fecerit aliquid uel non fecerit, siue etiam scienciam uniuersalem uel particularem per quam homo potest cognoscere utrum aliquid sit faciendum uel non faciendum, et secundum hoc consciencia dicitur urgere uel impedire.

Manifestum est autem quod, si accipiamus diuersas hominis cognitiones, in aliqua potest esse error et in aliqua non. In primis enim principiis naturaliter cognitis, siue sint speculatiua siue sint operatiua, nullus potest errare, sicut in hoc quod est 'Omne totum est maius sua parte', uel 'Nulli iniuriam esse faciendam'. In aliis autem humanis cognitionibus magis particularibus, siue pertineant ad partem sensitiuam siue ad rationem inferiorem, que considerat humana, siue ad rationem superiorem, que considerat diuina, potest multipliciter error accidere.

Manifestum est autem quod in applicatione multarum cognitionum ad actum prouenit error, quecunque cognitionum fuerit erronea, sicut patet quod falsitas accidit in conclusione, quecunque premissarum fuerit falsa. Sic igitur, licet in cognitione primorum principiorum iuris naturalis non sit error, tamen, quia in aliis principiis iuris humani uel diuini potest error accidere, ideo consciencia hominis errare potest, sicut patet quod hereticus qui habet conscienciam nunquam iurandi, habet conscienciam erroneam, propter hoc quod credit omne iuramentum esse contra preceptum Dei, licet in hoc non erret quod estimat nichil esse faciendum contra preceptum diuinum.

Ad primum ergo dicendum quod principia particularia habent uirtutem concludendi ex primis principiis uniuersalibus; unde conclusio principaliter attribuitur primis principiis sicut

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* : Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 22 interfecerit] interficit *Ba*^{1}, *Sm* 25 consciencia sicut] *inu.* Ψ *(hom.om. M*^{7}*)* 28-29 Omnis autem noticia ... applicare *codd* (*cf. Préf., p.* 118*-119*) 34 et] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 42 quod est] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b} 43 Nulli] Nullius Φ^{1b}, Φ^{2b} 67 principaliter attribuitur] *inu.* Φ^{1b}, Φ^{2b} *(hom.om. E)* : particulariter attribuitur N^{b} : uniuersaliter attribuitur *Li : hom.om M*^{7}

sunt propria; non ergo uerbum κριτήριον intellegendum est sensu communi, 'locus iudicii', 'tribunal' (quod perperam fecit Timothy C. Potts, *Conscience in medieval philosophy*, Cambridge 1980, p. 77, 6), sed sensu philosophico, 'norma iudicii' (praesertim ueri et falsi apud Stoicos, unde notio ad logicam pertinet, sed etiam boni et mali). Etsi Stoicos reprehendit, quod 'iudicium ueritatis' (κριτήριον) a corporis sensibus deductum esse existimarent, cum, secundum Platonicis quos praefert, sit penitus innatum (*De ciu. Dei*, VIII 7), tamen notionem 'naturalis iudicii' retinuit Augustinus, *De libero arbitrio*, III XX 56 (CCSL 29, p. 308, 39-42) : « Non enim ante omne meritum boni operis parum est accepisse *naturale iudicium* quo sapientiam praeponat errori et quietem difficultati, ut ad haec non nascendo sed studendo perueniat » (cf. II X 29, ibid., p. 257, 48-51 : « Satis est enim quod istas tamquam regulas et quaedam lumina uirtutum et uera et incommutabilia et siue singula siue omnia communiter adesse ... », a Thoma laud., *I*^{a}, q.79, a.12, arg.3). — Cur igitur uerbo purioris Latinitatis Augustini et Basilii Latini 'iudicium' substituerunt theologi saec. XIII uerbum infimae Latinitatis 'iudicatorium'? Etsi in ueteribus glossariis uerbo 'iudicatorium' redditur uerbum graecum δικαστήριον (locus iudicii, tribunal), tamen saec. XIII uerbum 'iudicatorius' significat quicquid pertinet ad iudicium uel ipsum iudicium; cf. Thomas, *In Matheum*, XIII, uersic. 41 : « Et mittet eos, id est Filius hominis, *potestate iudicatoria* in caminum ignis »; Iohannes de Meung : « Sa *uenue judicatoire* / ou li bons seront mis en gloire / et li mal en adversité » (laud. a Godefroy, t. IV, p. 667b). Cum quaestio quam theologi proponebant erat, utrum synderesis uel conscientia sit potentia uel habitus uel actus, ueri simile est eos ex industria uerbum 'iudicium', quod *actum* iudicii tantum significabat, uitasse et ei substituisse uerbum 'iudicatorium', quo ad libidinem intellegi poterant *potentia* iudicatoria, uel *habitus* iudicatorius aut etiam actus iudicatorius. — Vnde 'naturale iudicatorium', pro 'naturale iudicium', legunt in Augustino : Alexander de Hales, *Glosa in II Sent.*, d.40 (ed. Quaracchi, p. 381, d), e quo pendet (cf. *ibid.*, p. 18*), *Questio duacensis* (ed. Lottin, p. 160, 42), *Questio parisiensis* (ed. Lottin, p. 173, 4-6), Albertus, *S. de homine*, q.71, a.1, arg.2 et sol. (t. 35, p. 590-591 et 593a), Bonauentura, *In II Sent.*, d.39, a.1, q.2, arg. pro 1. parte, arg.2 (II, p. 901a); Thomas, *In II Sent.*, d.24, q.2, a.3, arg.3 [pendet ex Alberto, *loc. laud.*]; *I*^{a}, q.79, a.12, arg.3. — 'naturale iudicatorium' legunt in Basilio : Alexander de Hales, *Q. antequam* (p. 509, 17-18; p. 1511, 6-7), *Q. de lege naturali* (ed. Lottin, p. 79, 10), Iohannes a Rupella, *De uiciis* (ed. Lottin, p. 171, 8), fr. 'Considerans', *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. II, p. 402-403), Galterus de S. Theodorico, *Q. de conscientia* (ed. Lottin, p. 188, 14-15), Thomas, *In II Sent.*, d.39, q.3, a.2, arg.2; *Q. de uer.*, q.17, a.1, arg.5; a.2, arg.1 (sed q.16, a.1, arg.15, sine auctoris nomine : cum de synderesi agitur, ueri similius est Augustinum in mente habuisse Thomas), et tandem hic, *Quodl. III*, a.26, arg.2. 20-21 Iohannis XVI : 2 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 614 : interficit, *uar.* interfecerit). 42 Omne — parte : Cf. Thomas, *In Peryerm.*, I 5, 127, cum adn. in ed. Leon., I* 1, p. 25. 43 Nulli — faciendam : Cf. Petrus Lombardus, *Glosa in ep. ad Rom.*, II 14-16 (P.L., 191, 1345 B) : « Lex enim naturalis est, iniuriam nemini inferre ... »; supra, *Quodl. II*, q.4, a.2 [7], s.c., cum adn. 45-47 rationem inferiorem ... rationem superiorem : Cf. Petrus Lombardus, *Sent.*, II, d.24, c.5 (ed. Brady, p. 453-454); ipse Thomas, *In II Sent.*, d.24, q.2, a.2; *Q. de uer.*, q.15, a.2; *I*^{a}, q.79, a.9 (nec non J. Peghaire, *Le couple augustinien « ratio superior » et « ratio inferior »*, in *Rev. Sc. ph. th.*, 22, 1934, p. 221-238; M.-D. Chenu, *« Ratio superior et inferior ». Un cas de philosophie chrétienne*, in *Laval théol. et phil.*, 1, 1945, p. 119-123).

effectus cause prime. Et eadem ratione, quia uirtus consciencie principaliter dependet ex principiis iuris naturalis sicut ex primis et per se notis, principaliter consciencia dicitur lex naturalis uel etiam naturale iudicatorium.

Vnde patet solutio ad secundum.

<Q. 12, a. 2 [27]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod consciencia erronea non liget ad peccatum.

<1> Vt enim Augustinus dicit, XXII Contra Faustum, omne peccatum est *contra legem eternam*, que est lex Dei; set quandoque consciencia errans prohibet id quod non est contra legem Dei, sicut patet in hereticis qui, consciencia erronea prohibente, nolunt iurare nec comedere carnes aut bibere uinum; non ergo est eis peccatum, si contra conscienciam hoc faciant; et ita consciencia erronea non obligat ad peccatum.

<2> Preterea. Consciencia erronea quandoque dictat homini quod faciat id quod est contra legem Dei, sicut heretico sua consciencia erronea dictat quod predicet contra fidem catholicam; set faciendo contra legem Dei, peccat mortaliter; si igitur etiam faciendo contra conscienciam erroneam peccaret mortaliter, sequeretur quod utrobique esset peccatum, siue predicaret contra legem Dei siue non, et ita esset perplexus, quod uidetur esse inconueniens, quia sequeretur quod non pateret ei uia salutis, cum tamen omnibus pateat per penitenciam in hac uita; non ergo consciencia erronea ligat.

Set contra est quod Romanorum XIV, super illud : *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, dicit Glosa quod *qui facit contra conscienciam, edificat ad iehennam*.

Responsio. Dicendum quod, cum actus recipiat speciem ab obiecto, non recipit speciem ab eo secundum materiam obiecti, set secundum rationem obiecti, sicut uisio lapidis non recipit speciem a lapide, set a colorato, quod est per se obiectum uisus. Omnis autem actus humanus habet rationem peccati uel meriti in quantum est uoluntarium; obiectum autem uoluntatis secundum propriam rationem est bonum apprehensum; et ideo actus humanus iudicatur uirtuosus uel uitiosus secundum bonum apprehensum, in quod per se uoluntas fertur, et non secundum materiale obiectum actus. Sicut si aliquis credens occidere patrem, occidat seruum, incurrit parricidii peccatum; et e contrario, si quis uenator putans occidere ceruum, debita diligencia adhibita, occidat casualiter patrem, inmunis est a parricidii crimine.

Si ergo aliquid quod secundum se non est

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 4 enim] *om.* Ψ 6 quandoque] quandocunque Φ^{1b}, Φ^{2b} 6 consciencia] sciencia Ψ (con- *rest. sec.m. C*^{b}) 7 non] *om.* Φ^{1b}, *pr.m. Ba*^{1} *: del. sec.m. M*^{7} 10 ergo] *om.* Φ^{1b} 10 est] *post* peccatum Ψ 18-19 si — mortaliter] *hom.om. OP, M*^{7}*Sm* 26 Romanorum XIV] dicitur *praem. N*^{b}*M*^{7}*, add. Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm* 43 seruum] ceruum *BaP*^{1}*, P* : filium uel seruum Ψ (filium uel ceruum *Sm*) 43-44 parricidii *?Bx*^{1} : patricidii Φ : paruicidii Ψ(- *Bx*^{1} : patricidii *C*^{b}) 46-47 parricidii *uariant codd* (*cf. ad u.* 43-44) 48 quod] *om.* Φ^{1b}, Φ^{2b}

A.27 Parall. : *In II Sent.*, d.39, q.3, a.3 ; *Quodl. VIII*, q.6, a.3 [13] ; *Q. de uer.*, q.17, a.3 et 4 ; *In ep. ad Gal.*, V, lect. 1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.19, a.5 et 6 ; *In ep. ad Rom.*, XIV, lect. 2. — O. Lottin, *Problèmes moraux relatifs à la conscience*, in *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. II, Louvain 1948, p. 351-417. 4 Augustinus ... XXII Contra Faustum : c. 27 (CSEL 25, p. 621, 12-13) : « Ergo peccatum est factum uel dictum uel concupitum aliquid contra aeternam legem », a Thoma saepius laud. 26 Romanorum XIV : 23. 28 Glosa : Re uera dictum est Gratiani, *Decr.*, II Pars, Causa 28, q.1, c. 14 (Friedberg, I 1088) : « Illud uero Apostoli : *Quicquid non est ex fide, peccatum est*, non ita intelligendum est ut quicquid ab infidelibus fit, peccatum esse credatur, sed omne quod contra conscientiam fit, edificat ad gehennam. Vnde Ambrosius : Peccatum est quod aliter fit quam probatum est », e quo pendet Innocentius III, anno 1201 (in *Decretales Gregorii IX*, lib. II, tit. XIII, c. 13, Friedberg, II 287, 13 ab imo) : « quoniam omne quod non est ex fide peccatum est, et quicquid fit contra conscientiam aedificat ad gehennam ». Vnde adagium a theologis laud. : Iohannes a Rupella, c. 1236, *Summa de uitiis* (ed. Lottin, p. 359, 1-2) : « Dicit auctoritas : Qui agit contra conscientiam edificat ad gehennam » ; *Q. anonyma* (ibid., p. 362, 11) ; Albertus, c. 1243, *Summa de bono*, tr. V, q.1 (ed. Col., XXVIII, p. 276, 32-34) : « Ambrosius : Qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam » (adagium attribuitur Ambrosio, quem Gratianus laudauerat inmediate post suam glossam) ; *Lectura in Eth.*, Lib. VII, lect. 3 (ed. Col., XIV 2, p. 529, 28) ; Bonauentura, *In II Sent.*, d.38, a.1, q.3 (p. 907a, 4) : Thomas, hic et *Quodl. VI*, q.5, a.3 [9], arg. 42-43 si — seruum : Primum exemplum, ex Ar., *Eth. Nic.*, III, 1111a11-12, a Thoma expositum, *In Eth.*, III 3, 181-184 : « Sicut si aliquis filium suum credat esse hostem qui impugnet domum eius et interficiat eum, sicut quedam mulier dicta Meropes interficit filium suum » ; cf. *Q. de malo*, q.3, a.6, u. 124-125 : « Si autem aliquis sagittator uelit quidem occidere *hominem*, set non patrem ... » ; q.8, a.2, u. 256-257 : « sicut si aliquis occidat patrem putans occidere hostem ... ». 44-46 si quis — patrem : Aliud exemplum, ex historia de Lamech ; cf. Hieronymus, *Ep.* 36, 4 : « Lamech ... non sponte, sicut in quodam Hebraeo uolumine scribitur, interfecit Cain » ; Petrus Comestor, *Historia Scholastica, Genesis*, c. 29 (P.L. 198, 1079 C-D) : « Lamech uero uir *sagittarius* diu uiuendo caliginem oculorum incurrit, et habens adolescentem ducem, dum exerceret *uenationem* ... casu interfecit Cain inter fructeta, estimans *feram*, quem quia ad iudicium iuuenis dirigens sagittam, interfecit ... ». Quod exemplum in quaestione de ignorantia introduxisse uidetur Alexander de Hales, *Q. antequam* (p. 441-442 et p. 453, 5) ; apud Thomam inuenitur *Q. de malo*, q.3, a.6, u. 117-121 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.6, a.8.

contra legem Dei, ut leuare festucam de terra, uel iurare, apprehendatur, consciencia errante, ut contra legem Dei existens et sic uoluntas in ipsum feratur, manifestum est quod uoluntas feretur, per se loquendo et formaliter, in id quod est contra legem Dei, materialiter autem in id quod non est contra legem Dei, immo forte in id quod est secundum legem Dei; et ideo manifestum est quod est ibi contemptus legis Dei, et ideo necesse est quod sit ibi peccatum.

Et ideo dicendum est quod omnis consciencia, siue recta siue erronea, siue in per se malis siue in indifferentibus, est obligatoria, ita quod qui contra conscienciam facit, peccat.

Ad primum ergo dicendum quod, licet hereticus qui iurat, consciencia erronea contradicente, materialiter loquendo non faciat contra legem Dei, tamen formaliter loquendo contra legem Dei facit, ut ostensum est.

Ad secundum dicendum quod, si alicui dictat consciencia ut faciat illud quod est contra legem Dei, si non faciat, peccat, et similiter si faciat, peccat, quia ignorancia iuris non excusat a peccato, nisi forte sit ignorancia inuincibilis, sicut est in furiosis et amentibus, que omnino excusat. Nec tamen sequitur quod sit perplexus simpliciter, set secundum quid : potest enim erroneam conscienciam deponere, et tunc faciens secundum legem Dei non peccat. Non est autem inconueniens quod, aliquo posito, aliquis homo sit perplexus, sicut sacerdos qui tenetur cantare, si sit in peccato, peccat cantando et non cantando, nec tamen est simpliciter perplexus, quia potest penitenciam agere et absque peccato cantare; sicut etiam in sillogisticis, *uno inconuenienti dato, alia contingunt*, ut dicitur in I Phisicorum.

<Questio 13>

Deinde quesitum est de penitencia.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum si aliquis sacerdos penitenti dicat : *Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum*, sit satisfactio sacramentalis; secundo, utrum ei qui pretermisit diuinum officium dicere cum teneretur ad ipsum, possit imponi alia penitencia pro tali omissione, uel sit ei imponendum quod iteret quod omisit.

<a. 1 [28]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod predicta satisfactio non sit sacramentalis.

Sacramentalis enim satisfactio ad aliquid ligat; set ille cui predictus modus satisfactionis indicitur, ad nichil ligatur; ergo uidetur quod non sit sacramentalis satisfactio.

Set contra. Illa uidetur esse sacramentalis satisfactio qua perfecta ad nichil aliud homo tenetur; set penitens cui sic satisfactio iniungitur a sacerdote, nichil aliud tenetur implere, cum nichil sit aliud sibi mandatum; ergo huiusmodi satisfactio est sacramentalis.

Responsio. Dicendum quod hic est quadruplici distinctione utendum. Primo enim considerandum est quod peccator est debitor alicuius satisfactionis dupliciter : uno modo ex iniunctione sacerdotis, alio modo ex peccato commisso. Vnde, si contingat quod sacerdos minorem satisfactionem imponat penitenti quam sit illa ad quam obligatur ex quantitate sui peccati, subtracto eo quod remittitur uirtute clauium et contritionis precedentis, nichilominus penitens ad aliquid ulterius obligatur, quod si in hac uita non perficiet, in purgatorio exsoluet. Et e conuerso, si sacerdos imponat maiorem penitenciam quam penitens facere teneatur, pensata remissione que est facta per uim clauium et contritione precedente, nichilominus penitens tenetur facere quod sibi est iniunctum, si assit facultas. — Secundo considerantum est quod

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiM*^{7}*Sm)* 50 apprehendatur] apprehenditur P^{1}, Ψ 51 uoluntas] + dei Φ^{1b}, Φ^{2b} 51-52 in ipsum] in ppl'm (= in populum) Ψ (in perplexum *An* : in ipsum *rest. sec.m. C*^{b}) 53 feretur] fertur $N^{b}M^{7}$: feratur *Li* 61 ita] *om.* Φ^{1b} : uel *Bx*^{1}*DuLi* 69 ut faciat] *om.* Φ^{1b} 76 faciens] facere Φ^{1b}, Φ^{2b} 78 homo] non *Bx*^{1}*C*^{b}*DuLi* 79 sicut *Ab hoc uerbo deest M*^{7} *usque ad a.31, u. 45.*

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 83 uno] + quid (quidem, quodam) Φ^{1b}, Φ^{2b}

12-13 predicta satisfactio] *inu.* Ψ 15-16 indicitur] inducitur Φ^{1b}, Φ^{2b}, *Bx*^{1}*Li* (indicitur *rest. sec.m. Bx*^{1}) 24-25 quadruplici] quasi triplici $N^{b}Bx^{1}Sm$: triplici $C^{b}Li$ 35 perficiet] perficiat *P, V*^{4}, *C*^{b}, *Ed*^{31ss} : perfecerit *An* 41 est] *om.* Φ(- *P*)

49 leuare festucam de terra : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.6, a.3 [13], u. 21, cum adn. 71 ignorancia iuris : Cf. O. Lottin, *Le problème de l'« ignorantia iuris » de Gratien à saint Thomas d'Aquin*, in *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. III, Louvain 1949, p. 53-96. 84 in I Phisicorum : Ar., *Phys.*, I, 185a11-12, a Iacobo veneto transl. (A.L., VII 1, p. 9, 16), a Thoma laud. *I*^{a} *II*^{ae}, q.19, a.6, ad 3.

opus quod quis facit ex iniunctione sacerdotis, dupliciter ualet penitenti : uno modo ex natura operis, alio modo ex ui clauium. Cum enim satisfactio a sacerdote absoluente iniuncta sit pars penitencie, manifestum est quod in ea operatur uis clauium, ita quod amplius ualet ad expiandum peccatum quam si proprio arbitrio homo faceret idem opus. — Tercio considerandum est quod satisfactio ad duo ualet : ualet enim ad expiationem culpe preterite, ualet etiam ad cautelam culpe future, sicut cum homo ieiunat, per hoc prebetur ei remedium contra futuras concupiscencias carnis. — Item quarto considerandum est quod sacerdos potest penitenti satisfactionem iniungere uel ex proprio arbitrio uel etiam ex consilio alieno.

Est ergo dicendum quod, sicut potest sacerdos iniungere satisfactionem penitenti ex arbitrio alieno, ita etiam ex arbitrio ipsius penitentis, sicut si dicat : « Facias hoc, si potes ; et si non potes, facias hoc ». Et simile uidetur cum sacerdos dicit : *Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum*. Videtur autem satis conueniens quod sacerdos non oneret penitentem graui pondere satisfactionis, quia, sicut paruus ignis a multis lignis superpositis de facili extinguitur, ita posset contingere quod paruus affectus contritionis in penitente nuper excitatus propter graue onus satisfactionis extingueretur, peccatore totaliter desperante. Vnde melius est quod sacerdos penitenti indicet quanta penitencia esset sibi pro peccatis iniungenda, et iniungat sibi nichilominus aliquid quod penitens tolerabiliter ferat, ex cuius impletione assuefiat ut maiora impleat, que etiam sacerdos sibi iniungere non attemptasset. Et hec que preter iniunctionem expressam facit, accipiunt maiorem uim expiationis culpe preterite ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit : *Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum* (unde laudabiliter consueuit a multis sacerdotibus hoc dici), licet non habeant maiorem uim ad prebendum remedium contra culpam futuram. Et quantum ad hoc talis satisfactio est sacramentalis, in quantum uirtute clauium est culpe commisse expiatiua.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [29]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ei qui omisit dicere diuinum officium sit iniungendum quod iterato dicat.

Qui enim tenetur ad aliquod debitum speciale implendum, non potest liberari nisi idem debitum soluat. Si igitur aliquis tenebatur ad hoc debitum, ut scilicet diuinum officium diceret, uidetur quod non posset absolui nisi hoc debitum soluat.

Set contra est quod *penitencie sunt arbitrarie* ; ergo pro peccato talis omissionis, quecunque

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 50 ualet ad duo *tr.* Ψ 52 ieiunat] + et $\Phi(-\Phi^{2a})$ 67 superpositis] suppositis $\Phi(-?P^{1})$ 75 assuefiat] assuefiet Ψ (assumet *Li*) 81-82 unde — dici *Haec uerba interpositionem esse recte indicauit Ed*^{30} *(Nicolai)* 82 hoc] *ante* 81 a multis *tr.* Φ^{1b}, Φ^{2b} habeant] habeat *As*, Ψ (?esse *Li*) ; *sed subiectum est* 76 hec, *non* 82 hoc ; *cf. adn. ad u.* 81-82

6 idem (illud *Ba*^{1})] *om. Ed*^{19ss} 7 ad hoc tenebatur (teneatur *Bx*^{1}*Li*) *tr.* Ψ 9 posset] possit *P, E*

A.28 Parall. : Hic articulus potest considerari ut supplementum ad responsionem Thomae *De forma absolutionis* (ed. Leon., t. XL C). — Verba de quibus quaestionem instituit Thomas leguntur in prece « Passio Domini nostri », quam iam exhibet *Rituale sacramentorum Romanum Gregorii papae XIII* ..., Romae, 1584 ; similia uerba apparent in libris liturgicis saec. XV-XVI et commendantur a Iohanne Gerson (cf. J. A. Jungmann, *Die lateinischen Bussriten in ihrer geschichtlichen Entwicklung*, Innsbruck 1932, p. 237, qui tamen articulum Thomae non cognouisse uidetur). Placet laudare uerba Iohannis Gerson, in epistula ad fratrem suum Nicolaum anni 1410 (ed. P. Glorieux, *Jean Gerson. Œuvres complètes*, vol. II, Paris 1960, p. 136) : « Tandem ad id quod inquiris si sit expediens in iniunctione paenitentiae dicere : *omnia bona quae facies sint tibi pro generali paenitentia*, respondeo quod sic, quia per hunc modum omnia talia bona habent uim satisfactoriam, licet non tantumdem sicut si specialiter iniungerentur et fierent, et hoc propter obligationem maiorem et oboedientiam inde sequentem. Sed non esset securum specialiter iniungere taliter et talia omnia sic debere fieri, propter periculum transgressionis et culpae seu inoboedientiae inde consequentia ». Cf. iam *Summa fratris Alexandri*, Pars IV (ed. Venetiis 1575, f. 353vb) : « hec iniungunt sacerdotes cum dicunt penitentibus : *Omnia bona que facietis sint uobis pro penitencia* ». 49 Tercio : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.15, q.1, a.4, sol. 1 (= *Suppl.*, q.15, a.1).

A.29 Parall. : *Quodl. V*, q.14, a.un. [28]. — Paucis annis ante, quaestionem posuerat et similiter soluerat Humbertus de Romanis, *Expositio super Constitutiones FF. Predicatorum* (c. 1267) : « Octauo (queritur) utrum ille qui omisit aliquam horam canonicam teneatur iterum dicere illam ? » (ed. J. J. Berthier, *B. Humberti de Romanis ... Opera de vita regulari*, vol. II, Romae 1889, p. 70) ; « Ad octauum dicendum est quod, si transiuit dies uel tantum de die quod in residua parte diei nunquam consueuit dici talis hora, non tenetur aliquis dicere horam omissam, set sufficit agere penitenciam de omissione ; aliter tenetur. Verbi gracia, si dimisit quis dicere hora competenti matutinas talis diei et transiit dies tota usque post prandium cum recordatur, non tenetur illas matutinas dicere, set agere penitenciam ; si autem esset circa primam uel inter primam et terciam quando aduertet, debet illas dicere, cum sit adhuc tempus, ne incurrat maiorem omissionem » (*ibid.*, p. 81). 11 penitencie sunt arbitrarie : Adagium, quod tamen in certo casu uel sub distinctione adfertur ; cf. c. 1197, Giraldus Cambrensis, *Gemma ecclesiastica*, I 46 (ed. J. S. Brewer, *Giraldi Cambrensis Opera*, Rerum Britannicarum medii aeui scriptores, t. II, London 1862, p. 126) : « arbitrarie sunt penitencie et pro motu prelati imponende » ; c. 1191-1203, Alanus de Insulis, *Liber*

pena secundum arbitrium sacerdotis potest imponi.

Responsio. Dicendum quod in omni diuino officio est hoc commune quod pertinet ad laudem Dei et ad suffragium fidelium, set distinguitur unum officium ab alio secundum diuersitatem temporum et locorum. Rationabiliter enim institutum est ut diuersimode Deus laudetur secundum congruenciam temporum et locorum.

Et ideo, sicut in officiis diuinis exsoluendis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis; que quidem obseruari non posset si oporteret iniungere omittenti quod horas diceret quas omisit : forte enim in Completorio diceret : *Iam lucis orto sidere*, et in tempore paschali diceret officium Dominice Passionis, quod esset absurdum. Et ideo non uidetur esse iniungendum ei qui omisit diuinum officium quod horas easdem repetat, set aliquid ad laudem diuinam pertinens, puta quod dicat Septem psalmos, uel unum psalterium, uel aliquid amplius secundum quantitatem delicti.

Ad id uero quod in contrarium obicitur, dicendum quod tempore debito officii preteruente, iam est inpotens ad soluendum tempore debito, et ideo, quia hoc non potest facere, iniungenda est ei alia penitencia.

<Questio 14>

Deinde quesitum est de creatura pure corporali.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, de arcu nubium qui dicitur yris, utrum sit signum diluuii non futuri; secundo, utrum possit demonstratiue probari quod mundus non sit eternus.

<a. 1 [30]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod arcus nubium non sit signum diluuii non futuri.

<1> Illud enim quod fit ex necessitate nature, non uidetur esse institutum ad aliquid significandum; set arcus nubium prouenit ex necessitate propter oppositionem solis ad nubem roridam; ergo non uidetur esse significatiuum diluuii non futuri.

<2> Preterea. Huiusmodi apparitiones aeris sicut yris et halo, id est circulus continens solem et lunam, et alia huiusmodi, causantur precipue

Φ (pecia 6) : Φ^{1a} *(As)*, Φ^{2a} *(BaP*^{1}*)*, Φ^{1b} *(OP)*, Φ^{2b} *(Ba*^{1}*EP*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 15 diuino] *om.* Ψ (*uerbum praec.* oī = omni, *in* dī = dei *corr. sec.m.* C^{b})

Φ (pecia 7) : Φ^{1} *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 22 exsoluendis *Incipit pecia 7*^{a} *in* Φ 30 omisit] + dicere Ed^{20} 31 laudam diuinam] *inu.* $Ed^{2,4ss}$ 32 quod] ut Ed^{4ss} Septem psalmos] + penitenciales N^{b}, *sec.m.* O^{5} 37-38 tempore debito] debitum Ed^{19ss}

4 arcu *De modo scribendi* arcus *uel* archus *uar. codd* 14 necessitate] + nature Ed^{10ss}

penitencialis, III 1 (ed. J. Longère, Louvain - Lille 1965, p. 127) : « Quod penitencie sunt arbitrarie ... ut liqueat que penitencie quibus debeantur peccatis iuxta canonicas institutiones; de rigore tamen canonum potest remitti pena ad arbitrium sacerdotum »; c. 1214/16, Thomas de Chobham, *Summa confessorum*, a.7, q.1a (ed. F. Broomfield, Louvain - Paris 1968, p. 324) : « Et sciendum quod quedam pene determinate sunt in canonibus que mutari non possunt. Alie mutabiles sunt et arbitrarie secundum dispositionem discreti sacerdotis »; Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III (ed. Ribaillier, p. 1041, 60) : « pene huiusmodi arbitrarie sunt »; Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. III, tit. 34 (ed. Ochoa-Diez, c. 848) : « Alii uero dicunt indistincte omnes penitencias arbitrarias ... Et hanc ultimam opinionem uidetur amplecti consuetudo »; *Summa fratris Alexandri*, Quarta pars (ed. Venetiis 1575, f. 340vb) : « Quidam dicunt, et fere omnes confessores, quod omnes penitencie sunt arbitrarie »; Albertus, *In IV Sent.*, d.18, a.15, arg.1 (XXIX, p. 791a) : « pene sunt arbitrarie ». 27 Iam lucis orto sidere : Hymnus ad Primam. 28 Dominice Passionis : « Dominica Passionis » (le Dimanche de la Passion) hodie non amplius celebratur, sed est dominica quinta Quadragesimae. 32 Septem psalmos : paenitentiales (hi sunt Ps. 6, 31, 37, 50, 101, 129, 142), quos tunc in multis circumstanciis Rubricae uel mos dicere praecipiebant.

A.30 : Solutio Thomae placuit magistro cuius Quodlibet asseruatur in Ms. Dole B.M. 81, p. 344-353; hic est enim ultimus articulus huius Quodlibet : « Postea fuit quesitum de yride, vtrum sit signum diluuii non futuri? Solutio : sicut thomas ». 9 arcus nubium : In Aristotelis libro Meteororum a Gerardo Cremonensi translato, iris uel arcus caelestis uocatur « arcus demonis » (scil. Iridis) uel « arcus uarius » (= multicolor); cf. Alfredus de Sareshel, *Comm. in Metheora*, III 10 (ed. J. K. Otte, p. 51, 18-28); Albertus, *Meteora*, III IV 6 (ed. Borgnet, t. IV, p. 672). 14-15 propter — roridam : Cf. Ar., *Meteor.*, III, 373b13-32, a Gerardo Cremonensi transl. (Paris B.N. lat. 6325, f. 106ra-rb; Vat. Urb. lat. 206, f. 236r) : « Coloris autem yris esse est propterea quod celum quando pluit resoluitur superfluitas uaporis coartati in nubibus, et fit ex eis *roratio* parua ante quam sit ipsa pluuia magna. Cum ergo relucet *sol oppositus illi rorationi et nubibus*, resplendet lumen eius in eis utrisque, sicut speculum tersum, et recipiunt colores resplendentes in eis ex sole et adproximant eos ad aerem et tingunt eum coloribus resplendentibus in eis ex sole, sicut speculum luminosum ex quo resplendet ad speculum simile sibi contra faciem suam positum. Quando ergo illud est ita, uidetur arcus demonis uel uarius in celo ». Cf. Thomas, *In Post.*, I 25, 157-159, cum adn. in ed. Leon., t. I* 2, p. 92; II 17, 132-134 : « yris autem fit propter hoc quod radii solares repercutiuntur ad uapores humidos »; *Sermo Ecce Rex* (laud. infra, ad u. 74-75). 18-19 id est — lunam : Cf. Ar., *Meteor.*, III 4, 373a32, a Gerardo Cremonensi transl. (Ms. Paris B.N. lat. 6325, f. 105va) : « Postquam ergo iam diximus circulum continentem solem et lunam et stellas et causam in illo, nunc dicamus arcum uarium et modum colorum eius ... »; (f. 106rb, 4 ab imo) : « circuli continentis solem aut lunam aut stellas ». Vnde Thomas, *In Meteor.*, I 1, n. 8 : « ... ad halonem, id est circulum continentem solem et lunam et stellas ». 19 et alia huiusmodi : Haec sunt parhelia et uirgae, de quibus tractat Ar., *Meteor.*, III 6, 377a29-378a14.

ex uaporibus humidis in aere existentibus, ex quibus secuntur pluuie, que diluuium faciunt; ergo apparitio yridis magis est signum diluuii futuri quam diluuii non futuri.

<3> Preterea. Si est signum diluuii non futuri, aut est signum diluuii nunquam futuri, aut signum diluuii non futuri usque ad aliquod tempus; si autem est signum diluuii nunquam futuri, non oportuisset quod apparuisset nisi semel; si autem diluuii non futuri usque ad aliquod tempus, oporteret tempus esse determinatum, quod quidem determinari non potest nec auctoritate scripture nec ratione humana; ergo frustra huiusmodi signum datur.

Set contra est quod dicitur Genesis VIII : *Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum federis inter me et inter terram*; et postea subditur : *Et non erunt ultra aque diluuii ad delendum universam carnem.*

Responsio. Dicendum quod in hiis que in Veteri Testamento dicuntur, primo quidem obseruanda est ueritas litteralis; set, quia Vetus Testamentum est figura Noui, plerumque in Veteri Testamento sic aliqua proponuntur ut ipse modus loquendi aliquid figurari designet.

Dicendum est ergo quod, quia cause rerum multis sunt latentes, effectus autem sunt manifestiores, proponuntur effectus in designatione causarum. Est autem considerandum quod pluuiarum causa efficiens quidem est sol, materialis uero uapor humidus eleuatus ex terra et aquis per uirtutem solis. Hec autem duo in triplici dispositione se possunt habere. Quandoque enim calor solis omnino superuincit uapores et exsiccat eos, et tunc pluuie sequi non possunt; unde in Egypto et in terris multum calidis non sunt pluuie; in estate etiam propter propinquitatem solis sunt pluuie rariores, in hyeme uero frequentiores. Quandoque uero e contrario uirtus solis ad hoc usque ualet quod uapores multiplicat, set tamen non potest eos desiccare; et tunc superhabundant pluuie, et est ratio diluuii aquarum. Quandoque uero medio modo se habet, ut scilicet uirtus solis non solum operetur ad eleuationem uaporum, set etiam habet uictoriam super eos, ut non tantum multiplicentur quod diluuium inducere possint, neque etiam ut omnino uapores desiccentur et pluuia non sequatur.

Et ex hac media dispositione uel comparatione solis ad uapores causatur yris, que non apparet uaporibus omnino desiccatis neque etiam eis omnino in aere superhabundantibus; et ideo yris est signum diluuii non futuri, in quantum procedit ex tali causa que repugnat diluuio. Ideo autem scriptura tali modo loquendi utitur, quia per yridem significatur Christus, per quem protegimur a spirituali diluuio.

Ad primum ergo dicendum quod yris procedit naturaliter ex talibus causis que repugnant diluuio, et ideo conuenienter yris dicitur esse signum diluuii non futuri.

Ad secundum dicendum quod yris potest significare pluuias, set non superhabundantes usque ad hoc quod faciant diluuium.

Ad tercium dicendum quod yris semel apparens significat quod tandiu non erit diluuium quandiu sol et uapores in eadem dispositione consistunt, et ideo non est superfluum quod frequenter apparet.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 25 aut^2] + est *P, Ed*^{5ss} 34 VIII] IX *Ed*^{31ss} 46 multis sunt (sint *As*) latentes] multe sunt latentes *Dl* : multis latent *Ed*^{19} : multos latent *Ed*^{20} 49 sol] soli Ψ(- *Du* : sol *rest. sec.m. C*^{b}) 51-52 dispositione se] se dispositione *N*^{b}*C*^{b}*O*^{5}*Li* : se dispositione se *Bx*^{1}*DuLi* 66 omnino uapores] *inu.* Φ^{2b} 69 solis] solum Ψ(- *Du*)

34 Genesis VIII : Immo IX, 13 et 15 (*Biblia sacra* ..., t. I, p. 173-174). 54-56 unde ... pluuie : Cf. ipse Thomas, *III*^{a}, q.44, a.2, ad 2 : « In Egypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem »; *In Iob*, XXXVII 217-218 : « in terris calidis, ubi sunt pluuie rariores ». 71-73 et ideo — diluuio : De pluuia uel sereno ab iride uel halo praenuntiato cautius scripserant Ar., *Meteor.*, III, 372b15-33 (a Gerardo transl., Ms. Paris B.N. lat. 6325, f. 105va); Seneca, *Nat. qu.*, I II 8 (ed. P. Oltramare^2, Coll. ... Budé, Paris 1951, p. 18-19; de halo) et I VIII 7 (p. 36; de iride); Plinius, *Nat. hist.*, II LX 59 (ed. J. Beaujeu, Coll. ... Budé, Paris 1950, p. 66) : « Arcus ... ne pluuios quidem aut serenos dies cum fide portendunt »; XVIII LXXX 353 (ed. H. Le Bonniec, Coll. ... Budé, Paris 1972, p. 174, cum adn. 2, p. 314-315); Vincentius Bellouacensis, *Spec. nat.*, IV 80 (ed. Duaci 1624, col. 282); Albertus, *Meteora*, III IV 5 (ed. Borgnet, t. 4, p. 671-672; de halo) : « Aristotiles autem confuse tradit harum coronarum significationes ... Hoc est ergo probabiliter quod dicit Aristotiles de significatione harum coronarum, et est ualde confusum. Scias ergo quod Seneca ordinatius tradit harum impressionum significatum ... ». 74-75 per yridem significatur Christus : Cf. ipse Thomas, *Sermo in prima dominica Adventus* (30 nouembris 1270 uel 29 nou. 1271), *Ecce Rex* (ed. J. Leclercq, in *Revue thomiste*, 46, 1946, p. 159) : « *Arcum meum ponam inter me et uos* [Gen., IX 9], scilicet in signum pacis. Per arcum istum significatur Dei Filius, quia sicut arcus generatur ex reuerberatione solis ad nubem aquosam, sic Christus generatus est ex Verbo Dei et ex natura humana que est sicut nubes, et sicut anima et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus; et de Christo dicitur quod ascendit super nubem leuem, id est super naturam humanam sibi eam uniendo ».

<Q. 14, a. 2 [31]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod demonstratiue probari possit mundum non esse eternum.

<1> Si enim mundus esset eternus, non posset computari numerus annorum ab initio mundi; hic autem numerus ascribitur paschali cereo; sic ergo non posset paschalis cereus in Ecclesia benedici.

<2> Preterea. Epacte computantur secundum excrescenciam annorum lunarium super annos solares; set talis excrescencia computari non posset, si mundus esset eternus; ergo mundus non est eternus. Ergo demonstrari potest quod mundus non sit eternus.

Set contra. Id quod est fidei demonstrari non potest, quia fides est *non apparentium*, ut dicitur ad Hebreos XI; set mundum ex quodam principio temporis esse creatum, est fidei articulus (unde et prophetice a Moyse dictum est : *In principio creauit Deus celum et terram*, ut Gregorius dicit in prima omelia Ezechielis); ergo mundum non esse eternum non potest demonstratiue probari.

Responsio. Dicendum quod ea que simplici uoluntati diuine subsunt, demonstratiue probari non possunt, quia, ut dicitur I ad Corinthios II, *que sunt Dei, nemo* nouit *nisi Spiritus Dei*; creatio autem mundi non dependet ex alia causa nisi ex sola Dei uoluntate; unde ea que ad principium mundi pertinent demonstratiue probari non possunt, set sola fide tenentur, prophetice per Spiritum sanctum reuelata, sicut Apostolus post premissa uerba subiungit : *nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.*

Est autem ualde cauendum ne ad ea que fidei sunt aliquis demonstrationes adducere presumat, propter duo. Primo quidem, quia in hoc derogat excellencie fidei, cuius ueritas omnem rationem humanam excedit, secundum illud Ecclesiastici III : *Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi*; que autem demonstratiue probari possunt, rationi humane subduntur. Secundo, quia, cum plerumque tales rationes friuole sint, dant occasionem irrisionis infidelibus, dum putant quod propter rationes huiusmodi hiis que sunt fidei assenciamus.

Et hoc expresse apparet in rationibus hic inductis, que derisibiles sunt et nullius momenti.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ^* *(N*^{b}*, Bx*^{1}*C*^{b}*DuLiSm)* 25 subsunt *scr. (cum Ed*^{30}*, Ed*^{32ss}*)* : subsistunt *codd* 30 mundi pertinent] *inu.* Ψ(- *Du* : 26-31 quia — possunt *hom.om. Li*) 31 tenentur *scr. cum* Φ^2, *Bx*^{1}*Du* : tenetur Φ^1, *N*^{b}*C*^{b}*LiSm* 35 ne] + quis *Ed*^{31ss} 36 aliquis] quis *As* : aliquas *Ed*^{19ss}(- *Ed*^{30}) 44 irrisionis] arrisionis *AsP, Ba*^{1} 45 que *Ab hoc uerbo denuo adest M*^{7}

A.31 Parall. : *In II Sent.*, d.1, q.1, a.5 ; *C.G.*, II 38 ; *Q. de pot.*, q.3, a.17 ; *I*^{a}, q.46, a.2 ; *Quodl. XII*, q.6, a.1 [7]. 5-9 Si — benedici : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Quodl. XIV*, q.10, a.1 (Mss Paris B.N. lat. 16405, f. 104ra ; Vat. lat. 1015, f. 131vb ; ed. Ph. Grand, in *Arch. hist. doctr. litt. M.A.*, 31, 1964, p. 266) : « Ad primam questionem dic quod mundus est nouus et non est eternus. Quod enim incepit, ostenditur tripliciter. Primo, ex certarum reuolutionum et preteritarum circulationum siue uersionum distinctione et numeratione. Computantur enim in cereo paschali anni ab origine mundi sex milia annorum .CCCC. et .LXVIII. et certum principium sue creationis ac certi anni a compotistis et astrologis colliguntur, iuxta illud : Principium mundi retinet .g. tercia martis » (littera g est littera dominicalis : .g. tercia martis = die 18^a martis). — Animaduertendum tamen est huic rationi non nisi robur auctoritatis ipsum Geraldum tribuisse. Si anno 1269, quo suum Quodlibet disputauit, paschali cereo adscriptus fuit annus 6468, hoc non fuit nisi auctoritate ecclesiae Romanae, quae in suo Martyrologio initio mundi annum 5199 indixerat, quam temporum notationem Bibliorum sacrorum esse putauerat ecclesia Romana : Geraldus ergo non adfert nisi auctoritatem scripturae, ab ecclesia interpretatam et in paschali cereo consignatam. Non ergo ad ipsum Geraldum respondet Thomas, sed ad quendam Geraldi discipulum qui naturam « demonstrationis » sui magistri non intellexerat et qui Thomae opposuerat argumentum auctoritatis Geraldi ac si esset argumentum rationis. — Etsi « hunc numerum (5199) usualiter tenet ecclesia » (Vincentius Bellouacensis, *Spec. hist.*, VI 88, ed. Duaci 1624, p. 204), et insuper mundum « in Martio factum dogmatizat ecclesia » (Petrus Comestor, *Hist. Schol.*, P.L. 198, 1059 D), tamen etiam tunc alii aliter sentiebant (et ipse Vincentius). 10-15 Epacte — eternus : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Quodl. XIV*, q.10, a.1 (seq. ibid.) : « Secundo, ex luminarium anticipatione ex quibus oriuntur epacte. Singulis enim annis cursus lune cursum solis antecedit .XI. diebus, cuius demonstrationem solus Damascenus inuenit per solis et lune creationem, et ponit eam II libro, c. VII [*Traditio orthodoxe fidei*, a Burgundione transl., c. 21, ed. Buytaert, p. 94], dicens : *Oportet scire quoniam perfecta creata est luna a conditore, scilicet .XV*^{a}*. ; decebat enim completam generari. Quarta autem die creata est cum sole, anticipauit igitur tunc solem .XI. diebus ; ideoque secundum unumquemque annum, et menses lune .XII. deficiunt a duodecim mensibus solis .XI. dies. Solis enim circulatio .CCCLXV. dies habet cum quarta diei, ex quibus quatuor quartis in quarto anno bissextili additur una dies. Lune autem annus habet dies .CCCLIV.* Et ita habundat annus solaris .XI. diebus ab anno lunari, ex quibus .XI. diebus formantur epacte. Epacta enim est numerus uariabilis anno datus ad inueniendum etatem lune in kalendis mensium illius anni, et dicitur 'epacta' ab 'epy', quod est 'supra' et 'acta', quod est 'augmentum' : prouenit enim ex augmento anni solaris ad annum lunarem, qui est .XI. dierum. Ponere ergo cursum solis et lune eternum, est epactas destruere ». — Hic etiam, opponens rationis sui magistri uim non intellexit : « talis excrescencia computari non posset », immo non esset, quoniam eius rationem reddit historia creationis. 17-18 ad Hebreos XI : 1 Est autem fides... argumentum non apparentium. 21-22 Gregorius... in prima omelia Ezechielis : *Homiliae in Hiezechihelem prophetam*, Hom. 1, u. 13-14 et 39-40 (CCSL 142, p. 5-6) : « Prophetia de praeterito : *In principio creauit Deus caelum et terram*... Dixerat enim Moyses : *In principio creauit Deus caelum et terram* », a Thoma laud., *In II Sent.*, d.1, q.1, a.5 ; *I*^{a}, q.46, a.2. 26 I ad Corinthios II : 11 « ita et quae Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei ». 32-33 post premissa uerba : Immo ante, *I ad Cor.*, II 10. 39-40 Ecclesiastici III : 25 « plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi ».

Quod enim primo inducit de cereo paschali, non habet robur nisi auctoritatis; probare autem per auctoritatem non est demonstratiue probare, set fidem uel opinionem facere, et tamen multo esset ualidior auctoritas sacre scripture quam paschalis cerei, presertim cum sine ascriptione annorum mundi cereus paschalis benedici possit. Non enim est de necessitate paschalis cerei talis ascriptio, unde in multis terris non est consuetum quod aliquid cereo ascribatur.

Quod etiam secundo opponitur, derisibile est : non enim excrescencie annorum lunarium ad solares computantur ab initio mundi, set ab aliqua determinata radice, puta ab aliqua oppositione solis et lune, uel ab aliqua coniunctione, uel ab aliquo huiusmodi, sicuti est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

Φ (pecia 7) : Φ^{1} *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* ; Ψ *(N*[b]*, Bx*[1]*C*[b]*DuLiM*[7]*Sm)* 49 inducit] inducitur *Ed*[30], *Ed*[32ss] 52 fidem uel] fide rei *Ed*[32ss] 53-54 paschalis cerei] benedictio paschalis cerei *Ed*[2,4ss] : paschalis cerei (talis) ascriptio Φ^{2bGg} 59 opponitur] operatur Φ^{2b}

52-53 multo... ualidior : Immo eadem est, cum ascriptio cerei paschalis consignet interpretationem sacrae scripturae ab ecclesia Romana datam, cf. adn. ad u. 5-9.

<QVODLIBET VI>
<SIVE>
<QVODLIBET DE NATALI>
<1270>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Communale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ

An = Angers, Bibl. municipale 212 (203). *Pars prior*
F = Firenze, Bibl. Medicea Laurenziana Conv. Soppr. 623
M^1 = München, Staatsbibl. Clm 14119
M^3 = München, Staatsbibl. Clm 22356

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de Deo, de angelo, de homine, et de creaturis pure corporalibus.

<Questio 1>

<a. unicus [1]>

Circa Deum quesitum est unum, utrum scilicet unitas essencie ponat in numerum cum unitate persone.

Et uidetur quod non.

Sunt enim tres persone diuine; si igitur unitas essencie poneret in numerum cum unitate persone, sequeretur quod in Deo esset quaternitas, quod est hereticum; non ergo unitas essencie ponit in numerum cum unitate persone.

Set contra. Si unitas essencie sit penitus idem cum unitate persone, non ponens cum ea in numerum, sequeretur quo de quocunque predicatur unum, predicaretur et reliquum; set unitas essencie predicatur de tribus personis : dicimus enim quod Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt unum; ergo et unitas personalis predicabitur de eis, ut dicatur quod Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt unus; quod patet esse falsum.

Responsio. Dicendum quod unumquodque in quantum est unum, in tantum est ens; unde *ens et unum conuertuntur*. Est autem unumquodque ens per suam formam; unde et unumquodque per suam formam habet unitatem. Et inde est quod, que est comparatio forme ad formam, eadem est comparatio unitatis ad unitatem. Deus autem est formaliter Deus per suam essenciam; proprietas autem personalis est quasi forma constituens personam, que quidem realiter distinguitur ab alia persona propter oppositionem relatiuam; set proprietas personalis non distinguitur realiter ab essencia, alioquin sequeretur quod in Deo esset compositio et quod aliquid adueniret ei per modum accidentis : nam omne quod est extra essenciam rei, accidentaliter aduenit. Differt tamen proprietas personalis ab essencia secundum modum intelligendi et significandi : nam essencia dicitur absolute, proprietas uero personalis importat relationem. Vnde patet quod unitas persone non ponit in numerum cum unitate essencie quasi realiter ab ea differens, set solum secundum modum intelligendi.

Et per hoc patet responsio ab obiecta.

Nam primum procedebat secundum differenciam rei, que quia non est in diuinis inter unitatem essencie et persone, non potest poni quaternitas in Deo.

Secundum uero procedebat secundum differenciam que est ex modo intelligendi et significandi, ex qua prouenit quod dicimus quod Pater et Filius et Spiritus sanctus sunt unum, set non unus.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 20 et] *om.* Φ 24 unde] unum Φ^1(- *P*) 32 que] quod Φ (que *rest. multi dett, edd*) 32-33 distinguitur *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{4ss} : distinguit *codd*(- *M*^{1}*M*^{3}) 49 non] et non Φ (et *exp. sec.m. V*^{4}, *om. non nulli dett*) : Et ideo non *Ed*^{1} : ideo non *Ed*^{3}, *Ed*^{10ss} 54 sunt *scr. cum F, O*^{2}*Ve, Md*^{b}*Bs, Ed*^{1} (*cf. supra. u.* 19) : dicuntur *AsP, M*^{1}*M*^{3}*, An, Ed*^{2,4ss} : dicunt *O*, Φ^{2b}

A.1 Parall. : *In I Sent.*, d.33, q. unica, a.1 ; *C.G.*, IV 14 ; *Comp. theol.*, I 54, u. 66-67 ; *Q. de pot.*, q.2, a.5 ; q.8, a.2 ; *I*^{a}, q.28, a.2. 24-25 ens et unum conuertuntur : Adagium erutum ex Ar., *Met.*, IV, 1003b22-25, a Michaele Scoto transl. (in Auerroe, *In Met.*, IV, textus 3, ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 66va), cum comm. Auerrois (ibid., f. 66vb) : « unum et ens ... utrunque conuertitur super alterum » ; X, 1054a13-19, a Michaele Scoto transl. (*ibid.*, f. 257r) ; et ex Boethio, *Contra Eutychen*, c. IV (ed. Stewart-Rand, p. 94, 37-39) : « esse enim atque unum conuertitur » ; unde c. 1250 Albertus, *In Dion. De diu. nom.*, c. XIII (ed. Col., t. XXXVII 1, p. 435, 61-63) : « Philosophus dicit in IV Methaphisice quod ens et unum sunt idem re ; talia autem conuertuntur supra se ; ergo unum et ens sunt conuertibilia » ; (p. 436, 8-9) : « ens et unum conuertuntur secundum supposita » (cf. *ibid.*, p. 446, 15-16 ; Albertus, *Metaphysica*, ed. Col., t. XVI 1, p. 165, 36-37) ; Bonauentura, *In I Sent.*, d.24, a.1, q.2, arg.1 (p. 423a) : « ens et unum conuertuntur, sicut uult Philosophus et Boetius » ; d.31, p. II, a.2, q.3, arg.1 (p. 548a) : « unum et ens conuertuntur » ; ipse Thomas, *In I Sent.*, d.19, q.5, a.1, ad 3 : *Q. de uer.*, q.1, a.8, s.c.5 ; q.22, a.1, arg.5 ; *In Met.*, XI, in 1061a15-18 ; in 1064b23-30 ; *Quodl. XII*, a.6, u. 12-13 ; *III*^{a}, q.17, a.2, s.c. — De doctrina in hoc adagio apud Thomam expressa egit L. Oeing-Hanhoff, *Ens et unum convertuntur. Stellung und Gehalt des Grundsatzes in der Philosophie des hl. Thomas von Aquin*, in *Beiträge GPTM*, 37, 3, Münster Westf. 1953. 25-26 Est — formam : Cf. Boethius, *De Trinitate*, c. II (ed. Stewart-Rand, p. 10, 21) : « Omne namque esse ex forma est ».

<Questio 2>

Deinde circa angelos querebantur duo : primo, de actione ipsorum, utrum scilicet quicquid agunt, agant per imperium uoluntatis; secundo, de loco ipsorum, utrum scilicet possint esse in conuexo celi empyrei, quod etiam querebatur circa corpora gloriosa.

<a. 1 [2]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non quicquid agit angelus, agat per imperium uoluntatis.

<1> Voluntas enim equaliter se habet ad propinqua et remota; si ergo angelus ageret per solum imperium uoluntatis, sequeretur quod non differret, ad hoc quod angelus aliquid ageret, quod esset propinquum uel remotum illud in quod agit; et sic nunquam oporteret quod de celo ad terras descenderet ad aliquid hic agendum, quod est contra traditionem sacre Scripture.

<2> Preterea. Quantum ad uoluntatem non differt unitas et multitudo : sicut enim aliquis potest uelle mouere unam rem, ita potest uelle mouere plures res, uel etiam totum uniuersum; si ergo angelus ageret solum per imperium uoluntatis, sequeretur quod posset mouere totum uniuersum, quod est inpossibile, cum ipse sit pars uniuersi; non ergo angelus agit solo imperio uoluntatis.

Set contra. Omnis actio est ab aliqua uirtute; set in angelo non est alia uirtus quam intellectus et uoluntas, intellectus autem non agit nisi per uoluntatem; ergo omnis actio angeli est per imperium uoluntatis.

Responsio. Dicendum quod omnis actio cuiuscunque rei est per formam nature illius rei : nam, etsi sint alique forme accidentales principia actionum alicuius rei, oportet quod huiusmodi actiones reducantur sicut in primum principium in formam specificam illius rei agentis, sicut actio caloris ignis reducitur sicut in primum principium in formam substancialem ipsius, que est etiam principium omnium accidentium propriorum ignis. Et ideo oportet se aliter habere in actionibus alicuius rei habentis naturam simplicem, et in actionibus rei habentis naturam compositam : si enim fuerit aliquid habens naturam simplicem, omnis actio eius erit secundum proprietatem et modum illius nature, quod non contingit si habeat naturam compositam; omnis enim actio ignis est secundum proprietatem nature ignis, in cultello autem ignito est quedam actio non pertinens ad proprietatem ignis, scilicet incisio.

Et hoc etiam considerandum est in substanciis spiritualibus. Anima enim humana non est totaliter intellectus, set participat intellectualitatem; unde est in ea aliqua uirtus et actio que non pertinet ad intellectualem naturam, sicut precipue patet in hiis que pertinent ad animam uegetabilem. Set angelus est totaliter intellectualis nature; et ideo oportet quod omnis eius actio sit secundum intellectum. Vnde beatus Dionisius dicit, IV capitulo De diuinis nominibus, quod angeli habent substancias et uirtutes et operationes intellectuales. Intellectus autem non agit nisi mediante uoluntate, quia motus uoluntatis est inclinatio sequens formam intellectam. Vnde oportet quod quicquid angelus agit, agat per imperium uoluntatis.

Set tamen considerandum est quod, cum uirtus sit media inter essenciam et operationem, oportet quod uirtus et operatio cuiuslibet rei proportionetur essencie eius; unde superioris angeli, cuius est essencia nobilior, est etiam uirtus efficacior, sicut ad intelligendum, ita etiam ad agendum in res exteriores. Et secundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum, quia nec uirtutem nec essenciam habet infinitam.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 4 agunt] congruant Φ^{2b} 5 possint *OP, M*^{3}*F* : possunt *cett (deest An)* 9 Ad primum] Ad secundum *Ed*^{4} : Circa secundum *Ed*^{10} 15 ad] ab *Ed*^{20} 18 terras] terram *AnF, Ed*^{1}*, Ed*^{3}*, Ed*^{8ss} (*perperam*; ad terras = ad diuersas regiones terrae) 37-38 principia actionum] principa^{num} Φ^1 : principia (actionum *om.*) F (*cf. Préf., p.* 122*a) 44 se aliter] *inu. O*, Ψ 46 et] *om. Ed*^{4} : quam *suppl. Ed*^{10} rei] alicuius rei *Ed*^{20}

A.2 Parall. : *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10], praesertim arg. 2 et ad 2; *Resp. de 36 art.*, a.3 et 5 (ed. Leon., t. XLII, p. 339, u. 36-54 et p. 340, u. 74-92; cf. *Resp. de 30 art.*, a.10, ibid., p. 323, u. 175-189; *Resp. de 43 art.*, a.17, ibid., p. 330, u. 270-285). 63-64 Dionisius... IV capitulo De diuinis nominibus : a Iohanne Sarraceno transl., *Dionysiaca*, I, p. 147, 3-4 : « Propter ipsos substiterunt intelligibiles et intellectuales omnes et substantiae et uirtutes et operationes ». Supra, *Quodl. III*, q.2, a.1 [3], arg.2, laudauerat Thomas Dionysium in c. XI *Caelestis hierarchiae*, sed in sua expositione libri *De diuinis nominibus*, c. IV, lect. 1, scribit ipse : « Dicit ergo primo quod propter radios, id est diffusionem diuine bonitatis, producte sunt in esse subsistenti celestes uirtutes, in quibus inuenitur substancia, uirtus et operatio, ut in c. XI Celestis ierarchie dicitur ».

Ad primum ergo dicendum quod actio uoluntatis angelice radicatur in essencia eius, a qua procedit eius uirtus et operatio; oportet autem mouens esse simul cum mobili quod ab eo mouetur, ut habetur in VII Phisicorum; et ideo oportet substanciam angeli aliqualiter coniungi rebus quas mouet.

Ad secundum dicendum quod, quia actio uoluntatis limitatur secundum modum essencie, non oportet quod angelus possit agere omnia que potest uelle.

<a. 2 [3]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod angelus non possit esse in conuexo celi empyrei.

<1> Dicit enim Anselmus quod in nichilo nichil esse potest; set extra celum empyreum nichil est; ergo angelus non potest esse in conuexo celi empyrei : sic enim esset extra celum empyreum.

<2> Item. Videtur quod nec corpus gloriosum ibi possit esse. Omne enim corpus necesse est in loco esse; set extra celum empyreum non est aliquis locus; ergo non potest esse corpus gloriosum extra celum empyreum.

Set contra. Si non potest ibi esse aut angelus aut corpus gloriosum, aut hoc est quia non potest ibi ascendere, aut quia non potest penetrare profunditatem celi empyrei, aut quia indiget loco continente, aut quia indiget conseruante; set omnia hec sunt remota a perfectione corporis gloriosi, et multo magis a condicione angelorum; ergo corpus gloriosum et angelus possunt esse in conuexo celi empyrei.

Responsio. Dicendum quod, ad euidenciam huius questionis, quod apud Antiquos de loco fuerunt due opiniones maxime probabiles. Quarum una fuit quod locus sit quoddam spacium siue dimensiones per se existentes; que quidem opinio si uera esset, corpori deberetur locus ex hoc ipso quod corpus est dimensiones habens, quas necesse est aliquas dimensiones occupare. Set hec opinio de loco est a Philosopho in IV Phisicorum reprobata. Vnde alia opinio est eius, quod locus sit superficies corporis continentis. Non quidem in quantum est huius corporis quod inmediate continet; alioquin sequeretur quod corpus quiescens non semper esset in eodem loco, puta si homo staret in fluuio per cuius decursum continue renouarentur diuerse superficies aque circa ipsum. Set superficies corporis inmediate continentis habet quod sit locus ex ordine ad primum continens; unde accipitur idem locus secundum eundem situm ad primum

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(M^{1}M^3, An, F)* 9 nec] non Φ^{2b} 18 loco] + et Φ(- *P : om. dett, Ed*^{2,4ss}) 20 et] *om. Ed*^{2,4ss} 23 quod] *om. P* 24 quod] sciendum (+ est *C*^{c}*O*^{5}) quod *M*^{1}*M*^{3}*An, C*^{c}*O*^{5} : oportet uidere quod *F* 30 quas] ad quas *Ed*^{19ss}(- *Ed*^{30}) 34 huius *scr. (cum P*^{5a}*, C*^{c}*O*^{5}*)* : huiusmodi *codd* (33-34 continentis — corporis *hom.om. P*^{1}) 36 non] si Φ^{2b} 38 continue] semper *Ed*^{2,4ss} 40 continentis] continentum Φ^{2b} *(cf. Préf., p. 122*a)* habet] licet habet Φ^{2b}(- *Ba* : licet *exp. P*^{1}*V*^{4})

84 in VII Phisicorum : Ar., *Phys.*, VII, 243a22-23, a Iacobo Veneto transl., iam laud. supra, *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10], ad 2, u. 100, cum adn. A.3 Parall. : *In III Sent.*, d.22, q.3, a.3, qla 1, arg.1 et ad 1 ; *In De celo*, I, lect. 21, n. 2 et 7. 3 in conuexo : Verba sunt Auerrois, *In De celo*, I, comm. 100 (ed. Ven. 1562, f. 67vb K) : « Et ideo dixit (Aristotiles) in fine Octaui Phisicorum [comm. 84] : 'Mouens igitur est illic', scilicet *in conuexo* spere ». Cum Auerroes hic primum motorem « in conuexo » ultimae sphaerae collocasset et ultra ultimam sphaeram finxissent theologi caelum empyrium, orta est quaestio utrum sustantiae separatae possint esse « in conuexo » caeli empyrii. 4 Anselmus : Etsi de nihilo semel et iterum multa dixit Anselmus (*Monologion*, c. 6-20, ed. Schmitt^2, t. I, p. 18-36; *De casu diaboli*, c. 10-11, ibid., p. 247-251; *De conceptu uirginali*, c. 5, t. II, p. 146-147; cf. Index generalis..., t. VI, p. 249-250), tamen apud eum non inuenitur hoc adagium, quod sine auctoris nomine iam laudauerat Thomas, *In I Sent.*, d.37, q.2, a.3, s.c. : « in nichilo nichil omnino est ». 18 conseruante : Locus saluat et conseruat locatum; cf. Albertus, *In I Sent.*, d.37, a. 14 (ed. Borgnet, t. 26, p. 247) : « unde habet locus istam proprietatem quod saluat locatum » (cf. a.18, p. 254b); ipse Thomas, *In I Sent.*, d.36, q.1, a.3, ad 5 : « cum hec prepositio 'in' dicat habitudinem ad continentem et conseruantem... »; *In II Sent.*, d.1, q.1, a.6, ad 2 : « esse 'in', sicut in continente et saluante »; d.2, q.2, a.3, arg.1 : « Ita enim est in elementis, quod semper continens est saluans contentum »; ad 1 : « ... indiget loco continente et conseruante; et ista uirtus locandi et conseruandi... »; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 276-277 : « locus... utpote... retinens et conseruans ». Cf. Th. Litt, *Les corps célestes dans l'univers de saint Thomas d'Aquin* (Philosophes médiévaux 7), Louvain 1963, p. 47, cum adn. 2. 26 una : Platonis, secundum Aristotelem; cf. adn. inseq. 31-32 in IV Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 209a2-210a13, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 138, 4-142,15; a Guillelmo retract. et a Thoma comm., *In Phys.*, IV, lect. 2-3. Attamen si de dimensionibus mentionem fecit Aristoteles, 209a4-7, de spatio mentionem faciet postea, 211b7, 9, 17, 29; 212a3, 11 (Thomae lect. 6); 212b15, 27 (Thomae lect. 8). 33 locus — continentis : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 212a20-21, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 150, 6-7) : « Quare continentis terminus inmobilis primum, hoc est locus ». 37 in fluuio : Exemplum Aristotelis, *Phys.*, IV, 212a16-20, sed aliquantulum mutatum; non de homine stante, sed de naui moto in fluuio loquitur Philosophus. 42-43 ad primum continens : Ar., *Phys.*, IV, 211b28-29, 212a21-27, secundum Thomam, *In Phys.*, IV 6, n. 9 : « non tamen mouetur locus prout consideratur ut pars quedam loci totius celi, habens determinatum situm in uniuerso »; n. 15 : « terminus continentis non erat locus in quantum est hec superficies istius corporis mobilis, set secundum ordinem uel situm quem habet in toto inmobili. Ex quo patet quod tota ratio loci in omnibus continentibus est ex primo continente et locante, scilicet celo »; *In Eth.*, X 5, u. 114-116 : « secundum diuersitatem locorum, que attenditur secundum diuersum ordinem ad primum continens »; *In De celo*, I 18, n. 7 : « sicut dictum est in IV Phisicorum, superficies corporis continentis non habet rationem loci secundum quod est

<Questio 2>

Deinde circa angelos querebantur duo : primo, de actione ipsorum, utrum scilicet quicquid agunt, agant per imperium uoluntatis; secundo, de loco ipsorum, utrum scilicet possint esse in conuexo celi empyrei, quod etiam querebatur circa corpora gloriosa.

<a. 1 [2]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non quicquid agit angelus, agat per imperium uoluntatis.

<1> Voluntas enim equaliter se habet ad propinqua et remota; si ergo angelus ageret per solum imperium uoluntatis, sequeretur quod non differret, ad hoc quod angelus aliquid ageret, quod esset propinquum uel remotum illud in quod agit; et sic nunquam oporteret quod de celo ad terras descenderet ad aliquid hic agendum, quod est contra traditionem sacre Scripture.

<2> Preterea. Quantum ad uoluntatem non differt unitas et multitudo : sicut enim aliquis potest uelle mouere unam rem, ita potest uelle mouere plures res, uel etiam totum uniuersum; si ergo angelus ageret solum per imperium uoluntatis, sequeretur quod posset mouere totum uniuersum, quod est inpossibile, cum ipse sit pars uniuersi; non ergo angelus agit solo imperio uoluntatis.

Set contra. Omnis actio est ab aliqua uirtute; set in angelo non est alia uirtus quam intellectus et uoluntas, intellectus autem non agit nisi per uoluntatem; ergo omnis actio angeli est per imperium uoluntatis.

Responsio. Dicendum quod omnis actio cuiuscunque rei est per formam nature illius rei : nam, etsi sint alique forme accidentales principia actionum alicuius rei, oportet quod huiusmodi actiones reducantur sicut in primum principium in formam specificam illius rei agentis, sicut actio caloris ignis reducitur sicut in primum principium in formam substancialem ipsius, que est etiam principium omnium accidentium propriorum ignis. Et ideo oportet se aliter habere in actionibus alicuius rei habentis naturam simplicem, et in actionibus rei habentis naturam compositam : si enim fuerit aliquid habens naturam simplicem, omnis actio eius erit secundum proprietatem et modum illius nature, quod non contingit si habeat naturam compositam; omnis enim actio ignis est secundum proprietatem nature ignis, in cultello autem ignito est quedam actio non pertinens ad proprietatem ignis, scilicet incisio.

Et hoc etiam considerandum est in substanciis spiritualibus. Anima enim humana non est totaliter intellectus, set participat intellectualitatem; unde est in ea aliqua uirtus et actio que non pertinet ad intellectualem naturam, sicut precipue patet in hiis que pertinent ad animam uegetabilem. Set angelus est totaliter intellectualis nature; et ideo oportet quod omnis eius actio sit secundum intellectum. Vnde beatus Dionisius dicit, IV capitulo De diuinis nominibus, quod angeli habent substancias et uirtutes et operationes intellectuales. Intellectus autem non agit nisi mediante uoluntate, quia motus uoluntatis est inclinatio sequens formam intellectam. Vnde oportet quod quicquid angelus agit, agat per imperium uoluntatis.

Set tamen considerandum est quod, cum uirtus sit media inter essenciam et operationem, oportet quod uirtus et operatio cuiuslibet rei proportionetur essencie eius; unde superioris angeli, cuius est essencia nobilior, est etiam uirtus efficacior, sicut ad intelligendum, ita etiam ad agendum in res exteriores. Et secundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum, quia nec uirtutem nec essenciam habet infinitam.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 4 agunt] congruant Φ^{2b} 5 possint *OP, M*^{3}*F* : possunt *cett (deest An)* 9 Ad primum] Ad secundum *Ed*^{4} : Circa secundum *Ed*^{10} 15 ad] ab *Ed*^{20} 18 terras] terram *AnF, Ed*^{1}*, Ed*^{3}*, Ed*^{8ss} (*perperam*; ad terras = ad diuersas regiones terrae) 37-38 principia actionum] principa^{num} Φ^1 : principia (actionum *om.*) F (*cf. Préf., p.* 122*a) 44 se aliter] *inu. O*, Ψ 46 et] *om. Ed*^{4} : quam *suppl. Ed*^{10} rei] alicuius rei *Ed*^{20}

A.2 Parall. : *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10], praesertim arg. 2 et ad 2; *Resp. de 36 art.*, a.3 et 5 (ed. Leon., t. XLII, p. 339, u. 36-54 et p. 340, u. 74-92; cf. *Resp. de 30 art.*, a.10, ibid., p. 323, u. 175-189; *Resp. de 43 art.*, a.17, ibid., p. 330, u. 270-285). 63-64 Dionisius... IV capitulo De diuinis nominibus : a Iohanne Sarraceno transl., *Dionysiaca*, I, p. 147, 3-4 : « Propter ipsos substiterunt intelligibiles et intellectuales omnes et substantiae et uirtutes et operationes ». Supra, *Quodl. III*, q.2, a.1 [3], arg.2, laudauerat Thomas Dionysium in c. XI *Caelestis hierarchiae*, sed in sua expositione libri *De diuinis nominibus*, c. IV, lect. 1, scribit ipse : « Dicit ergo primo quod propter radios, id est diffusionem diuine bonitatis, producte sunt in esse subsistenti celestes uirtutes, in quibus inuenitur substancia, uirtus et operatio, ut in c. XI Celestis ierarchie dicitur ».

Ad primum ergo dicendum quod actio uoluntatis angelice radicatur in essencia eius, a qua procedit eius uirtus et operatio; oportet autem mouens esse simul cum mobili quod ab eo mouetur, ut habetur in VII Phisicorum; et ideo oportet substanciam angeli aliqualiter coniungi rebus quas mouet.

Ad secundum dicendum quod, quia actio uoluntatis limitatur secundum modum essencie, non oportet quod angelus possit agere omnia que potest uelle.

<a. 2 [3]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod angelus non possit esse in conuexo celi empyrei.

<1> Dicit enim Anselmus quod in nichilo nichil esse potest; set extra celum empyreum nichil est; ergo angelus non potest esse in conuexo celi empyrei : sic enim esset extra celum empyreum.

<2> Item. Videtur quod nec corpus gloriosum ibi possit esse. Omne enim corpus necesse est in loco esse; set extra celum empyreum non est aliquis locus; ergo non potest esse corpus gloriosum extra celum empyreum.

Set contra. Si non potest ibi esse aut angelus aut corpus gloriosum, aut hoc est quia non potest ibi ascendere, aut quia non potest penetrare profunditatem celi empyrei, aut quia indiget loco continente, aut quia indiget conseruante; set omnia hec sunt remota a perfectione corporis gloriosi, et multo magis a condicione angelorum; ergo corpus gloriosum et angelus possunt esse in conuexo celi empyrei.

Responsio. Dicendum quod, ad euidenciam huius questionis, quod apud Antiquos de loco fuerunt due opiniones maxime probabiles. Quarum una fuit quod locus sit quoddam spacium siue dimensiones per se existentes; que quidem opinio si uera esset, corpori deberetur locus ex hoc ipso quod corpus est dimensiones habens, quas necesse est aliquas dimensiones occupare. Set hec opinio de loco est a Philosopho in IV Phisicorum reprobata. Vnde alia opinio est eius, quod locus sit superficies corporis continentis. Non quidem in quantum est huius corporis quod inmediate continet; alioquin sequeretur quod corpus quiescens non semper esset in eodem loco, puta si homo staret in fluuio per cuius decursum continue renouarentur diuerse superficies aque circa ipsum. Set superficies corporis inmediate continentis habet quod sit locus ex ordine ad primum continens; unde accipitur idem locus secundum eundem situm ad primum

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 9 nec] non Φ^{2b} 18 loco] + et Φ(- *P : om. dett, Ed*^{2,4ss}) 20 et] *om. Ed*^{2,4ss} 23 quod] *om. P* 24 quod] sciendum (+ est *C*^{c}*O*^{5}) quod *M*^{1}*M*^{3}*An, C*^{c}*O*^{5} : oportet uidere quod *F* 30 quas] ad quas *Ed*^{19ss}(- *Ed*^{30}) 34 huius *scr. (cum P*^{5a}*, C*^{c}*O*^{5}*)* : huiusmodi *codd* (33-34 continentis — corporis *hom.om. P*^{1}) 36 non] si Φ^{2b} 38 continue] semper *Ed*^{2,4ss} 40 continentis] continentum Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 122*a) habet] licet habet Φ^{2b}(- *Ba* : licet *exp. P*^{1}*V*^{4})

84 in VII Phisicorum : Ar., *Phys.*, VII, 243a22-23, a Iacobo Veneto transl., iam laud. supra, *Quodl. IX*, q.4, a.5 [10], ad 2, u. 100, cum adn. A.3 Parall. : *In III Sent.*, d.22, q.3, a.3, qla 1, arg.1 et ad 1; *In De celo*, I, lect. 21, n. 2 et 7. 3 in conuexo : Verba sunt Auerrois, *In De celo*, I, comm. 100 (ed. Ven. 1562, f. 67vb K) : « Et ideo dixit (Aristotiles) in fine Octaui Phisicorum [comm. 84] : 'Mouens igitur est illic', scilicet *in conuexo* spere ». Cum Auerroes hic primum motorem « in conuexo » ultimae sphaerae collocasset et ultra ultimam sphaeram finxissent theologi caelum empyrium, orta est quaestio utrum sustantiae separatae possint esse « in conuexo » caeli empyrii. 4 Anselmus : Etsi de nihilo semel et iterum multa dixit Anselmus (*Monologion*, c. 6-20, ed. Schmitt^2, t. I, p. 18-36; *De casu diaboli*, c. 10-11, ibid., p. 247-251; *De conceptu uirginali*, c. 5, t. II, p. 146-147; cf. Index generalis..., t. VI, p. 249-250), tamen apud eum non inuenitur hoc adagium, quod sine auctoris nomine iam laudauerat Thomas, *In I Sent.*, d.37, q.2, a.3, s.c. : « in nichilo nichil omnino est ». 18 conseruante : Locus saluat et conseruat locatum; cf. Albertus, *In I Sent.*, d.37, a. 14 (ed. Borgnet, t. 26, p. 247) : « unde habet locus istam proprietatem quod saluat locatum » (cf. a.18, p. 254b); ipse Thomas, *In I Sent.*, d.36, q.1, a.3, ad 5 : « cum hec prepositio 'in' dicat habitudinem ad continentem et conseruantem... »; *In II Sent.*, d.1, q.1, a.6, ad 2 : « esse 'in', sicut in continente et saluante »; d.2, q.2, a.3, arg.1 : « Ita enim est in elementis, quod semper continens est saluans contentum »; ad 1 : « ... indiget loco continente et conseruante; et ista uirtus locandi et conseruandi... »; *Q. de uer.*, q.19, a.1, u. 276-277 : « locus ... utpote ... retinens et conseruans ». Cf. Th. Litt, *Les corps célestes dans l'univers de saint Thomas d'Aquin* (Philosophes médiévaux 7), Louvain 1963, p. 47, cum adn. 2. 26 una : Platonis, secundum Aristotelem; cf. adn. inseq. 31-32 in IV Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 209a2-210a13, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 138, 4-142,15; a Guillelmo retract. et a Thoma comm., *In Phys.*, IV, lect. 2-3. Attamen si de dimensionibus mentionem fecit Aristoteles, 209a4-7, de spatio mentionem faciet postea, 211b7, 9, 17, 29; 212a3, 11 (Thomae lect. 6); 212b15, 27 (Thomae lect. 8). 33 locus — continentis : Cf. Ar., *Phys.*, IV, 212a20-21, a Iacobo Veneto transl., A.L., VII 1, p. 150, 6-7) : « Quare continentis terminus inmobilis primum, hoc est locus ». 37 in fluuio : Exemplum Aristotelis, *Phys.*, IV, 212a16-20, sed aliquantulum mutatum; non de homine stante, sed de naui moto in fluuio loquitur Philosophus. 42-43 ad primum continens : Ar., *Phys.*, IV, 211b28-29, 212a21-27, secundum Thomam, *In Phys.*, IV 6, n. 9 : « non tamen mouetur locus prout consideratur ut pars quedam loci totius celi, habens determinatum situm in uniuerso »; n. 15 : « terminus continentis non erat locus in quantum est hec superficies istius corporis mobilis, set secundum ordinem uel situm quem habet in toto inmobili. Ex quo patet quod tota ratio loci in omnibus continentibus est ex primo continente et locante, scilicet celo »; *In Eth.*, X 5, u. 114-116 : « secundum diuersitatem locorum, que attenditur secundum diuersum ordinem ad primum continens »; *In De celo*, I 18, n. 7 : « sicut dictum est in IV Phisicorum, superficies corporis continentis non habet rationem loci secundum quod est

continens, et propter hoc locus est inmobilis, secundum Philosophum.

Secundum igitur hanc opinionem, que uera est, necessitas existendi in loco conuenit corpori ex hoc quod dependet a primo continente (et propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens et secundum partes, ut dicitur in IV Phisicorum). Angelus autem non dependet a primo continente, nec etiam corpus gloriosum, quod perficitur per animam ex diuina fruitione beatificatam. Et ideo nulla necessitas est quod corpus glorificatum aut angelus ab aliquo locali corpore ambiatur, et propter hoc nichil prohibet corpus glorificatum uel etiam angelus in conuexo celi empyrei esse.

Ad primum ergo dicendum quod uerbum illud Anselmi intelligendum est in ui affirmationis : non enim possibile est quod aliquid sit in nichilo tanquam in continente. Set iste intellectus non facit ad propositum.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de corpore dependente a primo continente.

<Questio 3>

Deinde considerandum est de hiis que pertinent ad hominem; et primo de spiritualibus; secundo de corporalibus.

Circa spiritualia quesitum est primo de sacramentis; secundo de uirtutibus; tercio de peccatis.

Circa sacramenta quesita sunt duo de baptismo : primo de necessitate baptismi, utrum scilicet puer qui nascitur in deserto ubi non potest aqua haberi, moriens sine baptismo, saluari possit in fide matris fidelis; secundo de impedimento matrimonii quod prouenit ex baptismo, utrum scilicet si christianus qui baptizat iudeam, cui primo dederat fidem de contrahendo si baptizaretur, cognoscens eam postea carnaliter, consummet matrimonium.

<a. 1 [4]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod puer ille qui in deserto natus <est> possit absque baptismo saluari in fide parentum.

<1> Non enim est minoris efficacie fides tempore gracie quam tempore legis nature; set tempore legis nature saluabantur pueri in fide parentum, ut Gregorius dicit; ergo etiam nunc tempore gracie.

<2> Preterea. Per Christum non est artata hominibus uia salutis, cum ipse dicat, Iohannis X : *Ego ueni ut uitam habeant et habundancius habeant*; set ante Christi aduentum saluabantur aliqui pueri in fide parentum; ergo multo magis nunc post Christi aduentum.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ^e *(M^{1}M^3, An, F)* secundum Philosophum] *om. Ed*^{2,4ss} 2 considerandum] quesitum Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 122*a) 19 qui] *om.* Φ^{2b}, Ψ^e *(deest An)* 19 est *suppl. cum As : om. cett (cf. Préf., p.* 122*a) 28 ut] et Φ^{2b}

superficies talis corporis, set secundum ordinem situs quem habet ad primum continens, prout scilicet magis uel minus ei appropinquat. Corpus autem graue in sua natura est maxime elongatum a corpore celesti propter eius materialitatem, et ideo debetur ei locus remotissimus a primo continente ... ». 44 secundum Philosophum : Ar., *Phys.*, IV, 212a18-21. 49-50 in IV Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, 212a31-b22, cum comm. Auerrois, *In Phys.*, IV, comm. 43 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 141ra-143ra), e quo pendet Thomas, *In Phys.*, IV, lect. 7, ubi diligentius diuersas Aristotelis expositiones excutit Thomas.

A.4 Parall. : *In IV Sent.*, d.4, q.3, a.3, qla 2, arg.3 et ad 3; *C.G.*, IV 72 (ed. Leon., t. XV, p. 225b39-49; p. 226b14-22); *In eu. Iohannis*, III 1 (in uersic. 5); VI 7 (in uersic. 54); *III^a*, q.68, a.1 et 2; q.72, a.6. 20 in fide parentum : Pueros non baptizatos saluari posse « in fide parentum » docuerunt ante saec. XII med. quidam theologi scholae Anselmi Laudunensis; cf. *Qu. add. ad Sententias diuinae paginae* (c. 1120; ed. O. Lottin, *Psychologie et morale aux XII^e et XIII^e siècles*, t. V, Gembloux 1959, p. 363, I 22-24) : « Dicunt tamen magistri nostri quod si non aliqua negligentia parentum ducantur ad ecclesiam et in uia moriantur, in fide parentum saluantur »; *Sententiae Atrebatenses* (c. 1130; ed. Lottin, *ibid.*, p. 428, 27-41) : « De paruulis queritur ... si in uia moriantur dum a parentibus ad ecclesiam ducuntur, si saluantur. Dicunt quidam quod in fide parentum saluantur, si sine aliqua neglegentia parentum ad ecclesiam ducantur. Quidam uero dicunt quod dampnantur ... ». Quam opinionem renouauit anno 1523 Caietanus, in suo comm. ad Thomam, *III^a*, q.68, a.2 (ed. Leon., t. XII, p. 95b; ed. Lugduni 1541, f. 140va) : « quando impossibilitas sacramentum excludit, uirtuti fidei locus relinquitur. Et sic paruulus ex baptismo flaminis (*scr.* : fluminis *edd*), uoto parentis suscepto, saluaretur, si impossibile esset ipsum baptizari aqua ... Sicut igitur incircumcisi tunc infantes propter impossibilitatem circumcisionis in fide parentum saluari poterant, ita nunc non baptizati » (de qua opinione, cf. P. Th. Camelot, *Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique. Le Baptême. La Confirmation*, Paris 1956, p. 382-388; Id., *Bulletin thomiste*, IX 3, 1956, p. 864-871). — Tamen iam saec. XII plerique tales paruulos dampnabant; cf. Petrus Abaelardus, *Comm. in ep. Pauli ad Romanos*, II IV 11 (CCCM 11, p. 131-132, u. 311-339), c. 1135-39; c. 1150, eius discipulus, Magister Rolandus Bononiensis (non Bandinelli!), *Sent.* (ed. Gietl, p. 208,19-209,4) : « Queritur de pueris qui a parentibus ad baptisma portantur et in uia moriuntur, utrum saluentur. Quod uidetur inde posse probari, quia dum multi ad Christum deferrentur ut ab eo sanarentur, in uia sunt curati : in fide parentum debent saluari. Ad quod dicimus, si qui paruuli moriuntur antequam realiter baptizarentur, procul dubio dampnantur » (cf. A. M. Landgraf, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, 3. Teil, Bd I., p. 334-345). 24 Gregorius : Cf. supra, adn. ad *Quodl. II*, q.4, a.2 [7], u. 109. 27-28 Iohannis X : 10. 30 in fide parentum : Cf. u. 24, cum adn.

Set contra est quod Dominus dicit, Iohannis III : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest* intrare *in regnum celorum.*

Responsio. Dicendum quod ab illa dampnatione quam humanum genus incurrit propter peccatum primi parentis, nullus potest liberari nisi per Christum, qui solus ab illa dampnatione inmunis inuenitur, ita scilicet ut ei incorporetur sicut capiti membrum.

Hoc autem tripliciter fieri potest. Primo quidem per susceptionem baptismi, secundum illud Galatarum III : Omnes qui *in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Secundo per sanguinis effusionem propter Christum, quia per hoc etiam aliquis passioni Christi conformatur, a qua efficaciam sortitur baptismus ; unde dicitur de martiribus, Apocalipsis VII, quod *lauerunt stolas suas in sanguine agni.* Tercio modo per fidem et dilectionem, secundum illud Prouerbiorum XV : *Per misericordiam et fidem purgantur peccata* ; et Actuum XV dicitur : *Fide purificans corda eorum* ; et *per fidem* Christus habitat *in cordibus* nostris, ut habetur Ephesiorum III ; unde et ipse baptismus dicitur fidei sacramentum. Et secundum hoc dicitur esse triplex baptismus, scilicet aque, spiritus et sanguinis, quia alia duo supplent uicem baptismi aque, si tamen assit propositum suscipiendi talem baptismum, ita scilicet quod articulus necessitatis, non autem contemptus religionis sacramentum excludat.

Manifestum est autem quod in pueris nondum habentibus usum rationis non potest esse motus fidei et dilectionis, aut propositum suscipiendi baptisma, et ideo non possunt saluari nisi per baptismum aque uel per baptismum sanguinis, si propter Christum occidantur, ex quo non solum christiani, set etiam martires fiunt, ut Augustinus dicit de Innocentibus.

Et sic patet quod puer ille in deserto moriens sine baptismo salutem non consequitur.

Ad primum ergo dicendum quod, secundum quosdam, tempore legis nature non sufficiebat ad salutem paruulorum solus motus fidei in parentibus, set requirebatur aliqua exterior protestatio fidei per aliquod sensibile signum. Et secundum hoc nichil differebat id quod tunc requirebatur ab eo quod nunc requiritur ad salutem, nisi quod nunc illud signum sensibile est determinatum, tunc autem erat indeterminatum et pro uoto adhibebatur. Aliorum opinio est quod solus interior motus fidei relatus ad salutem pueri sufficiebat ad salutem pueri. Nec tamen nunc est diminuta fidei uirtus, set augmentatur gradus salutis, quia nunc qui saluantur per Christum statim introducuntur in regnum celorum, quod tunc non erat. Vnde non est inconueniens si ad hoc aliquid amplius requiratur, scilicet baptismus, ut dicitur Iohannis III.

Ad secundum dicendum quod per Christum in hoc ipso est ampliata hominibus uia salutis, quod per eum aperta est eis ianua uite eterne, que ante clausa erat per peccatum primi hominis.

<a. 2 [5]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non possit esse matrimonium inter christianum et iudeam baptizatam ab eo, quam carnaliter cognouit post fidem de contrahendo datam.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 33 quis] qui *OP* 43 qui] *om.* Φ^{2b} *(suppl. sec.m. P*^{1}*)* 64 propositum] *om.* Φ^{2b} *(suppl. sec.m. P*^{1}*)* 65 baptisma *codd* : baptismum *edd*(- *Ed*^{3}) 79 illud] *om.* Φ^{2b} 83 salutem pueri] *inu.* Ψ (pueri *om. F*) 84 augmentatur] augmentatus *M*^{1}*M*^{3}*F* : augmentata, et maior est *An* 91 ampliata] amphael Φ^{2b} (ampla *Ba*^{1}) : amplificata *An* : amplior *F*

5 de contrahendo] detrahendo Φ^{2b}(- *Ba*^{1})

32-33 Iohannis III : 5 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 519 : intrare *uar. pro* introire) 43 Galatarum III : 27 (Quicunque enim in christo ...). 46-47 a qua — baptismus : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, IV, tr.5, c. 6 (ed. Ribaillier, p. 127, 55-56) : « baptismus efficaciam suam habet a passione Christi ». 48 Apocalipsis VII : 14. 50 Prouerbiorum XV : 27. 52 Actuum XV : 9. 54 Ephesiorum III : 17 « Christum habitare per fidem in cordibus uestris ». 55 fidei sacramentum : Ambrosius, *De Spiritu sancto*, I III 42 (CSEL 79, 32), laud. a Petro Lombardo, *Sent.*, IV, d.3, c. 4 (ed. Brady, p. 246, 6) ; Augustinus, *Ep. 98*, n. 9 et 10 (CSEL 34, p. 531, 9 et 20 ; p. 532, 12) ; e quibus tritissima uox euadit. 68 Augustinus : *De libero arbitrio*, III XXIII (CCSL 29, p. 315, u. 48-51) : « Non enim frustra etiam infantes illos qui, cum dominus Iesus Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honore martyrum receptos commendat ecclesia » ; *Sermones dubii, Sermo 373* (P.L., 39, 1664) : (Christus) « nondum passus, etiam martyres faciebat » (alia eiusdem sermonis uerba laud. Thomas, *II*^{a} *II*^{ae}, q.124, a.1, ad 1 : *III*^{a}, q.36, a.2, ad 3) ; *Sermo 375* (P.L., 39, 1668) : « Ante martyres sanguine sunt effecti quam possent ore Dominum confiteri ». 73 quosdam ... 81 Aliorum : Cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.1, q.2, a.6, qla 2, qui ipse pendet e Bonauentura, *In IV Sent.*, d.1, P.2, a.1, q.2 (t. IV, p. 33-35) : priorem opinionem Hugoni de Sancto Victore attribuit Bonauentura, et eam reprobat ; secunda opinio est ipsius Bonauenturae. 80 pro uoto : Id est « ad placitum », « ad libitum » ; cf. *In IV Sent.*, d.1, q.2, a.6, qla 2, ad 1 ; *In ep. ad Hebr.*, VII 1 : « pro uoto obseruantium » ; *In ep. ad Rom.*, I 8, in uersic. 29 nequitia : « non potest aliquis aliquando pro uoto nocere ». 89 Iohannis III : 5 (cf. supra, u. 32-33).

Dicitur enim in Decretis, XXX q. 1, quod filius sacerdotis non potest ducere in uxorem puellam quam pater eius baptizauit; ergo multo minus, si ipsemet baptizasset eam, non posset eam habere uxorem; si ergo iste christianus baptizauit iudeam, non potest eam uxorem accipere.

Set contra est quod, secundum iura, quando, post fidem datam de contrahendo per uerba de futuro, sequitur copula carnalis, est matrimonium presumptum presumptione iuris, contra quam non admittitur probatio; set ita est in proposito; ergo est uerum matrimonium.

Responsio. Dicendum quod spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum; manifestum est autem quod, ex hoc quod christianus baptizauit iudeam, contrahitur inter eos spiritualis cognatio, quia illa fit filia eius spiritualis; unde nullum est matrimonium sequens, etiamsi expresse contrahat per uerba de presenti, et etiam subsequatur carnalis copula.

Et per hoc patet responsia ad obiecta. Nam quod dictum est de presumptione iuris, intelligendum est quando non interuenit aliquod impedimentum matrimonii.

<Questio 4>

Deinde quesitum est de uirtutibus.

Et primo quantum ad fidem, utrum scilicet certitudo adhesionis que est in heretico uel malo catholico sit actus ipsius fidei uirtutis; secundo de quibusdam pertinentibus ad religionem siue ad latriam; tercio de quibusdam pertinentibus ad caritatem.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod certitudo adhesionis in heretico uel malo catholico sit actus fidei uirtutis.

<1> Quia, secundum Philosophum in II Ethicorum, tria sunt in anima, potencia, passio et habitus; set illa certitudo adhesionis non potest attribui potencie, quia est meritoria uel demeritoria, potenciis autem non meremur neque demeremur; similiter non potest pertinere ad passiones, quia passiones pertinent ad appetitum sensitiuum, qui non potest extendi ad hoc quod inhereat ueritati diuine; ergo relinquitur quod pertineat ad aliquem habitum. Set habitus ad quem pertinet certitudo adhesionis est uirtus fidei.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 10 uxorem] in uxorem *non nulli dett (uelut* $P^{5a}O^5Dl$*, Md*^{b}*Bs), M*^{1}*M*^{3} (10-11 habere — eam *om. F)* 11 uxorem] in uxorem *Ba*^{1} *(nec non quidam dett, uelut* $P^{5a}C^cO^5Md^bBs$*),* Ψ(- *An)* 12 quod] quia *OP, Ed*^{2,4ss} 15 iuris] + et de iure Ed$^{36,8-9}$ *(perperam; cf. app. fontium)* 20 contractum] actum Φ^{2b} 12 fidei] *om.* Φ^{2b} *(suppl. sec.m.* P^1*)* 20 qui] cui Φ^{2b} (qui *rest. sec.m.* P^1V^4)

A.5 Parall. : *In IV Sent.*, d.42, q.1, a.1 (= *Suppl.*, q.56, a.1). 6 in Decretis, XXX q.1 : Re uera *Decr.*, II Pars, Causa XXX, q.III, c. 1-3 (Friedberg, I 1100-1101, ad sensum; cf. Raimundus de Pennaforte, *Summa de matrimonio*, tit. 7 (ed. Veronae 1744, f. 495ra; ed. Ochoa-Diez, col. 943-944) : « Item queritur, si filius sacerdotis, uel alterius uiri, qui baptizauit puellam, possit contrahere cum illa quam pater eius baptizauit? Dixerunt quidam quod sic; sed contrarium teneas iure nouo, immo etiamsi contractum fuerit matrimonium, separandum est. Extra de cognatione spirituali, c. ult. seu Ex litteris [Friedberg II, 696] » ; Hostiensis, *Summa aurea*, IV, De cognatione spirituali (ed. Lugduni 1556, f. 308va) : « Quid si filius sacerdotis qui baptizauit puellam et contrahat cum puella : nunquid ualet? Et dixit [Tancredus] quod sic, quia hoc edictum prohibitorium est, et forte officialis Cantuariensis [Extra., *loc laud.*] errauit in sententia sua occasione istius opinionis quam potuit inuenire scriptam in Summa Tancredi De matrimonio et sponsalibus, sub rubrica de cognatione spirituali et diuersis speciebus eiusdem. Et sic patet quod antiqui non semper asserunt ueritatem, unde in hac questione et proxima superiori credo Tancredum male dixisse » ; ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.42, q.1, a.3, qla 3 = *Suppl.*, q.56, a.5. 12 secundum iura : *Decretales Gregorii IX*, lib. IV, tit. I, c. 30 Is qui fidem (Friedberg, II 672); cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.28, q.un., a.2 (= *Suppl.*, q.46, a.2). 15 presumptione iuris : Secundum quendam Iuris peritum, Thomas scribere debuit : « presumptione iuris et de iure » (*Bulletin thomiste*, IV, 1934-36, p. 59-60). Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. II, de presumptionibus (ed. Lugduni 1556, f. 153vb) : « Secunda diuisio ... Alia iuris tantum. Alia iuris et de iure ... Alia iuris tantum, puta cum ius presumit aliquid, sed non statuit ius super presumpto, secundum Goffredum ... (f. 154ra b) Alia iuris et de iure, puta cum quis fingit aliquid et statuit super ficto, secundum Goffredum, et hoc *non admittit probationem in contrarium* ». Sed Thomas, testibus omnibus codicibus, non scripsit nec « iuris tantum » nec « iuris et de iure » : ei non curae fuit de uerbis propriis iuristarum obseruandis. 18-20 spiritualis — contractum : Cf. Bonauentura, *In IV Sent.*, d.42, a.1, q.2 (p. 870b) : « Cognatio spiritualis, si matrimonium precedit, impedit contrahendum et dirimit iam contractum ».

A.6 Parall. : De certitudine fidei : *In III Sent.*, d.23, q.2, a.2, qla 3; *In Boethium de Trin.*, q.3, a.1, ad 4; *Q. de uer.*, q.10, a.12, ad 6 in contrarium; q.14, a.1, ad 7; *II*^{a} *II*^{ae}, q.4, a.8; *In eu. Iohannis*, IV 5. — De fide haeretici : *In III Sent.*, d.23, q.3, a.3, qla 2; *Q. de uer.*, q.14, a.10, arg.10 et ad 10; *Q. de car.*, a.13, arg.6 et ad 6; *II*^{a} *II*^{ae}, q.5, a.3. 13-14 Philosophum in II Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1105b20, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo retract. (A.L., XXVI, p. 401, 15-16) : « que in anima fiunt tria sunt, passiones, potencie et habitus ». 17-18 potenciis — demeremur : Cf. Ar., *Eth.Nic.*, II, 1106a6-10 (A.L., XXVI, p. 402, 5-8); idem dicit Aristoteles de passionibus, 1105b31-1106a2 (p. 401, 27-31), ad quem locum diserte refert Thomas, *Q. de uer.*, q.17, a.1, s.c.7; *Q. de malo*, q.12, a.2, arg.1.

Ergo certitudo adhesionis in heretico uel malo catholico est actus ipsius fidei.

<2> Preterea. Omne quod agit ad similitudinem alicuius, uidetur agere in uirtute illius; set hereticus per certitudinem adherens hiis que credit, agit secundum similitudinem fidei, quia in tantum certitudinaliter inheret, in quantum estimat se rectam fidem habere; ergo operatur in uirtute fidei, et ita uidetur quod illa certitudo adhesionis sit actus uirtutis fidei.

<3> Preterea. Tota firmitas spiritualis edificii est a fide, secundum illud Mathei VII : *Venerunt flumina, flauerunt uenti*, et non potuerunt mouere eam, *fundata enim erat supra* firmam *petram*, scilicet per fidem; set certitudo adhesionis ad firmitatem spiritualem pertinet; ergo est actus uirtutis fidei.

Set contra. Quod non est, non potest agere; set in heretico uel malo catholico non est uirtus fidei; ergo certitudo adhesionis non potest in eis esse actus uirtutis fidei.

Responsio. Dicendum quod, si aliquis id quod est commune multis, accipiat ut proprium uni, necesse est quod decipiatur. Certitudo autem adhesionis non est propria uirtutis fidei. Primo quidem quia conuenit uirtutibus intellectualibus, puta sapiencie, sciencie et intellectui. Secundo, quia conuenit non solum fidei uere, set etiam fidei false : sicut enim est opinio uera et falsa, ita et fides, nec minus firmiter inheret aliquis falsitati quam ueritati, ut Philosophus dicit in VII Ethicorum. Tercio, quia certitudo inhesionis non semper prouenit ex aliquo habitu, set ex proprio arbitrio aliquis potest assensum suum firmare ad aliquid uerum uel falsum ante quam habeat habitum. Quarto, quia certitudo inhesionis non solum competit fidei formate, que est uirtus, set etiam fidei informi, que non est uirtus.

Dicendum est ergo quod in heretico certitudo inhesionis est actus false fidei, in malo autem catholico est actus fidei informis. Et sic in neutro est actus uirtutis fidei.

Ad primum ergo dicendum quod diuisio illa datur de hiis que sunt in anima per modum principii actus : nam omnis operatio anime aut est ex aliqua passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potencia. Huiusmodi autem certitudo inhesionis non potest esse ex passione; in malo autem catholico est ex habitu fidei informis, set in heretico est uel ex habitu peruerse fidei, uel ex pura potencia, sicut in principio ante quam habitum acquisiuerit : non enim potest dici quod peruersa fides sit habitus infusus. — Quod autem dicitur, quod potenciis non meremur neque demeremur, si sic intelligatur quod non meremur neque demeremur hoc ipso quod habemus potencias, uerum est; si autem sic intelligatur quod pura potencia non possit esse principium merendi neque demerendi, uerum est quantum ad meritum, quod non potest esse sine gracia; non est autem uerum quantum ad demeritum, alioquin ille qui a principio peccat, ante quam acquirat habitum uiciosum, non demeretur.

Ad secundum dicendum quod aliquid potest agere secundum similitudinem alicuius dupliciter : uno modo secundum similitudinem ueram, et sic uere agit aliqualiter in uirtute illius; alio modo secundum similitudinem apparentem, et sic agit in apparencia uirtutis illius, et ita est in proposito. Vnde in heretico certitudo adhesionis est actus fidei apparentis, non autem fidei uere.

Ad tercium dicendum quod, sicut ex fide uera

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 38 per] firmam C^cO^5 : *om. Md*^{b}*Bs* : super *Ed*^{10} *(cf. app. fontium)* 41 catholico] christiano *Ed*^{20} 50 conuenit non solum] non conuenit solum M^1M^3, Φ^{2bg}(- *Bb*) : non solum conuenit *AnF, Bu,* Φ^{2bG} (solum *om. MUa*), *Bb* 52-53 falsitati quam ueritati *scr.* (*cum Pr, AnF, Ed*^{30} : firmitati quam ueritati C^2)] ueritati quam falsitati *cett (cf. app. fontium)* 61 est] *om.* Φ^{2b} 62 autem] etiam Φ^{2b} 63 in neutro] inuentus *As, Ba*^{1} 64 uirtutis fidei] *inu. An* 72 peruerse] peruerso *Ed*^{2,4ss} 78 ipso quod habemus *As* (*nec non multi dett, uelut* C^cO^5, *Md*^{b}*Bs, TsAv, Ed*^{2,4ss}), Ψ : ipso habemus quid secundum *P* : non habemus quod *O* : ipso habemus quod Φ^{2b} (+ secundum *sec.m. P*^{1}) 86 aliquid] aliquis *Md*^{b}*Bs, Ed*^{32ss}

35 Mathei VII : 25 (ed. Wordsworth-White, I 66) : « et uenerunt flumina et flauerunt uenti et inruerunt in domum illam et non cecidit; fundata enim erat supra petram »; cum quo tamen confundit Thomas Lucae VI 48 (*ibid.*, I 346) : « inlisum est flumen domui illi et non potuit eam mouere » (Verbum « domum » subintelligit Thomas). 38 per fidem : Secundum Ps.-Iohannem Chrysostomum (a Thoma laud. *Catena in Mt*, VII 25), *Opus imperf. in Matthaeum*, hom. 20 (P.G. 56, 744) : « Christus ... aedificauit domum suam, id est Ecclesiam, supra petram, id est supra fortitudinem fidei. Nam et fortitudo fidei petra dicitur ... », ad quam sententiam adtendens « per fidem » in « super fidem » corr. *Ed*^{10} (cf. app. crit.). Sed secundum Thomam petra non est fides, sed Christus : *In eu. Mathei*, in VII 25 : « Et inruerunt in domum, id est in Ecclesiam, et non cecidit ... Et quare? Fundata erat super petram, id est Christum »; *In eu. Iohannis*, I 15 (in uersic. 42) : « In Petri ergo nomine figurata est Ecclesia, que supra firmam petram inmobilem, id est Christum, edificata est »; recte ergo hic scripsit Thomas : « fundata enim erat supra firmam petram (id est Christum), scilicet per fidem ». 53-54 Philosophus ... in VII Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, VII, 1146b29-30, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 498, 10-11) : « Quidam enim credunt nichil minus quibus opinantur, quam alteri quibus sciunt », cum expositione Thomae, *In Eth.*, VII 3, u. 118-119 : « quidam enim *non minus inherent* opinionibus etiam *falsis* quam alii *uere* sciencie ». 65-69 diuisio — potencia : Cf. Thomas, *In Eth.*, II 5, 20-36, cum adn. in ed. Leon., t. XLVII 1, p. 90.

dependet firmitas spiritualis edificii, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas dyabolici edificii.

<Questio 5>

Deinde quantum ad actus latrie siue religionis quesita sunt quatuor.

Primo, de celebratione festorum, utrum scilicet liceat celebrare festum conceptionis domine nostre; secundo, de solutione officiorum, utrum scilicet clericus habens beneficium cum cura uel sine cura, existens in scolis teneatur dicere officium mortuorum; tercio, de collatione beneficiorum, utrum scilicet episcopus teneatur dare beneficium meliori; quarto, de solutione decimarum, utrum scilicet aliquis pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

<a. 1 [7]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod liceat celebrare conceptionem domine nostre.

Si enim non licet, hoc non est nisi quia fuit concepta in originali peccato; set non fuit concepta in originali peccato, ut uidetur, quia beata Virgo facta est ut speciali modo esset *habitaculum Dei*; ergo debuit ad hoc specialiter preparari; non autem preparata est specialiter secundum corpus, quod conceptum est ex sexuum commixtione, nec etiam quantum ad animam, quia alii etiam leguntur sanctificati in utero; et ita relinquitur quod fuerit specialiter preparata per inmunitatem ab originali peccato. Et sic licet eius conceptionem celebrare.

Set contra est quod hoc priuilegium solius Christi dicitur esse, quod sine peccato originali est conceptus; non ergo competit beate Virgini, et ita eius conceptio non est celebranda.

Responsio. Dicendum quod hic inducuntur due questiones, una principalis et altera accessoria, scilicet an beata Virgo fuerit concepta cum originali, quod oportet primo determinare.

Est igitur considerandum quod unusquisque peccatum originale contrahit ex hoc quod fuit in Adam secundum seminalem rationem, ut Augustinus dicit super Genesim ad litteram; omnes autem illi in Adam fuerunt secundum seminalem rationem qui non solum ab eo carnem acceperunt, set etiam secundum naturalem modum originis ab eo sunt propagati. Sic autem processit ab Adam beata Virgo, quia nata fuit per commixtionem sexuum, sicut et ceteri. Et ideo concepta fuit cum originali peccato et includitur in uniuersitate illorum de qua Apostolus dicit Romanorum V : *In quo omnes peccauerunt*, a qua uniuersitate solus Christus excipitur, qui in Adam non fuit secundum seminalem rationem. Alioquin si hoc alteri conueniret quam Christo, non indigeret Christi redemptione. Et ideo non tantum debemus dare matri quod subtrahatur aliquid honori Filii, qui est *saluator omnium hominum*, ut dicit Apostolus, I ad Timotheum IV.

Quamuis autem beata Virgo in originali concepta fuerit, creditur tamen in utero fuisse sanctificata ante quam nata, et ideo circa celebrationem conceptionis eius diuersa consuetudo ecclesiarum inoleuit. Nam Romana ecclesia et plurime alie, considerantes conceptionem eiusdem Virginis in originali peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant. Alique uero, considerantes sanctificationem eius in utero, cuius tempus ignoratur, celebrant conceptionem : creditur enim quod cito post conceptionem et anime infusionem fuerit sanctificata; unde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione conceptionis, set potius ratione sanctificationis.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 96 procedit] dependet *AnF* 17 licet] liceat *Ed*^{20} 19 uidetur] uidet *O* : patet *P* 20-21 habitaculum Dei] habita ut dī Φ^{2b} *(cf. Préf., p. 122*a)* 21 debuit] debent Φ^{2b} 22 est] ea Φ^{2b} 25 alii etiam] *inu. O*, Φ^{2b} 27 preparata] sperata Φ^{2b} (separata *Ba : cf. Préf., p. 122*a)* 31 est] sit *P* 38 contrahit] dicitur Φ^{2b} (+ contrahere *sec.m. V*^{4}) 42 qui non] cum Φ^{2b} (+ non *sec.m. P*^{1}) non solum ab eo carnem] a *(lac. 7/8 litt.)* tam̃ *O (uariant complures codices e pecia* Φ^1 *pendentes)* 47 cum] in *C*^{c}*O*^{5}, *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{4ss} 48 illorum] *om. P (cf. adn. inseq.)* de qua] de quibus *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{30}, *Ed*^{32ss} *(sed subaudiendum est* : « de qua (universitate) »; *cf. u.* 49; *etsi constructio uiolenta est et praepostera, ut dicit Nicolaï, tamen est Thomae)* 58 fuerit] fuit *P* : similiter Φ^{2b} 59 ideo] ulterius Φ^{2b} 62-63 eiusdem] *om. Ed*^{2,4ss} 64 Alique (alie *F*)] + ecclesie Ψ *(nec non C*^{1}*O*^{3}*)*

A.7 Parall. : *In III Sent.*, d.3, q.1, a.1; a.2, qla 1; *Comp. theol.*, I 224; *In Ieremiam*, lect.1 (Piana, XIII 4, f. 2rb D-E); *III*^{a}, q.27, a.1 et 2; *Coll. in Aue Maria* (Piana, XVII, f. 75va I-K; f. 75vb-76ra); *In Psalmos*, in ps. 45, 6 (Piana, XIII 2, f. 61vb G). 20-21 habitaculum Dei : Cf. *Ep. ad Ephesios*, II 22 : « in quo et uos coaedificamini in habitaculum Dei in spiritu ». 39-40 Augustinus : *De Genesi ad litteram*, X 20 (CSEL 28, p. 323, 4-8; p. 324, 8-10), a Thoma laud. etiam *I*^{a} *II*^{ae}, q.81, a.4, s.c. 48-49 Romanorum V : 12. 56 I ad Timotheum IV : 10.

Sic igitur non est ideo celebranda conceptio predicta quia fuerit sine peccato originali concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuerit specialius ceteris preparata, eo quod in ipsa sanctificatione copiosius ceteris munus gracie accepit, non solum ut purgaretur a peccato originali, set ut tota eius uita redderetur inmunis ab omni peccato tam mortali quam ueniali, ut dicit Anselmus.

<a. 2 [8]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod clericus beneficiatus teneatur, in scolis existens, dicere officium mortuorum.

Ille enim qui recipit bona temporalia alicuius, tenetur ei in spiritualibus recompensare; set iste clericus accipit bona que fuerunt defunctorum; ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum.

Set contra. Ille qui minus recipit, minus tenetur; set clericus qui in scolis moratur, minus recipit quam alii qui in ecclesia residenciam faciunt, qui recipiunt cotidianas distributiones; ergo non tenetur dicere officium mortuorum sicut illi.

Responsio. Dicendum quod clericus ex hoc ipso quod est clericus, et precipue in sacris ordinibus constitutus, tenetur dicere horas canonicas : uidentur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem diuinam, secundum illud Ysaie XLIII : *Omnem qui inuocat nomen meum, in* laudem *meam creaui* illum; set in quantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia, tenetur dicere officium secundum modum illius ecclesie. Est ergo considerandum quod officium mortuorum quandoque in ecclesia dicitur sicut ordinarie pertinens ad ecclesie officium, sicut in tota ecclesia in die animarum dicitur officium pro mortuis et in qualibet ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, puta ut dicatur ordinarie officium mortuorum semel in septimana uel qualitercunque aliter secundum certum tempus; et ad huiusmodi officium mortuorum tenetur clericus beneficiatus in aliqua ecclesia, etiam in scolis existens, et per hoc satisfacit mortuis quorum recipit bona. Aliquando uero dicitur officium mortuorum in ecclesia extraordinarie, propter aliquam causam specialiter emergentem, puta ad preces alicuius persone uel propter aliquid huiusmodi; et ad huiusmodi officium mortuorum non tenetur clericus existens in scolis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 3 [9]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod episcopus peccet dans beneficium bono, si pretermittat meliorem.

Quia *qui facit contra conscienciam, edificat ad gehennam*; set iste episcopus pretermittens meliorem, uidetur facere contra conscienciam; ergo peccat mortaliter, edificans ad gehennam.

Set contra est quod etiam secundum iura sufficit dare bono, si sit ydoneus ad seruiendum in ecclesia.

Responsio. Dicendum quod aliquis potest dici melior dupliciter : uno modo simpliciter, quia scilicet est sanctior, plus habens de caritate; alio

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(M^{1}M^3, An, F)* 71 Sic igitur *Est responsio ad obiectum (cf. adn. ad u.* 78) 78 Anselmus] + Et per hoc patet responsio (+ ad obiecta M^1) M^1M^3
8 pro eis tenetur *tr.* Φ^{2b} 34-35 in ecclesia] *om.* *AnF* 36 emergentem] erogentem Φ^{2b} (errogantem *Ba*^{1})

78 Anselmus : *De conceptu uirginali*, c. XVIII (ed. Schmitt, vol. 2, p. 159), ad sensum; uerba Anselmi diligentius laud. Thomas, *In III Sent.*, d.3, q.1, a.1, qla 2, arg.3; *III^a*, q.27, a.2, arg.2.

A.8 10-12 clericus — distributiones : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, De magistris, n. 9 (ed. Lugd., f. 349rb; ed. Ven., col. 1516) : «... sed nec studens in theologia quotidianas distributiones percipiet... Vel dic quod in ecclesiis in quibus sunt diuerse prebende, non percipiat quotidianas distributiones... ubi habent omnia in communi... quolibet die dabitur procuratori suo id quod perciperet si presens esset, et etiam quotidianas distributiones que dantur presentibus, licet non intersint horis canonicis». 14 Responsio : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De consecratione ecclesie uel altaris, d.5, n. 22 (ed. Lugd., f. 273vb; ed. Ven., col. 1186) : «Et quidem quilibet clericus seruitio ecclesie deputatus ad hoc tenetur, maxime si in sacris, quia et minores si ecclesiasticis stipendiis sustententur... Quid de his qui in scholis sunt, nunquid excusantur? Dixerunt aliqui quod si promoti sunt ad titulum ecclesie, tunc tenentur... si uero ad titulum sue portionis uel patrimonii, non tenentur... Dic secundum Goffredum quod omnes tenentur, etiam si ab ecclesia tenuem habent sustentationem...». Vbi tamen de horis canonicis in generali agitur, non de officio mortuorum in particulari. 18 Ysaie XLIII : 7 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 165) : «et omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum».

A.9 Parall. : *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. IV*, q.8, a.4 [15]; q.12, a.1 [23], ad 12; *Quodl. V*, q.11, a.3 [23]; *II^a II^{ae}*, q.63, a.2; q.185, a.3. 5-6 qui — gehennam : Cf. supra, *Quodl. III*, q.12, a.2 [27], u. 28, cum adn. 9 secundum iura : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6], u. 42, cum adn.

modo dicitur aliquis melior quo ad aliquid. Contingit autem quandoque aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc quod beneficium percipiat, quia alius forte potest ecclesiam magis iuuare uel per consilium sapiencie uel per auxilium potencie uel quia seruiuit in ecclesia. Non ergo episcopus tenetur semper dare meliori simpliciter, set tenetur dare meliori quo ad hoc. Non enim potest esse quod unum preferat alteri nisi propter aliquam causam; que si quidem pertineat ad honorem Dei et utilitatem ecclesie, iam quantum ad hoc iste est melior; si autem illa causa ad hoc non pertineat, erit acceptio personarum, que tanto est grauior quanto in rebus diuinis committitur. Vnde super illud Iacobi II : *Tu sede hic bene* etc., dicit Glosa Augustini : *Si hanc distanciam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini glorie. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesie, contempto paupere sanctiore et instructiore?*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 5, a. 4 [10]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod pauper non teneatur decimas soluere diuiti sacerdoti.

<1> Ideo enim institutum est ut decime soluantur, ad sustentationem ministrorum ecclesie; set sacerdos diues habet alias unde sustentetur; ergo non sunt ei decime soluende, et precipue a paupere.

<2> Preterea. In multis terris decime non soluuntur, quod tamen prelati corrigerent, si homines ex necessitate iuris diuini decimas soluere tenerentur; non ergo uidetur quod presertim pauperes teneantur soluere decimas diuitibus sacerdotibus.

Set contra est quod Dominus, Mathei XXIII, dicit : *Hec oportuit facere*, scilicet iudicium et ueritatem, *et illa non omittere*, scilicet ea que pertinent ad decimarum solutionem.

<2> Preterea. Luce XVIII, Phariseus dicit : *Decimas do omnium que possideo.*

Responsio. Dicendum quod, sicut Philosophus

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 15 aliquis] aliquid in Φ^{2b} (in *om. Ba*) 18 percipiat *P, M*^{1}*M*^{3}*F* : participat *cett* (percipiat *rest. Ed*^{2,4ss}) 21 seruiuit] seruit *coniecit Nicolaï (Ed*^{30}*)* 21-22 tenetur semper] *inu.* Φ^{2b} (semper *om. Ba*) 24 nisi *P*, Ψ : non Φ(- P : nisi *rest. dett, edd*) 33 personarum acceptione] *inu. Ed*^{4ss}

30 Iacobi II : 3. 30-31 Glosa Augustini : *Glosa ord.*, in Iac. II 3 (t. IV, p. 514a), ex Augustino, *Ep. 167*, 18 (CSEL 44, p. 605, 10-15), sed mediante Beda, *In epistolas septem catholicas* (CCSL 121, p. 193, 19-23 : sanctiore et instructiore *Thomas* : instructiore atque [et *Glosa*] sanctiore *Aug., Beda, Glosa*).

A.10 Parall. : Cf. ad Quodl. II, a.8. — De quaestione, cf. *Glosa ord. in Decretum*, II P., Causa XII, q.I, c. 8 (ed. Romae 1582, col. 1282 f) : «*Quod superest.* Videtur ergo quod si aliquis ita pauper est quod ei non sufficiant sua, uidetur quod non teneatur dare decimas, quia nullo praecepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, ut 86 dist. *Non satis*, in fine. Quod non est uerum»; Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III tr. 51, c. 3 (ed. Ribaillier, t. III 2, p. 1000-1001, u. 54-60) : «Item, aliquis est pauper in aliqua parochia, qui non habet nisi huiusmodi minuta, et non sufficiunt ei ad uictum; sacerdos autem habundans est. Videtur quod iste pauper non tenetur suo sacerdoti dare, immo potius qui habundans est ei dare tenetur; istud enim : *Si seminauimus uobis spiritualia, non est magnum si carnalia* etc., non obligat nisi pro loco et tempore; uidetur ergo quod ille pauper non tenetur dare decimas de uniuersis minutis»; Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. I, tit. 15 (ed. Veronae 1744, p. 128a; ed. Ochoa-Diez, p. 422-423) : «Quid de clericis qui habentes sufficiens patrimonium recipiunt decimas? De talibus dicit Ieronimus : Qui bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt. 16, q.I, c. *Quoniam quicquid* [Friedberg, I 784-785 ; *non inuenitur in Hieronymo*]. Ad hoc dicas quod si isti deseruiant ecclesie sicut debent, et has decimas non recipiunt ut eas in malos usus consumant, sed ut inde pauperibus prouideant, non peccant. Alias committunt sacrilegium, ut dicit Ieronimus, et Prosper, Causa 1, q. II, c. *Pastor* [Friedberg, I 409 = Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, II, c. 9-10, P.L., 59, 454 A-B]. Item, si illo recipiente, aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidii, 14, q.5, *Inmolans*, in fine uersus *Panis egentium* etc. [Friedberg, I 739]»; Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De decimis (ed. Lugduni 1556, f. 253ra) : «n. 14. Quarto queritur de clericis habentibus sufficiens patrimonium uel alios reditus, utrum licite recipiant decimas? Et dixerunt Raymundus et Goffredus quod sic, si seruitium ecclesie, cuius occasione decimas percipiunt, faciant. XII, q.I *Illi autem* [Friedberg, I 685]; XII, q.II, *Caritatem* [I 701]; ff de re.iur. *Secundum naturam* [*Digesta*, ed. Mommsen-Krueger, p. 920, n. 10]. Alioquin sacrilegium committunt, uel si in malos usus conuertant. I, q.II, *Clerici* [I 411]; XVI, q.I, *Quoniam*, in fine [I 785]; I, q.II, *Pastor* [I 409]. Nam, secundum Augustinum : *Panis egentium uita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est*, XIV, q.V *Inmolans* [I 739]; ad idem Ambrosius, XLVII d. *Sicut hi* [I 171-172]». — Verba a Gratiano laud., XIV, q.V [I 739] sunt Augustini, *Speculum* (CSEL 12, p. 148, 11-21), sed uerba ab eo laud. XLVII [I 171-172] non sunt Ambrosii, sed Basilii, *Hom. in illud Destruam horrea mea* (Lucae XII 18), a Rufino transl. (P.G., 31, n. 4, 1749 B2-9; B14-C2; n. 7, 1751D - 1752 A4; 1752 A9-11; B3-C5). Cf. etiam Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 451 (ed. A. Cortesi, Bergamo 1962, p. 1335-1336) : «Sed quid dicemus de illis qui uix possunt lucrari tantum quod possint pascere familiam suam? numquid tenentur dare decimas de illo modico lucro? Dicimus quod non, quoniam ecclesia est pia mater, unde non intelligitur uelle affligere illos; unde intelligitur donare si quid residui est, maxime de personalibus loquor et de predialibus. Si non dant de modico quod uix sufficit ad substentationem misere uite, non peccant, quoniam nec contra illos est preceptum de decimis, nisi forte requirerentur obnixe». — Cum hi omnes non tantum de iure sacerdotis, sed etiam de iure pauperis curent, mirum est Thomam hic de iure pauperis nullam fecisse mentionem. 15 Mathei XXIII : 23. 16-17 iudicium et ueritatem : «iudicium et misericordiam et fidem» habet Matthaeus, XXIII 23. 19 Luce XVIII : 12. 21-22 Philosophus... in V Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1131b32-1132a6, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo retract., A.L., XXVI, p. 460, 3-9.

docet in V Ethicorum, medium iusticie accipitur non solum quo ad nos, sicut in ceteris uirtutibus, set etiam secundum rem, quia scilicet in aliis uirtutibus attenduntur diuerse condiciones personarum, secundum quas medium diuersificatur, sicut circa cibos quod est multum uni est paucum alteri uel moderatum; set in iusticia non uariatur medium secundum diuersas persone condiciones, set attenditur solum ad quantitatem rei : qui enim emit rem aliquam, debet tantum soluere quantum ualet, siue a paupere siue a diuite emat. Reddere autem debitum est actus iusticie, et ideo ad hoc quod alicui reddatur quod ei debetur, non refert utrum sit diues uel pauper.

Decime autem sacerdotibus debentur in communi quidem secundum ius naturale : naturalis enim ratio dictat ut illi qui pro populo in spiritualibus laborant, a populo stipendia sue sustentationis accipiant. Et secundum hoc etiam in nouo Testamento est iure diuino sanctitum : nam, ut dicitur I ad Corinthios IX : *Dominus ordinauit* hiis *qui euangelium annunciant*, ut *de euangelio* uiuant. Set in lege ueteri iudiciali precepto taxata est quantitas eius quod ministris Dei est a populo soluendum, scilicet decima, et hoc etiam ecclesia statuit in populo christiano soluendum. Vnde, cum sacerdotibus decime debeantur tum ex iure naturali tum de iure diuino tum etiam ex statuto ecclesie, quamuis sacerdos sit diues, nichilominus pauper tenetur ei decimas soluere.

Ad primum ergo oportet respondere dupliciter. Vno modo ut dicatur quod decimarum solutio est instituta non solum ad sustentationem ministrorum ecclesie, sed etiam ad sustentationem pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri; unde dicitur Malachie III : *Inferte omnem* decimationem, *ut sit cibus in domo mea*; et sic sacerdoti qui non solum sibi, set pauperibus prouidere debet, quantumcunque diuiti, sunt decime necessarie. — Alio modo potest dici quod necessitas sustentationis ministrorum fuit ratio ecclesiastice institutionis de decimarum solutione, set ex quo effectum est alicui debitum per statutum ecclesie, nichilominus ei debetur, quamuis sit diues.

Ad secundum dicendum quod, sicut Paulus laudabiliter non exigebat sumptus qui sibi propter predicationem euangelii debeantur ne quod impedimentum fieret euangelio aut scandalum fidelibus Christi, nec tamen illi peccabant non ministrantes sumptus quos Apostolus sibi debitos remittebat, ita etiam prelati Ecclesie laudabiliter faciunt non exigendo decimas in terris illis in quibus propter dissuetudinem timent scandalum generari, nec peccant illi qui non soluunt decimas in terris in quibus non est consuetum; peccarent autem si obstinate, exigentibus, dare recusarent, et ideo, ut huic peccato obuient sacerdotes, in terris illis non exigunt decimas.

<Questio 6>

Deinde quesitum est de actibus caritatis.

Et primo de obediencia, utrum scilicet sit magis meritorium obedire prelato uel facere aliquid ad dictum fratris; secundo de elemosina.

<a. unicus [11]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod magis sit meritorium obedire prelato quam facere aliquid ad dictum fratris.

<1> Maiori enim merito maius demeritum opponitur; set magis demeretur ille qui est inobediens prelato quam ille qui non assentit dicto fratris; ergo et magis meretur aliquis obediendo prelato quam assenciens dicto fratris.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 38 enim Ψ *(nec non O*^{2}*Ve, Md*^{b}*Bs, sec.m. P*^{10a}, Φ^{2ap}, Φ^{2bGg}) : autem *cett (om. As : deest Lo)* 40-41 etiam in nouo Testamento] que inuoces et quia testamentum Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 122*b) 41 sanctitum] sancxitum *An* : sancitum *F (uariant dett)* 42 ad Corinthios] Corinthiorum *O*, Φ^{2b}, *An* 44 lege ueteri] *inu.* Ψ 45 populo] populis *AnF* 46 etiam] scilicet Φ^{2b} 48 ex] de Ψ *(nec non Sa, O*^{2}*Ve, C*^{1}*, V*^{2}*, Bw, Ed*^{8ss}) 49 de] ex *As, Ba (nec non pauci dett)* 52 ergo] + dicendum quod *As, pr.m. Ba* : + dicendum *pr.m. P*^{1}*, pr.m. An* 64 effectum] officium *As, Ed*^{2,4ss} *(subaudiendum est* : « <hoc> [scil. solutio decimarum] effectum est ») 71 nec] non *AsP, edd (sed cf. u.* 76) 76 nec] non *Ed*$^{34-36}$ 77 terris] + suis V^4 : + illis *Ed*^{19ss} 78 obstinate *Coniungendum uidetur cum* recusarent : « si exigentibus, obstinate recusarent dare ». 8 magis sit] *inu. BaV*^{4}, *An* 13 et] etiam *AnF : om. pr.m. Ba*^{1}, *M*^{1}*M*^{3}

26-28 sicut — moderatum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1106a36-b4, *ibid.*, p. 402,30-403,4. 42 I ad Corinthios IX : 14 (ut de euangelio uiuant : de euangelio uiuere). 57 Malachiae III : 10 (*Biblia sacra*, t. XVII, p. 268) : « inferte omnem decimam in horreum et (*uar.* ut) sit cibus in domo mea »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.87, a.1, « in horreum » hab. Thomas, sed, ut hic, « decimationem ». 67-80 Ad secundum — decimas : Cf. supra, *Quodl. II*, a.8, u. 128-156. 69-70 ne — euangelio : *I ad Cor.*, IX 12 : « ne quod offendiculum demus euangelio Christi ».

modo dicitur aliquis melior quo ad aliquid. Contingit autem quandoque aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc quod beneficium percipiat, quia alius forte potest ecclesiam magis iuuare uel per consilium sapiencie uel per auxilium potencie uel quia seruiuit in ecclesia. Non ergo episcopus tenetur semper dare meliori simpliciter, set tenetur dare meliori quo ad hoc. Non enim potest esse quod unum preferat alteri nisi propter aliquam causam; que si quidem pertineat ad honorem Dei et utilitatem ecclesie, iam quantum ad hoc iste est melior; si autem illa causa ad hoc non pertineat, erit acceptio personarum, que tanto est grauior quanto in rebus diuinis committitur. Vnde super illud Iacobi II : *Tu sede hic bene* etc., dicit Glosa Augustini : *Si hanc distanciam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini glorie. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesie, contempto paupere sanctiore et instructiore?*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 5, a. 4 [10]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod pauper non teneatur decimas soluere diuiti sacerdoti.

<1> Ideo enim institutum est ut decime soluantur, ad sustentationem ministrorum ecclesie; set sacerdos diues habet alias unde sustentetur; ergo non sunt ei decime soluende, et precipue a paupere.

<2> Preterea. In multis terris decime non soluuntur, quod tamen prelati corrigerent, si homines ex necessitate iuris diuini decimas soluere tenerentur; non ergo uidetur quod presertim pauperes teneantur soluere decimas diuitibus sacerdotibus.

Set contra est quod Dominus, Mathei XXIII, dicit : *Hec oportuit facere*, scilicet iudicium et ueritatem, *et illa non omittere*, scilicet ea que pertinent ad decimarum solutionem.

<2> Preterea. Luce XVIII, Phariseus dicit : *Decimas do omnium que possideo.*

Responsio. Dicendum quod, sicut Philosophus

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(M^{1}M^3, An, F)* 15 aliquis] aliquid in Φ^{2b} (in *om. Ba*) 18 percipiat *P, M^{1}M^{3}F* : participat *cett* (percipiat *rest. Ed^{2,4ss}*) 21 seruiuit] seruit *coniecit Nicolai (Ed^{30})* 21-22 tenetur semper] *inu.* Φ^{2b} (semper *om. Ba*) 24 nisi *P*, Ψ : non Φ(- P : nisi *rest. dett, edd*) 33 personarum acceptione] *inu. Ed^{4ss}*

30 Iacobi II : 3. 30-31 Glosa Augustini : *Glosa ord.*, in Iac. II 3 (t. IV, p. 514a), ex Augustino, *Ep. 167*, 18 (CSEL 44, p. 605, 10-15), sed mediante Beda, *In epistolas septem catholicas* (CCSL 121, p. 193, 19-23 : sanctiore et instructiore *Thomas* : instructiore atque [et *Glosa*] sanctiore *Aug., Beda, Glosa*).

A.10 Parall. : Cf. ad Quodl. II, a.8. — De quaestione, cf. *Glosa ord. in Decretum*, II P., Causa XII, q.I, c. 8 (ed. Romae 1582, col. 1282 f) : «*Quod superest.* Videtur ergo quod si aliquis ita pauper est quod ei non sufficiant sua, uidetur quod non teneatur dare decimas, quia nullo praecepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, ut 86 dist. *Non satis*, in fine. Quod non est uerum»; Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III tr. 51, c. 3 (ed. Ribaillier, t. III 2, p. 1000-1001, u. 54-60) : « Item, aliquis est pauper in aliqua parochia, qui non habet nisi huiusmodi minuta, et non sufficiunt ei ad uictum; sacerdos autem habundans est. Videtur quod iste pauper non tenetur suo sacerdoti dare, immo potius qui habundans est ei dare tenetur; istud enim : *Si seminauimus uobis spiritualia, non est magnum si carnalia* etc., non obligat nisi pro loco et tempore; uidetur ergo quod ille pauper non tenetur dare decimas de uniuersis minutis»; Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. I, tit. 15 (ed. Veronae 1744, p. 128a; ed. Ochoa-Diez, p. 422-423) : «Quid de clericis qui habentes sufficiens patrimonium recipiunt decimas? De talibus dicit Ieronimus : Qui bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt. 16, q.I, c. *Quoniam quicquid* [Friedberg, I 784-785; *non inuenitur in Hieronymo*]. Ad hoc dicas quod si isti deseruiant ecclesie sicut debent, et has decimas non recipiunt ut eas in malos usus consumant, sed ut inde pauperibus prouideant, non peccant. Alias committunt sacrilegium, ut dicit Ieronimus, et Prosper, Causa 1, q. II, c. *Pastor* [Friedberg, I 409 = Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, II, c. 9-10, P.L., 59, 454 A-B]. Item, si illo recipiente, aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidii, 14, q.5, *Inmolans*, in fine uersus *Panis egentium* etc. [Friedberg, I 739]»; Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De decimis (ed. Lugduni 1556, f. 253ra) : «n. 14. Quarto queritur de clericis habentibus sufficiens patrimonium uel alios reditus, utrum licite recipiant decimas? Et dixerunt Raymundus et Goffredus quod sic, si seruitium ecclesie, cuius occasione decimas percipiunt, faciant. XII, q.I *Illi autem* [Friedberg, I 685]; XII, q.II, *Caritatem* [I 701]; ff de re.iur. *Secundum naturam* [*Digesta*, ed. Mommsen-Krueger, p. 920, n. 10]. Alioquin sacrilegium committunt, uel si in malos usus conuertant. I, q.II, *Clerici* [I 411]; XVI, q.I, *Quoniam*, in fine [I 785]; I, q.II, *Pastor* [I 409]. Nam, secundum Augustinum : *Panis egentium uita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est*, XIV, q.V *Inmolans* [I 739]; ad idem Ambrosius, XLVII d. *Sicut hi* [I 171-172]». — Verba a Gratiano laud., XIV, q.V [I 739] sunt Augustini, *Speculum* (CSEL 12, p. 148, 11-21), sed uerba ab eo laud. XLVII [I 171-172] non sunt Ambrosii, sed Basilii, *Hom. in illud Destruam horrea mea* (Lucae XII 18), a Rufino transl. (P.G., 31, n. 4, 1749 B2-9; B14-C2; n. 7, 1751D - 1752 A4; 1752 A9-11; B3-C5). Cf. etiam Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 451 (ed. A. Cortesi, Bergamo 1962, p. 1335-1336) : «Sed quid dicemus de illis qui uix possunt lucrari tantum quod possint pascere familiam suam? numquid tenentur dare decimas de illo modico lucro? Dicimus quod non, quoniam ecclesia est pia mater, unde non intelligitur uelle affligere illos; unde intelligitur donare si quid residui est, maxime de personalibus loquor et de predialibus. Si non dant de modico quod uix sufficit ad substentationem misere uite, non peccant, quoniam nec contra illos est preceptum de decimis, nisi forte requirerentur obnixe». — Cum hi omnes non tantum de iure sacerdotis, sed etiam de iure pauperis curent, mirum est Thomam hic de iure pauperis nullam fecisse mentionem. 15 Mathei XXIII : 23. 16-17 iudicium et ueritatem : «iudicium et misericordiam et fidem» habet Matthaeus, XXIII 23. 19 Luce XVIII : 12. 21-22 Philosophus... in V Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1131b32-1132a6, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo retract., A.L., XXVI, p. 460, 3-9.

Sic igitur non est ideo celebranda conceptio predicta quia fuerit sine peccato originali concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuerit specialius ceteris preparata, eo quod in ipsa sanctificatione copiosius ceteris munus gracie accepit, non solum ut purgaretur a peccato originali, set ut tota eius uita redderetur inmunis ab omni peccato tam mortali quam ueniali, ut dicit Anselmus.

<a. 2 [8]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod clericus beneficiatus teneatur, in scolis existens, dicere officium mortuorum.

Ille enim qui recipit bona temporalia alicuius, tenetur ei in spiritualibus recompensare; set iste clericus accipit bona que fuerunt defunctorum; ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum.

Set contra. Ille qui minus recipit, minus tenetur; set clericus qui in scolis moratur, minus recipit quam alii qui in ecclesia residenciam faciunt, qui recipiunt cotidianas distributiones; ergo non tenetur dicere officium mortuorum sicut illi.

Responsio. Dicendum quod clericus ex hoc ipso quod est clericus, et precipue in sacris ordinibus constitutus, tenetur dicere horas canonicas : uidentur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem diuinam, secundum illud Ysaie XLIII : *Omnem qui inuocat nomen meum, in* laudem *meam creaui* illum; set in quantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia, tenetur dicere officium secundum modum illius ecclesie. Est ergo considerandum quod officium mortuorum quandoque in ecclesia dicitur sicut ordinarie pertinens ad ecclesie officium, sicut in tota ecclesia in die animarum dicitur officium pro mortuis et in qualibet ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, puta ut dicatur ordinarie officium mortuorum semel in septimana uel qualitercunque aliter secundum certum tempus; et ad huiusmodi officium mortuorum tenetur clericus beneficiatus in aliqua ecclesia, etiam in scolis existens, et per hoc satisfacit mortuis quorum recipit bona. Aliquando uero dicitur officium mortuorum in ecclesia extraordinarie, propter aliquam causam specialiter emergentem, puta ad preces alicuius persone uel propter aliquid huiusmodi; et ad huiusmodi officium mortuorum non tenetur clericus existens in scolis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 3 [9]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod episcopus peccet dans beneficium bono, si pretermittat meliorem.

Quia *qui facit contra conscienciam, edificat ad gehennam*; set iste episcopus pretermittens meliorem, uidetur facere contra conscienciam; ergo peccat mortaliter, edificans ad gehennam.

Set contra est quod etiam secundum iura sufficit dare bono, si sit ydoneus ad seruiendum in ecclesia.

Responsio. Dicendum quod aliquis potest dici melior dupliciter : uno modo simpliciter, quia scilicet est sanctior, plus habens de caritate; alio

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 71 Sic igitur *Est responsio ad obiectum (cf. adn. ad u.* 78) 78 Anselmus] + Et per hoc patet responsio (+ ad obiecta M^1) M^1M^3
8 pro eis tenetur *tr.* Φ^{2b} 34-35 in ecclesia] *om. AnF* 36 emergentem] erogentem Φ^{2b} (errogantem *Ba*^{1})

78 Anselmus : *De conceptu uirginali*, c. XVIII (ed. Schmitt, vol. 2, p. 159), ad sensum; uerba Anselmi diligentius laud. Thomas, *In III Sent.*, d.3, q.1, a.1, qla 2, arg.3; *III*^{a}, q.27, a.2, arg.2.

A.8 10-12 clericus — distributiones : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, De magistris, n. 9 (ed. Lugd., f. 349rb; ed. Ven., col. 1516) : «... sed nec studens in theologia quotidianas distributiones percipiet... Vel dic quod in ecclesiis in quibus sunt diuerse prebende, non percipiat quotidianas distributiones... ubi habent omnia in communi... quolibet die dabitur procuratori suo id quod perciperet si presens esset, et etiam quotidianas distributiones que dantur presentibus, licet non intersint horis canonicis». 14 Responsio : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De consecratione ecclesie uel altaris, d.5, n. 22 (ed. Lugd., f. 273vb; ed. Ven., col. 1186) : «Et quidem quilibet clericus seruitio ecclesie deputatus ad hoc tenetur, maxime si in sacris, quia et minores si ecclesiasticis stipendiis sustententur... Quid de his qui in scholis sunt, nunquid excusantur? Dixerunt aliqui quod si promoti sunt ad titulum ecclesie, tunc tenentur... si uero ad titulum sue portionis uel patrimonii, non tenentur... Dic secundum Goffredum quod omnes tenentur, etiam si ab ecclesia tenuem habent sustentationem...». Vbi tamen de horis canonicis in generali agitur, non de officio mortuorum in particulari. 18 Ysaie XLIII : 7 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 165) : «et omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum».

A.9 Parall. : *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. IV*, q.8, a.4 [15]; q.12, a.1 [23], ad 12; *Quodl. V*, q.11, a.3 [23]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.63, a.2; q.185, a.3. 5-6 qui — gehennam : Cf. supra, *Quodl. III*, q.12, a.2 [27], u. 28, cum adn. 9 secundum iura : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6], u. 42, cum adn.

dependet firmitas spiritualis edificii, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas dyabolici edificii.

<Questio 5>

Deinde quantum ad actus latrie siue religionis quesita sunt quatuor.

Primo, de celebratione festorum, utrum scilicet liceat celebrare festum conceptionis domine nostre; secundo, de solutione officiorum, utrum scilicet clericus habens beneficium cum cura uel sine cura, existens in scolis teneatur dicere officium mortuorum; tercio, de collatione beneficiorum, utrum scilicet episcopus teneatur dare beneficium meliori; quarto, de solutione decimarum, utrum scilicet aliquis pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

<a. 1 [7]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod liceat celebrare conceptionem domine nostre.

Si enim non licet, hoc non est nisi quia fuit concepta in originali peccato; set non fuit concepta in originali peccato, ut uidetur, quia beata Virgo facta est ut speciali modo esset *habitaculum Dei*; ergo debuit ad hoc specialiter preparari; non autem preparata est specialiter secundum corpus, quod conceptum est ex sexuum commixtione, nec etiam quantum ad animam, quia alii etiam leguntur sanctificati in utero; et ita relinquitur quod fuerit specialiter preparata per inmunitatem ab originali peccato. Et sic licet eius conceptionem celebrare.

Set contra est quod hoc priuilegium solius Christi dicitur esse, quod sine peccato originali est conceptus; non ergo competit beate Virgini, et ita eius conceptio non est celebranda.

Responsio. Dicendum quod hic inducuntur due questiones, una principalis et altera accessoria, scilicet an beata Virgo fuerit concepta cum originali, quod oportet primo determinare.

Est igitur considerandum quod unusquisque peccatum originale contrahit ex hoc quod fuit in Adam secundum seminalem rationem, ut Augustinus dicit super Genesim ad litteram; omnes autem illi in Adam fuerunt secundum seminalem rationem qui non solum ab eo carnem acceperunt, set etiam secundum naturalem modum originis ab eo sunt propagati. Sic autem processit ab Adam beata Virgo, quia nata fuit per commixtionem sexuum, sicut et ceteri. Et ideo concepta fuit cum originali peccato et includitur in uniuersitate illorum de qua Apostolus dicit Romanorum V : *In quo omnes peccauerunt*, a qua uniuersitate solus Christus excipitur, qui in Adam non fuit secundum seminalem rationem. Alioquin si hoc alteri conueniret quam Christo, non indigeret Christi redemptione. Et ideo non tantum debemus dare matri quod subtrahatur aliquid honori Filii, qui est *saluator omnium hominum*, ut dicit Apostolus, I ad Timotheum IV.

Quamuis autem beata Virgo in originali concepta fuerit, creditur tamen in utero fuisse sanctificata ante quam nata, et ideo circa celebrationem conceptionis eius diuersa consuetudo ecclesiarum inoleuit. Nam Romana ecclesia et plurime alie, considerantes conceptionem eiusdem Virginis in originali peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant. Alique uero, considerantes sanctificationem eius in utero, cuius tempus ignoratur, celebrant conceptionem : creditur enim quod cito post conceptionem et anime infusionem fuerit sanctificata; unde illa celebritas non est referenda ad conceptionem ratione conceptionis, set potius ratione sanctificationis.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(M^1M^3, An, F)* 96 procedit] dependet *AnF* 17 licet] liceat *Ed*^{20} 19 uidetur] uidet *O* : patet *P* 20-21 habitaculum Dei] habita ut dī Φ^{2b} *(cf. Préf., p. 122*a)* 21 debuit] debent Φ^{2b} 22 est] ea Φ^{2b} 25 alii etiam] *inu. O*, Φ^{2b} 27 preparata] sperata Φ^{2b} (separata *Ba : cf. Préf., p. 122*a)* 31 est] sit *P* 38 contrahit] dicitur Φ^{2b} (+ contrahere *sec.m. V*^{4}) 42 qui non] cum Φ^{2b} (+ non *sec.m. P*^{1}) non solum ab eo carnem] a *(lac. 7/8 litt.)* tam̃ *O (uariant complures codices e pecia Φ^1 pendentes)* 47 cum] in C^cO^5, M^1M^3, *Ed*^{4ss} 48 illorum] *om. P (cf. adn. inseq.)* de qua] de quibus M^1M^3, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{30}, *Ed*^{32ss} *(sed subaudiendum est* : « de qua (universitate) »; *cf. u.* 49; *etsi constructio uiolenta est et praepostera, ut dicit Nicolaï, tamen est Thomae)* 58 fuerit] fuit *P* : similiter Φ^{2b} 59 ideo] ulterius Φ^{2b} 62-63 eiusdem] *om. Ed*^{2,4ss} 64 Alique (alie *F*)] + ecclesie Ψ *(nec non C^1O^3)*

A.7 Parall. : *In III Sent.*, d.3, q.1, a.1; a.2, qla 1; *Comp. theol.*, I 224; *In Ieremiam*, lect.1 (Piana, XIII 4, f. 2rb D-E); *III^a*, q.27, a.1 et 2; *Coll. in Aue Maria* (Piana, XVII, f. 75va I-K; f. 75vb-76ra); *In Psalmos*, in ps. 45, 6 (Piana, XIII 2, f. 61vb G). 20-21 habitaculum Dei : Cf. *Ep. ad Ephesios*, II 22 : « in quo et uos coaedificamini in habitaculum Dei in spiritu ». 39-40 Augustinus : *De Genesi ad litteram*, X 20 (CSEL 28, p. 323, 4-8; p. 324, 8-10), a Thoma laud. etiam *I^a II^{ae}*, q.81, a.4, s.c. 48-49 Romanorum V : 12. 56 I ad Timotheum IV : 10.

Sic igitur non est ideo celebranda conceptio predicta quia fuerit sine peccato originali concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuerit specialius ceteris preparata, eo quod in ipsa sanctificatione copiosius ceteris munus gracie accepit, non solum ut purgaretur a peccato originali, set ut tota eius uita redderetur inmunis ab omni peccato tam mortali quam ueniali, ut dicit Anselmus.

<a. 2 [8]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod clericus beneficiatus teneatur, in scolis existens, dicere officium mortuorum.

Ille enim qui recipit bona temporalia alicuius, tenetur ei in spiritualibus recompensare; set iste clericus accipit bona que fuerunt defunctorum; ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum.

Set contra. Ille qui minus recipit, minus tenetur; set clericus qui in scolis moratur, minus recipit quam alii qui in ecclesia residenciam faciunt, qui recipiunt cotidianas distributiones; ergo non tenetur dicere officium mortuorum sicut illi.

Responsio. Dicendum quod clericus ex hoc ipso quod est clericus, et precipue in sacris ordinibus constitutus, tenetur dicere horas canonicas : uidentur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem diuinam, secundum illud Ysaie XLIII : *Omnem qui inuocat nomen meum, in* laudem *meam creaui* illum; set in quantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia, tenetur dicere officium secundum modum illius ecclesie. Est ergo considerandum quod officium mortuorum quandoque in ecclesia dicitur sicut ordinarie pertinens ad ecclesie officium, sicut in tota ecclesia in die animarum dicitur officium pro mortuis et in qualibet ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, puta ut dicatur ordinarie officium mortuorum semel in septimana uel qualitercunque aliter secundum certum tempus; et ad huiusmodi officium mortuorum tenetur clericus beneficiatus in aliqua ecclesia, etiam in scolis existens, et per hoc satisfacit mortuis quorum recipit bona. Aliquando uero dicitur officium mortuorum in ecclesia extraordinarie, propter aliquam causam specialiter emergentem, puta ad preces alicuius persone uel propter aliquid huiusmodi; et ad huiusmodi officium mortuorum non tenetur clericus existens in scolis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 3 [9]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod episcopus peccet dans beneficium bono, si pretermittat meliorem.

Quia *qui facit contra conscienciam, edificat ad gehennam*; set iste episcopus pretermittens meliorem, uidetur facere contra conscienciam; ergo peccat mortaliter, edificans ad gehennam.

Set contra est quod etiam secundum iura sufficit dare bono, si sit ydoneus ad seruiendum in ecclesia.

Responsio. Dicendum quod aliquis potest dici melior dupliciter : uno modo simpliciter, quia scilicet est sanctior, plus habens de caritate; alio

(pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ^e *(M^{1}M^3, An, F)* 71 Sic igitur *Est responsio ad obiectum (cf. adn. ad u. 78)* Anselmus] + Et per hoc patet responsio (+ ad obiecta M^1) M^1M^3
8 pro eis tenetur *tr.* Φ^{2b} 34-35 in ecclesia] *om. AnF* 36 emergentem] erogentem Φ^{2b} (errogantem *Ba*^{1})

Anselmus : *De conceptu uirginali*, c. XVIII (ed. Schmitt, vol. 2, p. 159), ad sensum; uerba Anselmi diligentius laud. Thomas, *In III Sent.*, , q.1, a.1, qla 2, arg.3; *III^a*, q.27, a.2, arg.2.
1.8 10-12 clericus — distributiones : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, De magistris, n. 9 (ed. Lugd., f. 349rb; ed. Ven., 1516) : «... sed nec studens in theologia quotidianas distributiones percipiet... Vel dic quod in ecclesiis in quibus sunt diuerse bende, non percipiat quotidianas distributiones... ubi habent omnia in communi... quolibet die dabitur procuratori suo id quod ciperet si presens esset, et etiam quotidianas distributiones que dantur presentibus, licet non intersint horis canonicis». 14 Ressio : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De consecratione ecclesie uel altaris, d.5, n. 22 (ed. Lugd., f. 273vb; ed. Ven., col. 1186) : quidem quilibet clericus seruitio ecclesie deputatus ad hoc tenetur, maxime si in sacris, quia et minores si ecclesiasticis stipendiis ententur... Quid de his qui in scholis sunt, nunquid excusantur? Dixerunt aliqui quod si promoti sunt ad titulum ecclesie, tunc ntur... si uero ad titulum sue portionis uel patrimonii, non tenentur... Dic secundum Goffredum quod omnes tenentur, etiam si ab sia tenuem habent sustentationem...». Vbi tamen de horis canonicis in generali agitur, non de officio mortuorum in particulari. saie XLIII : 7 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 165) : «et omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum».
9 Parall. : *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. IV*, q.8, a.4 [15]; q.12, a.1 [23], ad 12; *Quodl. V*, q.11, a.3 [23]; *II^a II^{ae}*, q.63, a.2; , a.3. 5-6 qui — gehennam : Cf. supra, *Quodl. III*, q.12, a.2 [27], u. 28, cum adn. 9 secundum iura : Cf. supra, *Quodl. VIII*, 1.1 [6], u. 42, cum adn.

Sic igitur non est ideo celebranda conceptio predicta quia fuerit sine peccato originali concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuerit specialius ceteris preparata, eo quod in ipsa sanctificatione copiosius ceteris munus gracie accepit, non solum ut purgaretur a peccato originali, set ut tota eius uita redderetur inmunis ab omni peccato tam mortali quam ueniali, ut dicit Anselmus.

<a. 2 [8]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod clericus beneficiatus teneatur, in scolis existens, dicere officium mortuorum.

Ille enim qui recipit bona temporalia alicuius, tenetur ei in spiritualibus recompensare; set iste clericus accipit bona que fuerunt defunctorum; ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum.

Set contra. Ille qui minus recipit, minus tenetur; set clericus qui in scolis moratur, minus recipit quam alii qui in ecclesia residenciam faciunt, qui recipiunt cotidianas distributiones; ergo non tenetur dicere officium mortuorum sicut illi.

Responsio. Dicendum quod clericus ex hoc ipso quod est clericus, et precipue in sacris ordinibus constitutus, tenetur dicere horas canonicas : uidentur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem diuinam, secundum illud Ysaie XLIII : *Omnem qui inuocat nomen meum, in* laudem *meam creaui* illum; set in quantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia, tenetur dicere officium secundum modum illius ecclesie. Est ergo considerandum quod officium mortuorum quandoque in ecclesia dicitur sicut ordinarie pertinens ad ecclesie officium, sicut in tota ecclesia in die animarum dicitur officium pro mortuis et in qualibet ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, puta ut dicatur ordinarie officium mortuorum semel in septimana uel qualitercunque aliter secundum certum tempus; et ad huiusmodi officium mortuorum tenetur clericus beneficiatus in aliqua ecclesia, etiam in scolis existens, et per hoc satisfacit mortuis quorum recipit bona. Aliquando uero dicitur officium mortuorum in ecclesia extraordinarie, propter aliquam causam specialiter emergentem, puta ad preces alicuius persone uel propter aliquid huiusmodi; et ad huiusmodi officium mortuorum non tenetur clericus existens in scolis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 3 [9]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod episcopus peccet dans beneficium bono, si pretermittat meliorem.

Quia *qui facit contra conscienciam, edificat ad gehennam*; set iste episcopus pretermittens meliorem, uidetur facere contra conscienciam; ergo peccat mortaliter, edificans ad gehennam.

Set contra est quod etiam secundum iura sufficit dare bono, si sit ydoneus ad seruiendum in ecclesia.

Responsio. Dicendum quod aliquis potest dici melior dupliciter : uno modo simpliciter, quia scilicet est sanctior, plus habens de caritate; alio

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ* *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 71 Sic igitur *Est responsio ad obiectum (cf. adn. ad u.* 78) 78 Anselmus] + Et per hoc patet responsio (+ ad obiecta M^1) M^1M^3
8 pro eis tenetur *tr.* Φ^{2b} 34-35 in ecclesia] *om. AnF* 36 emergentem] erogentem Φ^{2b} (errogantem *Ba*^{1})

78 Anselmus : *De conceptu uirginali*, c. XVIII (ed. Schmitt, vol. 2, p. 159), ad sensum; uerba Anselmi diligentius laud. Thomas, *In III Sent.*, d.3, q.1, a.1, qla 2, arg.3; *III*^{a}, q.27, a.2, arg.2.

A.8 10-12 clericus — distributiones : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. V, De magistris, n. 9 (ed. Lugd., f. 349rb; ed. Ven., col. 1516) : «... sed nec studens in theologia quotidianas distributiones percipiet... Vel dic quod in ecclesiis in quibus sunt diuerse prebende, non percipiat quotidianas distributiones... ubi habent omnia in communi... quolibet die dabitur procuratori suo id quod perciperet si presens esset, et etiam quotidianas distributiones que dantur presentibus, licet non intersint horis canonicis». 14 Responsio : Cf. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De consecratione ecclesie uel altaris, d.5, n. 22 (ed. Lugd., f. 273vb; ed. Ven., col. 1186) : «Et quidem quilibet clericus seruitio ecclesie deputatus ad hoc tenetur, maxime si in sacris, quia et minores si ecclesiasticis stipendiis sustententur... Quid de his qui in scholis sunt, nunquid excusantur? Dixerunt aliqui quod si promoti sunt ad titulum ecclesie, tunc tenentur... si uero ad titulum sue portionis uel patrimonii, non tenentur... Dic secundum Goffredum quod omnes tenentur, etiam si ab ecclesia tenuem habent sustentationem...». Vbi tamen de horis canonicis in generali agitur, non de officio mortuorum in particulari. 18 Ysaie XLIII : 7 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 165) : «et omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum».

A.9 Parall. : *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. IV*, q.8, a.4 [15]; q.12, a.1 [23], ad 12; *Quodl. V*, q.11, a.3 [23]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.63, a.2; q.185, a.3. 5-6 qui — gehennam : Cf. supra, *Quodl. III*, q.12, a.2 [27], u. 28, cum adn. 9 secundum iura : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6], u. 42, cum adn.

modo dicitur aliquis melior quo ad aliquid. Contingit autem quandoque aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc quod beneficium percipiat, quia alius forte potest ecclesiam magis iuuare uel per consilium sapiencie uel per auxilium potencie uel quia seruiuit in ecclesia. Non ergo episcopus tenetur semper dare meliori simpliciter, set tenetur dare meliori quo ad hoc. Non enim potest esse quod unum preferat alteri nisi propter aliquam causam; que si quidem pertineat ad honorem Dei et utilitatem ecclesie, iam quantum ad hoc iste est melior; si autem illa causa ad hoc non pertineat, erit acceptio personarum, que tanto est grauior quanto in rebus diuinis committitur. Vnde super illud Iacobi II : *Tu sede hic bene* etc., dicit Glosa Augustini : *Si hanc distanciam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini glorie. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesie, contempto paupere sanctiore et instructiore?*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 5, a. 4 [10]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod pauper non teneatur decimas soluere diuiti sacerdoti.

<1> Ideo enim institutum est ut decime soluantur, ad sustentationem ministrorum ecclesie; set sacerdos diues habet alias unde sustentetur; ergo non sunt ei decime soluende, et precipue a paupere.

<2> Preterea. In multis terris decime non soluuntur, quod tamen prelati corrigerent, si homines ex necessitate iuris diuini decimas soluere tenerentur; non ergo uidetur quod presertim pauperes teneantur soluere decimas diuitibus sacerdotibus.

Set contra est quod Dominus, Mathei XXIII, dicit : *Hec oportuit facere*, scilicet iudicium et ueritatem, *et illa non omittere*, scilicet ea que pertinent ad decimarum solutionem.

<2> Preterea. Luce XVIII, Phariseus dicit : *Decimas do omnium que possideo.*

Responsio. Dicendum quod, sicut Philosophus

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 15 aliquis] aliquid in Φ^{2b} (in *om. Ba*) 18 percipiat *P, M*^{1}*M*^{3}*F* : participat *cett* (percipiat *rest. Ed*^{2,4ss}) 21 seruiuit] seruit *coniecit Nicolaï (Ed*^{30}*)* 21-22 tenetur semper] *inu.* Φ^{2b} (semper *om. Ba*) 24 nisi *P*, Ψ : non Φ(- P : nisi *rest. dett, edd*) 33 personarum acceptione] *inu. Ed*^{4ss}

30 Iacobi II : 3. 30-31 Glosa Augustini : *Glosa ord.*, in Iac. II 3 (t. IV, p. 514a), ex Augustino, *Ep. 167*, 18 (CSEL 44, p. 605, 10-15), sed mediante Beda, *In epistolas septem catholicas* (CCSL 121, p. 193, 19-23 : sanctiore et instructiore *Thomas* : instructiore atque [et *Glosa*] sanctiore *Aug., Beda, Glosa*).

A.10 Parall. : Cf. ad Quodl. II, a.8. — De quaestione, cf. *Glosa ord. in Decretum*, II P., Causa XII, q.I, c. 8 (ed. Romae 1582, col. 1282 f) : «*Quod superest.* Videtur ergo quod si aliquis ita pauper est quod ei non sufficiant sua, uidetur quod non teneatur dare decimas, quia nullo praecepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, ut 86 dist. *Non satis*, in fine. Quod non est uerum»; Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III tr. 51, c. 3 (ed. Ribaillier, t. III 2, p. 1000-1001, u. 54-60) : « Item, aliquis est pauper in aliqua parochia, qui non habet nisi huiusmodi minuta, et non sufficiunt ei ad uictum; sacerdos autem habundans est. Videtur quod iste pauper non tenetur suo sacerdoti dare, immo potius qui habundans est ei dare tenetur; istud enim : *Si seminauimus uobis spiritualia, non est magnum si carnalia* etc., non obligat nisi pro loco et tempore; uidetur ergo quod ille pauper non tenetur dare decimas de uniuersis minutis»; Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. I, tit. 15 (ed. Veronae 1744, p. 128a; ed. Ochoa-Diez, p. 422-423) : «Quid de clericis qui habentes sufficiens patrimonium recipiunt decimas? De talibus dicit Ieronimus : Qui bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt. 16, q.1, c. *Quoniam quicquid* [Friedberg, I 784-785 ; *non inuenitur in Hieronymo*]. Ad hoc dicas quod si isti deseruiant ecclesie sicut debent, et has decimas non recipiunt ut eas in malos usus consumant, sed ut inde pauperibus prouideant, non peccant. Alias committunt sacrilegium, ut dicit Ieronimus, et Prosper, Causa 1, q. II, c. *Pastor* [Friedberg, I 409 = Iulianus Pomerius, *De uita contemplatiua*, II, c. 9-10, P.L., 59, 454 A-B]. Item, si illo recipiente, aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidii, 14, q.5, *Inmolans*, in fine uersus *Panis egentium* etc. [Friedberg, I 739]»; Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De decimis (ed. Lugduni 1556, f. 253ra) : «n. 14. Quarto queritur de clericis habentibus sufficiens patrimonium uel alios reditus, utrum licite recipiant decimas? Et dixerunt Raymundus et Goffredus quod sic, si seruitium ecclesie, cuius occasione decimas percipiunt, faciant. XII, q.I *Illi autem* [Friedberg, I 685]; XII, q.II, *Caritatem* [I 701]; ff de re.iur. *Secundum naturam* [*Digesta*, ed. Mommsen-Krueger, p. 920, n. 10]. Alioquin sacrilegium committunt, uel si in malos usus conuertant. I, q.II, *Clerici* [I 411]; XVI, q.I, *Quoniam*, in fine [I 785]; I, q.II, *Pastor* [I 409]. Nam, secundum Augustinum : *Panis egentium uita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est*, XIV, q.V *Inmolans* [I 739]; ad idem Ambrosius, XLVII d. *Sicut hi* [I 171-172]». — Verba a Gratiano laud., XIV, q.V [I 739] sunt Augustini, *Speculum* (CSEL 12, p. 148, 11-21), sed uerba ab eo laud. XLVII [I 171-172] non sunt Ambrosii, sed Basilii, *Hom. in illud Destruam horrea mea* (Lucae XII 18), a Rufino transl. (P.G., 31, n. 4, 1749 B2-9; B14-C2; n. 7, 1751D-1752 A4; 1752 A9-11; B3-C5). Cf. etiam Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 451 (ed. A. Cortesi, Bergamo 1962, p. 1335-1336) : «Sed quid dicemus de illis qui uix possunt lucrari tantum quod possint pascere familiam suam? numquid tenentur dare decimas de illo modico lucro? Dicimus quod non, quoniam ecclesia est pia mater, unde non intelligitur uelle affligere illos; unde intelligitur donare si quid residui est, maxime de personalibus loquor et de predialibus. Si non dant de modico quod uix sufficit ad substentationem misere uite, non peccant, quoniam nec contra illos est preceptum de decimis, nisi forte requirerentur obnixe». — Cum hi omnes non tantum de iure sacerdotis, sed etiam de iure pauperis curent, mirum est Thomam hic de iure pauperis nullam fecisse mentionem. 15 Mathei XXIII : 23. 16-17 iudicium et ueritatem : «iudicium et misericordiam et fidem» habet Matthaeus, XXIII 23. 19 Luce XVIII : 12. 21-22 Philosophus... in V Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, V, 1131b32-1132a6, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo retract., A.L., XXVI, p. 460, 3-9.

docet in V Ethicorum, medium iusticie accipitur non solum quo ad nos, sicut in ceteris uirtutibus, set etiam secundum rem, quia scilicet in aliis uirtutibus attenduntur diuerse condiciones personarum, secundum quas medium diuersificatur, sicut circa cibos quod est multum uni est paucum alteri uel moderatum; set in iusticia non uariatur medium secundum diuersas persone condiciones, set attenditur solum ad quantitatem rei : qui enim emit rem aliquam, debet tantum soluere quantum ualet, siue a paupere siue a diuite emat. Reddere autem debitum est actus iusticie, et ideo ad hoc quod alicui reddatur quod ei debetur, non refert utrum sit diues uel pauper.

Decime autem sacerdotibus debentur in communi quidem secundum ius naturale : naturalis enim ratio dictat ut illi qui pro populo in spiritualibus laborant, a populo stipendia sue sustentationis accipiant. Et secundum hoc etiam in nouo Testamento est iure diuino sanctitum : nam, ut dicitur I ad Corinthios IX : *Dominus ordinauit* hiis *qui euangelium annunciant*, ut *de euangelio* uiuant. Set in lege ueteri iudiciali precepto taxata est quantitas eius quod ministris Dei est a populo soluendum, scilicet decima, et hoc etiam ecclesia statuit in populo christiano soluendum. Vnde, cum sacerdotibus decime debeantur tum ex iure naturali tum de iure diuino tum etiam ex statuto ecclesie, quamuis sacerdos sit diues, nichilominus pauper tenetur ei decimas soluere.

Ad primum ergo oportet respondere dupliciter. Vno modo ut dicatur quod decimarum solutio est instituta non solum ad sustentationem ministrorum ecclesie, sed etiam ad sustentationem pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri; unde dicitur Malachie III : *Inferte omnem* decimationem, *ut sit cibus in domo mea*; et sic sacerdoti qui non solum sibi, set pauperibus prouidere debet, quantumcunque diuiti, sunt decime necessarie. — Alio modo potest dici quod necessitas sustentationis ministrorum fuit ratio ecclesiastice institutionis de decimarum solutione, set ex quo effectum est alicui debitum per statutum ecclesie, nichilominus ei debetur, quamuis sit diues.

Ad secundum dicendum quod, sicut Paulus laudabiliter non exigebat sumptus qui sibi propter predicationem euangelii debeantur ne quod impedimentum fieret euangelio aut scandalum fidelibus Christi, nec tamen illi peccabant non ministrantes sumptus quos Apostolus sibi debitos remittebat, ita etiam prelati Ecclesie laudabiliter faciunt non exigendo decimas in terris illis in quibus propter dissuetudinem timent scandalum generari, nec peccant illi qui non soluunt decimas in terris in quibus non est consuetum; peccarent autem si obstinate, exigentibus, dare recusarent, et ideo, ut huic peccato obuient sacerdotes, in terris illis non exigunt decimas.

<Questio 6>

Deinde quesitum est de actibus caritatis.

Et primo de obediencia, utrum scilicet sit magis meritorium obedire prelato uel facere aliquid ad dictum fratris; secundo de elemosina.

<a. unicus [11]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod magis sit meritorium obedire prelato quam facere aliquid ad dictum fratris.

<1> Maiori enim merito maius demeritum opponitur; set magis demeretur ille qui est inobediens prelato quam ille qui non assentit dicto fratris; ergo et magis meretur aliquis obediendo prelato quam assenciens dicto fratris.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 38 enim Ψ *(nec non O*^{2}*Ve, Md*^{b}*Bs, sec.m. P*^{10a}, Φ^{2ap}, Φ^{2bGg}) : autem *cett (om. As : deest Lo)* 40-41 etiam in nouo Testamento] que inuoces et quia testamentum Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 122*b) 41 sanctitum] sancxitum *An* : sancitum *F (uariant dett)* 42 ad Corinthios] Corinthiorum *O*, Φ^{2b}, *An* 44 lege ueteri] *inu.* Ψ 45 populo] populis *AnF* 46 etiam] scilicet Φ^{2b} 48 ex] de Ψ (*nec non Sa, O*^{2}*Ve, C*^{1}*, V*^{2}*, Bw, Ed*^{8ss}) 49 de] ex *As, Ba (nec non pauci dett)* 52 ergo] + dicendum quod *As, pr.m. Ba* : + dicendum *pr.m. P*^{1}*, pr.m. An* 64 effectum] officium *As, Ed*^{2,4ss} (*subaudiendum est* : « <hoc> [scil. solutio decimarum] effectum est ») 71 nec] non *AsP, edd (sed cf. u.* 76) 76 nec] non *Ed*$^{34-36}$ 77 terris] + suis *V*^{4} : + illis *Ed*^{19ss} 78 obstinate *Coniungendum uidetur cum* recusarent : « si exigentibus, obstinate recusarent dare ». 8 magis sit] *inu. BaV*^{4}, *An* 13 et] etiam *AnF : om. pr.m. Ba*^{1}, *M*^{1}*M*^{3}

26-28 sicut — moderatum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1106a36-b4, *ibid.*, p. 402,30-403,4. 42 I ad Corinthios IX : 14 (ut de euangelio uiuant : de euangelio uiuere). 57 Malachiae III : 10 (*Biblia sacra*, t. XVII, p. 268) : « inferte omnem decimam in horreum et (*uar.* ut) sit cibus in domo mea »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.87, a.1, « in horreum » hab. Thomas, sed, ut hic, « decimationem ». 67-80 Ad secundum — decimas : Cf. supra, *Quodl. II*, a.8, u. 128-156. 69-70 ne — euangelio : *I ad Cor.*, IX 12 : « ne quod offendiculum demus euangelio Christi ».

<2> Set contra. Vbi est maior humilitas, ibi uidetur esse maius meritum, quia *humilibus dat* Deus *graciam*, ut dicitur Iacobi IV; set maioris humilitatis uidetur esse quod aliquis equali se subiciat faciens aliquid ad dictum eius, quam quod aliquis subiciat se superiori, obediens prelato; ergo magis uidetur esse meritorium quod aliquis faciat ad dictum fratris quam quod obediat prelato.

Responsio. Dicendum quod aliquis actus potest dici magis meritorius dupliciter.

Vno modo ex genere operis, et sic ille actus est magis meritorius qui est excellentioris uirtutis. Manifestum est autem quod latria, per quam aliquis seruit Deo, est excellentior uirtus quam beneficiencia, qua quis satisfacit proximo, sicut et diligere Deum est magis meritorium quam diligere proximum. Quod autem aliquid fiat ad dictum fratris pertinet ad amiciciam uel beneficienciam, qua quis diligit proximum; quod autem obediatur prelato in quantum est Dei minister pertinet ad religionem, qua quis colit et diligit Deum. Et ideo magis est meritorium quod aliquis faciat aliquid obediens prelato uel seruans uotum quam si faciat aliquid ad dictum fratris.

Alio modo potest dici aliquis actus magis meritorius ex eo quod procedit ex maiori caritate, licet sit minus ex suo genere. Et sic nichil prohibet magis mereri illum qui facit aliquid ad dictum fratris.

Primum ergo concedimus.

Ad secundum dicendum quod ille qui facit aliquid ad dictum fratris, facit propria sponte, unde minoris humilitatis esse uidetur quam quod aliquis obediat prelato tanquam superiori.

<Questio 7>

Deinde quesitum est de elemosina.

Et primo de elemosina clericorum; secundo de elemosinis que fiunt pro mortuis.

<a. unicus [12]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod clerici peccent mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinis non largiantur.

<1> Quia, super illud Luce III : *Qui habet duas tunicas, det non habenti*, dicit Glosa : *De duabus tunicis diuidendis datur preceptum, quia si una diuidatur, nemo uestitur in dimidia tunica, et nudus remanet qui accipit et qui dedit*; set per largitionem unius tunice intelligitur largitio eorum que superfluunt ad necessitatem uite, ut patet per ea que in eadem Glosa premittuntur; ergo dare superflua est in precepto; set qui transgreditur preceptum, peccat mortaliter; ergo ille qui non dat superflua pauperibus, peccat mortaliter.

<2> Preterea. Preceptum plus obligat quam consilium; set dare omnia que quis possidet, est consilium, et tamen ad hoc homo obligatur in casu extreme necessitatis; ergo, etiam extra casum extreme necessitatis, tenetur aliquis super-

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 17 Deus] *ante* dat *AnF : ante* humilibus M^1M^3 ut dicitur] *om.* Ψ(- *F*) 18 uidetur esse] *inu.* Ψ 22 aliquis] aliquid *sec.m. Dl, Md*^{b}*Bs*, Φ^{2ap} : aliquis aliquid M^1M^3 (21-22 quod — prelato *om. An*) 25 dici] esse *As*, *C*^{c}*O*^{5} : diuidi *Ba*^{1} 26 et] *om. Ba*^{1}*P*^{1} 42 minus] vnus *AsO* : minus meritorium M^1M^3 : minor $Ed^{2,4ss}$ 48 minoris] maioris Ed^{32ss}

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(F*^{1}*F*^{2}*, M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 8 elemosinis] elemosinas Ψ(- *AnF*) : eleemosynas Ed^{19ss} 10 det] + unam M^1M^3, *An, multi dett, edd* : + aliam *F* : + alteram *C*^{c}*O*^{5} 11 diuidendis] diuidentibus Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 122*b)

A.11. — Quaestio orta esse uidetur ex *Regula sancti Benedicti*, c. LXXI (ed. J. Neufville, in *La règle de saint Benoît*, II, SC 182, p. 668) : « Oboedientiae bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi inuicem ita oboediant fratres, scientes per hanc oboedientiae uiam se ituros ad Deum. Praemisso ergo abbatis aut praepositorum qui ab eo constituuntur imperio, cui non permittimus priuata imperio praeponi, de cetero omnes iuniores prioribus suis omni caritate et sollicitudine oboediant » ; unde, c. 1248-1254, Humbertus de Romanis, *Expositio regule beati Augustini*, c. 175, De obediencia (ed. J. J. Berthier, *Opera de uita regulari*, t. I, p. 530) : « Sciendum enim quod, licet quidam uiri sancti ex perfectione obediencie inueniantur obedire non solum maioribus, sed etiam paribus, immo etiam inferioribus interdum, secundum illud beati Benedicti in regula : *Obediencie bonum non solum abbati exhibendum est ab omnibus, sed etiam sibi inuicem obediant fratres*, tamen nullus religiosus tenetur obedire nisi maioribus suis, secundum illud Hebreorum XIII [17] : *Obedite prepositis uestris*, id est illis qui uobis preficiuntur ». 17 Iacobi IV : 6 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 256) : « deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam ».

A.12 Parall. : *In IV Sent.*, d.15, q.2, a.1, qla 1, ad 3 ; qla 4 ; a.3, qla 2, ad 1 ; *Quodl. VIII*, q.6, a.2 [12] ; *Quodl. V*, q.9, a.1 [17], arg. 1 et ad 1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.32, a.5 (nec non q.66, a.7 ; q.71, a.1 ; q.87, a.1, ad 4 ; q.118, a.4, ad 2). — Cf. O. Lottin, *La nature du devoir de l'aumône chez les prédécesseurs de saint Thomas d'Aquin*, in *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. III 2, Louvain 1949, p. 299-313. 9 Luce III : 11. 10 Glosa : ord. (t. IV, p. 150b), ex Beda, *In Lucam*, lib. I (CCSL 120, p. 79, u. 2350-2353), qui et ipse pendet ex Gregorio, *In Euang.*, I XX 11 (P.L., 76, 1154 B), iam ex parte laud. ab Alexandro de Hales, *Q. de superfluo*, membrum IV, n. 19 (Q. Antequam, t. I, p. 281) ; ab Alberto, *In IV Sent.*, d.15 C, a.16, arg.3 (XXIX, p. 494b). 16 in eadem Glosa : interl. (t. IV, p. 150b) : « duas tunicas : Id est superfluas ».

flua dare pauperibus, cum hoc sit in precepto; et ita qui non largitur, peccat mortaliter.

<3> Preterea. Quicunque consumit quod est alterius, tenetur ad restitutionem; set bona clericorum sunt pauperum, ut patet per Glosam Ieronimi super illud Ysaie III : *Rapina pauperum in domo uestra*; ergo, si clerici inutiliter bona ecclesiastica consumant, tenentur restituere pauperibus aliunde, si habuerint.

<4> Preterea. Quicunque facit se inpotentem ad id quod facere tenetur, peccat mortaliter; set clerici, faciendo superfluas expensas, faciunt se inpotentes ad subueniendum pauperibus, ad quod tenentur; ergo uidetur quod peccent mortaliter.

Set in contrarium uidetur esse consuetudo que apud multos preualuit.

Responsio. Dicendum quod aliter uidetur se habere circa bona patrimonialia et circa bona ecclesiastica.

Nam bonorum patrimonialium uel licite acquisitorum homo uere est dominus; unde, quantum pertinet ad condicionem ipsius rei, potest re sua uti ut uult, et ex hac parte non accidit peccatum; potest tamen peccatum accidere ex inordinato modo utendi, uel per superhabundanciam, dum scilicet inutiliter consumit bona propria in ea in que non oportet, uel secundum defectum, in quantum scilicet non erogat ea in que oportet. Vtroque enim modo corrumpitur uirtus, ut dicitur in II Ethicorum.

Bonorum uero ecclesiasticorum clerici non sunt uere domini, set dispensatores, secundum illud, I Corinthiorum IX : *Dispensatio michi credita est*; pertinet autem ad dispensatorem ut fideliter distribuat ea que eius dispensationi committuntur, secundum illud, I Corinthiorum IV : *Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* In hiis ergo potest dupliciter peccatum contingere : uno modo ex condicione ipsius rei, dum scilicet usurpat sibi quasi rem propriam et in usus suos conuertit id quod esset aliis erogandum; alio modo ex inordinato usu eorum que in partem suam cedunt, sicut etiam de aliis dictum est.

Verum, quia horum dispensatio fidei dispensatoris committitur, ut dictum est, si quis bona fide dispenset ecclesiastica bona, inde accipiens quod sibi conuenit secundum condicionem status et persone, et aliis largitur secundum quod sibi uidetur bona fide expedire, non peccat mortaliter, etiam si forte aliquid plus in suos usus conuertat quam oporteat : talia enim, quia in singularibus est eorum iudicium, non possunt per omnimodam certitudinem diffiniri. Vnde, si non

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(F^1F^2, M^1M^3, An, F)* 32 consumant] expendant *An* : consumunt *Ed*^{1}, *Ed*^{2,4ss} 48 non] *om. As* : si Φ^{2b} 58 Corinthiorum] ad Corinthios *As*, M^1M^3, *Ed*^{2,4ss} Dispensatio] + autem Φ 60 que eius] *inu.* Φ^{2b} *(cf. Préf., p. 122*b)* 61 Corinthiorum] ad Corinthios *AsP, F, Ed*^{2,4ss} 63 dupliciter] *ante* potest *F* : *post* peccatum Φ^{2b} 67 que] qui Φ(- *Ba*^{1}) 69 horum] homo Φ^{2b} 71 ecclesiastica bona] *inu. AnF* 74 expedire] + et *As*, Φ^{2b}

29-30 Glosam Ieronimi : *Glosa ord.* (t. III, p. 9a) : « In quorum domibus rapina pauperum, dum ecclesie opes sibi thesaurizant et in deliciis abutuntur, que ad sustentationem pauperum dantur, et sibi reseruant uel propinquis distribuunt, et aliorum inopiam suas uel suorum diuicias faciunt », liberius deprompta ex Hieronymo, *In Esaiam*, lib. II 15 (CCSL 73, p. 54, u. 24-29). 30 Ysaie III : 14 (*Biblia sacra*, t. XIII, p. 49) : « rapina pauperis in domo uestra » (*uar.* pauperum). 42-44 aliter — ecclesiastica : Sine distinctione omnium bonorum temporalium omnes homines (tam laicos quam clericos) non esse nisi dispensatores docuerat Petrus Abaelardus, *Sermo de eleemosyna* (P.L., 178, 564 C-D) : « Quicunque enim in hac uita possidet aliquid, quasi uillicus summi regis est, nec sua sunt quae habet, sed a Domino sibi commissa tanquam procuratori et ministro. Quas quidem res Domini sui ita debet administrare, ut inde necessaria uitae habeat, et quae superfuerint Domino reddat. Inique uero agit et fraudulenter, si ultra necessaria sua quidquam retinet, et non de residuis ipsum Dominum in pauperibus pascit et uestit »; (567 C-D) : « Ne putetis, fratres, cum haec pauperibus impenditis, uos eis uestra dare, sed sua reddere. Quidquid enim supra necessaria uitae retinetis, ipsorum sunt, et per rapinam sua uiolenter occupastis, quibus ablatis eos interficitis. Vnde Gregorius in Pastorali [III 21; SC 382, p. 394, 8-22 : *ea*, inquit, de *qua sumpti sunt ... in seculum seculi*]. Est enim iustitia, quae unicuique reddit quod suum est ». — Distinctionem inter bona propria, quorum homo (laicus et etiam clericus) uere est proprietarius, et bona communia, praesertim ecclesiastica, quorum non est nisi dispensator, in hac quaestione primus introduxisse uidetur Alexander de Hales, *Q. de elemosina* (Postquam esset frater) : « quidam sunt dispensatores bonorum temporalium, quidam domini. Verbi gracia, domini dicuntur proprie qui habent patrimonia sua, quo ad hec; dispensatores dicuntur proprie clerici secundum quod habent beneficia ecclesiastica » (ed. Lottin, *loc. laud.*, p. 307, u. 7-9; ed. H. Lio, *Estne obligatio iustitiae subvenire miseris?*, Roma 1957, p. 157; proprie^1 — dicuntur^2 *om. Lottin*; sua; quo ad hoc dispensatores *Lio*); Alexandrum sequitur Iohannes de Rupella, *Summa de uiciis*, e quo pendet *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. IV, p. 569) : « Vel potest dici sine preiudicio quod clerici ea que habent iure successionis, ut de patrimonio suo, possunt habere proprium et de illis facere testamentum, similiter et de iis que sunt eis donata non intuitu ecclesie sed persone, et de iis que aliqua arte uel labore acquisierunt. Ea uero que habent de ecclesia, communia habent cum pauperibus ». 55 in II Ethicorum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1107b8-14, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 173, 9-14); iam ab Alexandro de Hales laud., sed in transl. uet. (A.L., XXVI, p. 16, 6-12), in sua *Q. de superfluo*, V 25 (Q. Antequam, t. I, p. 284, 18-20). Cf. etiam Ar., *Eth. Nic.*, IV, 1121a10-15 (A.L., XXVI, p. 205, 19-24), a Thoma laud., *In IV Sent.*, d.15, q.2, a.1, qla 4, ad 2 (ed. Moos, p. 679). 58 I Corinthiorum IX : 17. 61 I Corinthiorum IV : 2. 68 dictum est : supra, u. 49-55. 70 dictum est : supra, u. 59-62. 76-78 talia — diffiniri : Cf. Alexander de Hales, *Q. de superfluo*, membrum 2 (Q. Antequam, I, p. 277) : « An superfluum determinari possit circa singula », qui laudat Ar., *Eth. Nic.*, II, 1106b3-4 et 1109b14 (A.L., XXVI, p. 13, 11-12 et p. 22, 4-5); sed perperam Alexandri editor refert etiam ad *Rhetoricam* (in translatione Io. Theophili Buhle, Biponti 1793 !).

sit multus excessus, potest compati bonam fidem dispensatoris; si uero multus excessus fiat, non potest latere, et ita non potest cum bona fide dispensatoris hoc agi. Si autem non seruet bonam fidem in dispensando, peccat mortaliter.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Augustinus dicit in libro De sermone Domini in monte, illa precepta que Dominus tradit, Mathei V : Qui *percusserit te in* unam *maxillam, prebe* ei *et* aliam, et alia que ibi secuntur, sunt intelligenda secundum preparationem animi, ut scilicet homo sit paratus hoc facere quando necessitas hoc requirit; unde non semper est peccatum mortale quando homo hoc non facit, set quando uidet necessitatem inminere, si non faciat, tunc peccat mortaliter. Et eadem ratio est de hoc precepto : *Qui habet duas tunicas, det non habenti*, et de omnibus similibus; unde non semper peccat mortaliter quocienscunque non dat pauperi qui superfluum habet, set quando necessitas inminet. Quando autem sit talis necessitas quod obliget ad peccatum mortale, non potest ratione determinari, set committitur prudencie et fidei dispensantis; unde, si bona fide det quando sibi uidetur expedire, inmunis est a peccato; alioquin mortaliter peccat.

Ad secundum dicendum quod illa eadem que sunt consilia cadunt sub precepto secundum animi preparationem. Nullum enim consilium est perfectius quam quod homo tradat animam suam pro fratribus suis, et tamen hoc cadit sub precepto secundum animi preparationem, secundum illud, I Iohannis III : *Et nos debemus pro fratribus* animam *ponere*. Et similiter dare omnia sua pauperibus cadit sub precepto secundum animi preparationem, ut scilicet homo sit paratus hoc facere, si necessitas inmineat; minor tamen necessitas requiritur ad superflua eroganda quam ad omnia exhibenda. Tamen hoc totum ratione uniuersali determinari non potest, set committitur prudencie, ut dictum est.

Ad tercium dicendum quod bona ecclesiastica non solum sunt dispensanda pauperibus, set etiam ecclesie ministris; unde secundum canones debent diuidi hoc modo ut aliqua pars cedat in usus pauperum et aliqua in usus ministrorum et in cultum ecclesie. Aliter ergo est dicendum de illis ecclesiasticis bonis que principaliter sunt attributa necessitatibus pauperum et ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona hospitalium et aliorum huiusmodi, et aliter de illis bonis que sunt principaliter attributa usibus ministrorum, sicut sunt prebende clericorum et alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, set etiam ex ipsa rerum condicione, dum aliquis in suos usus assumit quod est alterius; et ideo tenetur ad restitutionem tanquam defraudator rei aliene. In secundis uero bonis non committitur peccatum nisi per abusum, sicut et de bonis patrimonialibus dictum est; unde non tenetur quis ad restitutionem, set solum ad penitenciam peragendam.

Ad quartum dicendum quod neque moderatus usus diuiciarum neque bona fides dispensationis saluari uidetur in eo qui scienter superfluas expensas facit in uoluptuosis conuiuiis et aliis huiusmodi superfluitatibus, et sic non est dubium

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(F*^{1}*F*^{2}*, M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 82 seruet] seruat *Ba, M*^{1}*M*^{3} : conseruet *Ed*^{2,4ss} 86 tradit] tradidit Φ^{2bGg}, *Ed*^{2,4ss} 87 v]vi Φ^1, *F* 88 aliam] alteram *C*^{c}*O*^{5} 94 ratio est] ratione *Ba V*^{4} : *obsc. P*^{1} 97-98 qui superfluum habet] quod superfluum habet *As, AnF* : que superfluunt ei *Md*^{b}*Bs* 99 quod] que Ψ 100 potest] possit Φ^{2b} 108 suam] *om.* Φ^1*(- O)* 112 animam] animas *AnF, C*^{c}*O*^{5} *(cf. app. fontium)* 124 aliqua] + pars *Ed* ^{8ss} 125 dicendum] + quod *O* : + quia Φ^{2b} 127 attributa] attribuenda *O, Ed*^{2,4ss} : distributa *F* 129 aliorum] alia *An* (*cf. u.* 132) 140 ad] per Φ^{2b} 141 neque moderatus] inmoderatus Φ^{2b}*(- Ba*^{1}*)* 142 dispensationis] dispositionis *Ed*$^{4-18}$: dispensatorum *Ed*^{19ss}

85-86 Augustinus... in libro De sermone Domini in monte : I 19,56 - 20,66 (CCSL 35, p. 67-76). Doctrinam de « praeparatione cordis » generaliter exponit Augustinus, *In Ps. IX*, 33 (CCSL 38, p. 73); *Ep. 199*, 6 (CSEL 57, p. 249); ad hanc materiam applicat etiam *De mendacio*, XV 27 (CSEL 41, p. 447-448); *Contra Faustum*, XXII 79 (CSEL 25, p. 681,27 - 682,11); *In Iohannis eu.*, tr. CXIII, in Io. XVIII 23 (CCSL 36, p. 639); *Ep. 138*, 13 (CSEL 44, p. 138-139). 86-87 Mathei V : 39 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 58) : « Sed si quis te percusserit in dextera maxilla tua praebe illi et alteram » (*uar.* dexteram maxillam tuam). 89 secundum preparationem animi : Cf. u. 107, 110, 113-114. De hac uoce, cf. R. Guindon, *Le « De Sermone Domini in monte » de S. Augustin dans l'œuvre de S. Thomas d'Aquin*, in *Rev. de l'Univ. d'Ottawa*, 28 (1958), p. 78*-79*; A. Sanchis, *Escritos espirituales de santo Tomás (1269-1272)*, in *Teologia espiritual*, 6 (1962), p. 306-308. — Hac uoce primum usus est Thomas c. 1269-70 in suo libello *De perfectione spiritualis uite* (c. 21, u. 106 : « secundum animi preparationem »; u. 140-141 : « in preparatione animi »; c. 27, 156-157 : « in animi preparatione »); deinde in *Contra doctr. retr.*, c. 6, u. 139; *Quodl. IV*, q.10, a.2 [20], u. 19; *In ep. I ad Cor.*, c. VI, lect. 2 (in uersic. 7b); *I*^{a} *II*^{ae}, q.108, a.3, ad 2; *Q. de corr. fraterna*, a.2, ad 16, et persaepe in *II*^{a} *II*^{ae}. — Quam Thomae doctrinam, praecipue quantum ad paupertatem, erroneam esse denuntiauit Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione et excellencia*..., lib. I, c. 8 (Ms. Paris Sorb. 228, f. 224va-vb) : « sua relinquere intentione sequendi Dominum... est de ratione perfectionis, non tantum eius instrumentum... Non ergo sufficit tantum contemptum proprietatis habere in preparatione animi ad perfectionem, sicut iste dicit, set actualiter se proprietate expoliare, sicut Dominus docuit. Hanc falsam opinionem, ut non dicam heresim, Ieronimus reprehendit in libro Contra Vigilantium... ». 111 I Iohannis III : 16 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 361; « animas », sed uar. « animam »). 119 dictum est : supra, u. 96-104. 122 secundum canones : Cf. *Decreti II P.*, Causa XII, q. II, c. 23, 26-30 (Friedberg, I 694-698). 139 dictum est : supra, u. 49-55.

quod in talibus peccat mortaliter. Vnde dicitur Mathei XXIV : *Si dixerit malus seruus ille in corde suo : Moram facit dominus meus uenire, et ceperit percutere conseruos suos*, quod pertinet ad superbum et crudele dominium, *manducet autem et bibat cum ebriosis*, quod pertinet ad superflua et uoluptuosa conuiuia, *ueniet dominus serui illius in die qua non sperat et hora qua ignorat, et diuidet eum*, scilicet a societate sanctorum, *partemque eius ponet cum ypocritis*, scilicet in inferno ; unde ibi subditur : ibi *erit fletus et stridor dentium*. Si autem aliquis non multum in talibus excedat, potest bona fide fieri ab aliquo qui uult secundum decenciam sui status morem gerere hiis quibus conuiuit.

<Questio 8>

Deinde quesitum est de elemosinis que fiunt pro mortuis.

Et circa hoc quesita sunt duo : primo, utrum mortuus paciatur aliquod detrimentum si executor eius differat dare elemosinas quas ipse in testamento dari mandauit ; secundo, utrum executor licite possit differre distributionem elemosinarum ad hoc quod res defuncti melius uendantur in posterum.

<a. 1 [13]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod mortuus nullum detrimentum senciat ex hoc quod elemosine quas mandauit dari retardantur.

<1> Huiusmodi enim retardatio prouenit ex negligencia executoris ; set negligencia unius non inputatur alteri ; ergo nullum detrimentum mortuus patitur ex huiusmodi tarditate.

Set contra est quod propter huiusmodi tarditatem retardantur orationes et sacrificia que fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimum iuuaretur ; ergo ex huiusmodi tarditate patitur detrimentum.

Responsio. Dicendum quod hic est opus duplici distinctione.

Primo quidem ex parte ipsius detrimenti : distinguendum est enim duplex detrimentum ; nam quoddam detrimentum est quod pertinet ad toleranciam pene, secundum illud I Corinthiorum III : *Si cuius opus arserit, detrimentum pacietur* ; aliud autem est quod pertinet ad subtractionem remedii. — Secundo etiam distinguendum est ex parte elemosine, circa quam potest considerari etiam meritum ipsius elemosine et effectus ipsius.

Quantum igitur ad meritum elemosine nullum detrimentum patitur defunctus ex predicta tarditate, maxime si, quantum in ipso fuit, curam adhibuit ut huiusmodi elemosine cito darentur, quia meritum principaliter ex uoluntate et intentione dependet. Set quantum ad effectum elemosine, patitur detrimentum, non quidem ut pro huiusmodi tarditate puniatur, set quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimum iuuaretur.

Ad primum ergo dicendum quod negligencia unius non inputatur alteri ad penam ; potest tamen redundare in alterum quantum ad defectum remedii, secundum quod unus homo ab alio iuuari potest.

<a. 2 [14]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod executor debeat tardare distributionem elemosinarum ad hoc quod res defuncti melius uendantur.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(F*^{1}*F*^{2}*, M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 150 crudele dominium] crudelem dominum *As*, Ψ(- *AnF*) 157 excedat] excedit Φ^{2b}

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 21-22 iuuaretur] *obsc.* Φ^{2b} *(?* inminetur, minueretur, *etc.)* 22 ergo ex] ergo quia Φ^{2b} (ergo *del.* quia *corr. in* quare *sec.m.* V^4) 29 illud] + quod habetur Ed^{20} 30 arserit] asserit Φ^{2b} 34 meritum Ψ *(hom. om. F)* : detrimentum Φ (*sed* meritum *rest. sec.m. Ab, M*^{2}, *sec.m.* P^{10a}, $C^3Lo^1V^6$, *sec.m.* O^5, LoV^5, Gf^1V^2, O^2Ve, *sec.m. Bo, Pr, GfNh,* Ed^1, Ed^3, $Ed^{32,34\text{-}36}$: *om. Am, InSg, Lb*^{2}) 37 curam *scr. (cum AnF,* C^cO^5, *etc.)* : causam Φ *(om. O)*, Ψ (= M^1M^3) 41 ut pro] prout Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 122*b) 47-48 defectum *scr. (cum* B^1, Ed^{4ss}) : effectum *codd(-*B^1), Ed^1, Ed^3, Ed^2 (*sed hic applicat Thomas primam distinctionem* ; « defectum » *respondet uerbo* « subtractionem », *u.* 31).

147 Mathei XXIV : 48-51. 149 superbum : Cf. Augustinus, *Ep. 199* (CSEL 57, p. 244, 11) : « id est superbiam », a Thoma laud. in *Catena in Matheum*, XXIV 49. 150 crudele : cf. ipse Thomas, *In Mathei eu.*, in XXIV 49 : « unum crudelitatis ... et ceperit percutere conseruos suos, quia reputat sibi subiectos ut seruos ». 153-154 a societate sanctorum : Cf. Hieronymus, *In Matheum*, IV (CCSL 77, p. 235, u. 687-689) : « Porro quod dicit : *diuidet eum*, non quo gladio eum dissicet, sed quo a sanctorum consortio separet », a Thoma laud., *Catena in Matheum*, XXIV 51 ; cf. Thomas, *In Mathei eu.*, in XXIV 51 : « a societate bonorum ». 155 ibi^2 : Mt XXIV 51 « illic » (ed. Wordsworth-White, I, p. 146 ; sed « ibi » cod. W) ; « ibi » hab. Thomas, *Catena in Mt*, XXIV 51 ; *In Mathei eu.*, in XXIV 51.

A.13 Parall. : *In IV Sent.*, d.45, q.2, a.2, qla 2, ad 4 (= *Suppl.*, q.71, a.6, ad 4). 30 I Corinthiorum III : 15.

Quia ex hoc sequitur quod plures elemosinas poterit facere pro defuncto, ex quibus defunctus magis iuuabitur; ergo, si differat, uidetur quod laudabiliter et fideliter hoc faciat.

Set contra est quia ex tarditate elemosinarum sequitur retardatio remedii, quo forte defunctus indiget; ergo uidetur quod ex huiusmodi retardatione grauetur defunctus potius quam iuuetur.

Responsio. Dicendum quod in mora modici temporis non uidetur esse magnum periculum; unde, si executor per modicum tempus elemosinas differat ut, rebus defuncti melius uenditis, ampliores elemosinas dare possit, laudabiliter hoc facit. Si uero e conuerso per multum tempus differat elemosinas distribuere, ut non multo ampliores elemosinas faciat, non uidetur esse absque culpa, quia forte defunctus a purgatorio liberaretur, in quo existenti remedium suffragiorum maxime necessarium erat. Hec autem requirunt prudentis executoris examen, ut scilicet, consideratis dilatione temporis et condicione persone que creditur citius uel tardius liberanda, et etiam quantitate augmenti elemosinarum, faciat quod uidebitur expedire defuncto.

<Questio 9>

Deinde quesitum est de peccatis.

Et circa hoc quesita sunt tria : primo de peccato originali, utrum scilicet ille qui baptizatus est transmittat peccatum originale in prolem; secundo de peccato actuali in generali, quid scilicet sit prius, utrum auersio a Deo uel conuersio ad commutabile bonum; tercio specialiter de mendacio, quod mendacium sit grauius, utrum illud quod fit uerbo uel illud quod fit facto.

<a. 1 [15]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui est baptizatus non transmittat peccatum originale in prolem.

In eo enim qui nascitur, tria possunt considerari, scilicet corpus, anima et unio utriusque; set non contrahit peccatum originale secundum corpus, quod contrahit a parentibus, quia parentes erant totaliter a peccato originali mundati; similiter etiam nec secundum animam, quam habet ex creatione Dei, in quem peccatum non cadit; et per consequens neque etiam secundum unionem utriusque; ergo ille qui nascitur ex baptizatis nullo modo contrahit peccatum originale.

Set contra est quod remedium non adhibetur nisi uulneri; set baptismus, qui est medicinale remedium contra uulnus originalis peccati, adhibetur paruulis baptizatorum filiis secundum communem ecclesie consuetudinem; ergo paruuli baptizatorum filii cum originali peccato nascuntur.

Responsio. Dicendum quod peccatum quod ex transgressione primorum parentum in omnes posteros originaliter deriuatur, non aboletur nisi per graciam Christi, qui *de peccato dampnauit peccatum in carne*, ut dicitur Romanorum VIII. Set hoc quodam ordine peragitur : nam primo in statu presentis uite per sacramenta gracie Christi remouetur peccatum originale quantum ad inquinationem anime, ut scilicet non inputetur homini

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 10 quia] quod Φ^{2b} (quia *rest. Ed*^{2,4ss}), *M*^{1}*M*^{3}*An* 12 ex] *om. M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{2,4ss} 23 liberaretur] liberatur Φ^1 24-25 Hec... requirunt] Hoc... requirit *Ed*^{2,4ss} 4-5 baptizatus est] *inu. An, F*

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)* ; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 16 utriusque *Incipit pecia 13*^{a} *in* Φ 17 peccatum originale] *inu.* Φ^{2b} 18 a parentibus contrahit *tr.* Φ^{2b} 19 a peccato originali] ab originali Φ^{2b} 22 neque etiam] nec Φ^{2b}, *M*^{1}*M*^{3} : etiam neque *AnF* 24 peccatum originale] *inu.* Φ^{2b} *(deest An)* 25 quod] quia Φ^{2b}, *AnF* 25-26 nisi uulneri adhibetur *tr.* Φ^{2b} 26 medicinale] m̄diciale (men-, mun-) Φ^{2b} 29 consuetudinem] *ante* Ecclesie *BaP*^{1} : *ante* communem *V*^{4} 30 paruuli baptizatorum filii] *om.* Φ^{2b}, *An* 30 peccato] *om.* Φ^{2b} 34-35 nisi per Christi graciam aboletur *tr.* Φ^{2b} 36 Romanorum] ad Romanos Φ^{2b} 38 sacramenta gracie] sacram graciam Φ^{2b} : sacramentum gracie *An, C*^{c}*O*^{5} 39 peccatum originale] *inu.* Φ^{2b}

A.15 Parall. : *In II Sent.*, d.31, q.1, a.2, arg.1 et ad 1 (nec non d.32, q.1, a. 1 et 2); *C.G.*, IV 51, arg.11; 52, ad 11 (ed. Leon., t. XV, p. 162b35-40 et p. 165b12-25); *Q. de malo*, q.4, a.6, arg.4 et ad 4; *I*^{a} *II*^{ae}, q.81, a.3, arg.2 et ad 2; *In ep. ad Rom.*, V, lect. 3, in fine. — Quaestionem iam proposuerant Guillelmus de Campellis (cf. O. Lottin, *Les théories sur le péché originel de saint Anselme à saint Thomas d'Aquin*, in *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. IV 3, Louvain 1954, p. 24, adn. 2); Petrus Abaelardus, *Comm. in ep. Pauli ad Rom.*, II (in V 19; CCCM 11, p. 173, u. 672-680; cf. Lottin, *loc. laud.*, p. 28); quidam discipuli Anselmi de Lauduno (Lottin, *loc. laud.*, p. 39-42; p. 45; p. 62, adn. 3); *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. III, n. 220, arg. 1 et ad 1; p. 230-231 et 232-233); Bonauentura, *In II Sent.*, d.32, a.1, q.2, opp. 3 et sol., in fine (II, p. 762b-763a et p. 764a). 36 Romanorum VIII : 3.

ad culpam, remanet tamen interim quantum ad corruptionem fomitis in carne; unde Apostolus dicebat, Romanorum VII; *Ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati*, in quantum scilicet <*caro*> *concupiscit aduersus spiritum*. Vnde homo baptizatus secundum mentem uiuit *in nouitate spiritus*, set secundum carnem adhuc retinet uetustatem Ade; et ideo, sicut per spiritualem generationem, qua scilicet per Euangelium alios generat, producit filios in Christo absque peccato, ita et secundum generationem carnalem producit filios in uetustate Ade cum peccato originali.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [16]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in peccato actuali prius sit auersio quam conuersio.

Auersio enim importat recessum a termino, conuersio autem accessum ad terminum; set in motu corporali prius est recessus a termino quam accessus ad terminum; ergo et in motu spirituali peccati prius est auersio quam conuersio.

Set contra est quod Dionisius dicit IV capitulo De diuinis nominibus: Nemo intendens ad malum operatur, set intendens ad bonum; ergo prius animus peccantis conuertitur per appetitum ad bonum commutabile quam auertatur a Deo.

Responsio. Dicendum quod peccatum principaliter in uoluntate consistit, ut Augustinus dicit. Quantum autem ad uoluntatem illud est prius quod principaliter intenditur. Et ideo in peccatis in quibus principaliter intenditur fruitio boni commutabilis, sicut in luxuria, auaricia et similibus, prius est naturaliter conuersio quam auersio, que non est principaliter intenta, set preter intentionem consequitur ex inordinata conuersione. In peccatis autem in quibus directe intenditur auersio a Deo, sicut est infidelitas, desperatio et alia huiusmodi, prius est auersio ab incommutabili bono et postea est conuersio ad commutabile bonum, sicut patet in illis *qui desperantes*, se *ipsos* tradunt *inpudicicie*, ut dicitur Ephesiorum IV.

Φ (pecia 13): Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 43 Romanorum] ad Romanos Φ^{2b} 45 caro *suppl. (cum C*^{c}*O*^{5}*) : om. codd, edd (sed cf. app. fontium)* 46-47 nouitate spiritus] *inu.* Φ^{2b} 47-48 Ade retinet uetustatem *tr.* Φ^{2b} 49 alios] aliquos Φ^{2b}, *M*^{1}*M*^{3} (aliquis *primo M*^{1}*?*) 50 et] eciam *M*^{1}*M*^{3} : *om. An* 51 generationem carnalem] *inu.* Φ^{2b} 52 peccato] *om.* Φ^{2b}

7 motu spirituali] *inu. O, M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{2,4ss} 10 nominibus] + quod *AnF* 13 bonum commutabile] *inu.* Φ^{2b} 15 Augustinus] beatus *praem.* Φ^{2b} 17-18 Et — intenditur] *hom. om. P, Ba, pr.m. P*^{1} 19 in] *om. AnF* 21 est principaliter] *inu.* Φ^{2b} 24 alia] *om. AnF* 28 tradunt] + se Φ^1, Φ^{2b}*(-Ba)*, *AnF, (del. sec.m. P*^{1}*, An)* Ephesiorum] ad Ephesios Φ^{2b}

43 Romanorum VII : 25. 45 caro — spiritum : *Ep. ad Gal.*, V 17. 46-47 in nouitate spiritus : *Ep. ad Rom.*, VII 6. 47-48 uetustatem Ade *et* 52 in uetustate Ade : Cf. Augustinus, *Ep. 140*, 22 (CSEL 44, p. 172, 21-22) : « illa felicitas (terrena) ad ueterem hominem pertinet, quae uetustas ab Adam coepit »; Albertus, *In II Sent.*, d.33 C, a.1 (ed. Borgnet, t. 27, p. 533b) : « omnis homo qui generat, non generat nisi in uetustate Ade » (Albertus refert ad Petrum Lombardum, qui tamen non habet nisi « in uetustate carnis », *II Sent.*, d.32, c.1, 5, ed. Brady, p. 512, 22); ipse Thomas, *Q. de malo*, q.4, a.6, ad 4, u. 238 « uetustas que est ex Adam »; u. 243 « uetustatem Ade »; ad 6, u. 256 : « Vetustas autem Ade »; *In Mathei eu.*, in XXVI 29 : « Vetustas autem duplex est, pene et culpe, et hec deriuata est ab Adam, ut habetur ad Romanos V »; *In ep. ad Rom.*, V lect. 3, in fine : « Homo autem non generat mente carnales filios, set carne, et ideo non transmittit nouitatem Christi, set uetustatem Ade ».

A.16 Parall. (De auersione et conuersione in generali) : *In II Sent.*, d.5, q.1, a.2, ad 5; d.30, q.1, a.3; d.36, q.1, a.3, ad 2; d.42, q.2, a.1, sol. et ad 7; *In IV Sent.*, d.14, q.2, a.5, arg.3; d.18, q.1, a.2, sol. 3; *Q. de uer.*, q.15, a.4, arg.6 et ad 6; q.25, a.5, ad 10, u. 191-194; q.28, a.2, u. 121-123; *Q. de malo*, q.4, a.2, u. 243-250; a.5, arg.3; *In Mathei eu.*, in VII 2; *Quodl. IV*, q.11, a.2 [22]; *I*^{a} *II*^{ae}, q.73, a.3, arg.2 et ad 2; q.74, a.9; q.87, a.4; *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.3; q.20, a.3; q.34, a.2; q.162, a.6 et 7; *III*^{a}, q.86, a.4. 3 auersio ... conuersio : In his duobus peccatum consistere docuerat Augustinus, *De libro arbitrio*, I XVI 35 (CCSL 29, p. 235, u. 23-25) : « ... peccata omnia hoc uno genere contineri, cum quisque auertitur a diuinis uereque manentibus et ad mutabilia atque incerta conuertitur »; II XIX 53 (p. 272, u. 59-61, 72-74) : « Voluntas autem auersa ab incommutabili et communi bono et conuersa ad proprium bonum aut ad exterius aut ad inferius, peccat ... sed malum sit auersio eius (uoluntatis) ab incommutabili bono et conuersio ad mutabilia bona » (cf. etiam II XX 54, p. 272; III 1 1, p. 274). — Hac distinctione plus quam semel, sed transcursu tantum, usus est Albertus, uelut *In II Sent.*, d.35 A, a.3 (ed. Borgnet, t. 27, p. 564b Quinta); d.42 E, a.3 (p. 657-658); diligentius eam persequitur Bonauentura, *In II Sent.*, d.30, a.2, q.1, fund 4 (p. 721b) et concl. (p. 722a); d.42, a.2, q.1 (p. 964-966); a.3, q.2 (p. 973-974), e quo pendere uidetur Thomas. 4-5 Auersio — terminum : Cf. Bonauentura, *In II Sent.*, d.42, a.3, q.2, fund. 4 (t. II, p. 973b) : « auersio dicit recessum a termino a quo, conuersio accessum ad terminum ad quem ». 9 Dionisius ... IV capitulo De diuinis nominibus : Re uera est adagium, saepius a Thoma laud., uelut : *In II Sent.*, d.42, q.2, a.1, ad 7 : « nullus ad malum intendens operatur »; *Q. de uer.*, q.24, a.2, ad 6; *Q. de malo*, q.3, a.12, arg.1; a.14, arg.7; *I*^{a} *II*^{ae}, q.72, a.1; q.79, a.2, arg.2; apud Dionysium tamen non nisi ad sensum inuenitur, *De diu. nom.*, IV, § 19, a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, I, p. 235,4-236,3; a Thoma partim laud., *Q. de uer.*, q.22, a.1, s.c.) : « Et si exsistentia pulchrum et bonum desiderant, et omnia quaecumque faciunt, propter hoc quod uidetur bonum faciunt, et omnis exsistentium intentio principium habet et finem bonum (nihil enim ad mali naturam respiciens facit quae facit) »; IV, § 31 (p. 304, 2-3) : « etenim ista facimus bonum desiderantes, nullus enim ad malum respiciens, facit quae facit ». 15 Augustinus : Cf. supra, adn. ad *Quodl. I*, q.9, a.3 [19], u.5, p. 201-202. 28 Ephesiorum IV : 19 « qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae » (ed. Wordsworth-White, II, p. 438).

Ad primum ergo dicendum quod, quamuis in motibus corporalibus recessus a termino prior sit in executione, accessus tamen ad terminum prior est in intentione, in qua principaliter consistit peccatum.

<Q. 9, a. 3 [17]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto quam cum aliquis mentitur uerbo.

Maius enim peccatum esse uidetur cum aliquis mentiendo abutitur eo cui magis creditur; set, sicut Anselmus dicit in libro De ueritate, magis creditur factis quam uerbis; ergo grauius peccat qui mentitur factis quam uerbis.

Set contra est quod, sicut dicit Augustinus in libro De doctrina christiana : Inter omnia signa precipuum locum tenent uerba; hiis autem abutitur ille qui uerbo mentitur; ergo uidetur quod grauius peccat ille qui mentitur uerbo quam <ille> qui mentitur facto.

Responsio. Dicendum quod, sicut Ambrosius dicit in quodam sermone, *non solum in falsis uerbis, set etiam in simulatis operibus mendacium est.* Peccatum autem mendacii principaliter quidem consistit in intentione fallendi; unde ille qui dicit falsum quod putat esse uerum, non mentitur, magis autem est reus mendacii ille qui dicit uerum quod putat esse falsum, ut patet per Augustinum in libro De mendacio. Vnde, cum eadem intentio fallendi sit in eo qui mentitur uerbo et in eo qui mentitur facto, uterque equaliter peccat. Verbum enim et factum assumuntur ut instrumenta fallendi, unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum aliquis uerbo uel scripto uel nutu uel quocunque facto menciatur, sicut non refert quantum ad peccatum homicidii utrum quis gladio uel securi interficiat hominem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 10>

<a. unicus [18]>

Deinde quesitum est circa corporalia hominis, utrum scilicet aliquis possit esse naturaliter uel miraculose simul uirgo et pater?

Et uidetur quod hoc possit esse miraculose, quia pater et mater simul sunt generationis principia; set aliqua mulier miraculose fuit simul uirgo et mater; ergo pari ratione aliquis uir miraculose potest simul esse uirgo et pater.

Item, uidetur quod hoc possit esse absque miraculo, quia demon incubus potest furari

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 5 esse uidetur] *inu. M*^{1}*M*^{3}*, An* 8 quam] + qui *An* : + qui mentitur *F* 8 uerbis] + ergo etc. Φ^{2b} 10 dicit Augustinus] Augustinus dicit C^cO^5, Ψ : beatus Augustinus dicit Φ^{2b} 12 precipuum locum] locum precipuum Φ^{2b} : principatum *F (cf. app. fontium)* 12-13 abutitur] abuteretur Φ^{2b} 14 mentitur uerbo] *inu.* Φ^{2b} (mentitur *om. V*^{4}) 15 ille *suppl. (cum P, M*^{1}*M*^{3}*) (deest An)* : *om. cett* mentitur facto] *inu.* Φ^{2b} 16 Ambrosius] beatus *praem.* Φ^{2b} 19 quidem] *om.* Φ^{2b} 21 putat] putant *As*, Φ^{2b} *(corr. sec.m. P*^{1}*)* 23 Augustinum] beatum *praem.* Φ^{2b} 23 in] *om.* Φ^{2b} 24 cum] est (ē *pro* c̄) Φ^{2b} 25 eo^2] + etiam Φ^{2b}(- P^1; *sed* et *post* facto *add.* P^1) 3 Deinde] *om.* Φ^{2b} 4 naturaliter possit esse *tr.* Φ^{2b} 5 pater et uirgo *tr.* Φ^{2b} 8 miraculose] *om. As*, Φ^{2b} (6-10 Et — pater *hom. om. P*) 9 aliquis uir] uidetur quod aliquis Φ^{2b} 11-12 absque miraculo possit esse *tr.* Φ^{2b} 12 incubus] intribus Φ^1 : *om.* Φ^{2b}

A.17 Parall. : *In III Sent.*, d.38, q.un., a.1, arg.2 et ad 2; *In IV Sent.*, d.16, q.4, a.1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1; q.111, a.1 et 2. 7 Anselmus ... in libro De ueritate : Ad sensum, c. IX (ed. Schmitt, vol. 2, p. 189, 13-15) : « cui magis crederes, uerbo an actione eius? — Non tantum crederem uerbo quam operi ». 10-11 Augustinus in libro De doctrina christiana : II III 4 (CCSL 32, p. 34, u. 14-15) : « Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi », a Thoma etiam liberius laud. *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1, ad 2 (ed. Leon., t. IX, p. 422b) : « Voces precipuum locum tenent inter alia signa ». — Cf. Albertus, *In III Sent.*, d.38 A, a.1, sol. (28, p. 714B) : « Magistri autem dicunt quod non est simile de actu et de opere, et de uerbo, quia actus siue opus non est nuntius cordis inmediatus, set ad multa potest referri, uerbum, autem est inmediatus nuntius cordis »; Bonauentura, *In III Sent.*, d.38, a.un., q.2, ad opp. 3 (p. 844b) : « non est simile de uerbo et facto, quia factum non est principaliter institutum ad significandum mentis conceptum »; Thomas, *In III Sent.*, d.38, q.un., a.3, ad 5 : « facta non sunt ordinata de se ad significandum sicut uoces ». 16-17 Ambrosius ... in quodam sermone : Re uera Anonymus saec. IX^{med}, *Sermo VIII*, 2 (ed. P. Mercier, SC 161, p. 198, 28-29); iam liberius laud. a Bonauentura, *In III Sent.*, d.38, a.un., q.2, opp. 3 (p. 842b) : « dicit Ambrosius, non solum est mendacium in uerbis, sed etiam in operibus simulatis ». 23-24 Augustinum in libro De mendacio : III-IV (CSEL 41, p. 414-419), ex parte laud. a Thoma *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1, arg.1, arg.3 (= III, p. 415, 20-21), s.c. (= IV, p. 419, 17-20).

A.18 Parall. (De uirginitate in communi) : *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.152, a.1. 12 incubus : Cf. iam Augustinus, *De ciu. Dei*, XV XVIII (CCSL 48, p. 489, u. 14-25), qui tamen adludit ad daemones « elemento aerio corporatos » quos fingebant Platonici; daemones spirituales, quos agnoscunt Christiani, semen uiri furari debent; cf. Albertus, *In II Sent.*, d.8, a.5 (27, 174-175); Bonauentura, *In II Sent.*, d.8, P.1, a.3, q.1, opp. 4-6 et concl. (p. 219a et p. 220); *In IV Sent.*, d.44, Dub.1 (p. 935-936) : Thomas, *In II Sent.*, d.8, q.un., a.4, qla 2; *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.1, ad 7; *Q. de pot.*, q.6, a.8, ad 5; *I*^{a}, q.51, a.3, ad 6 (sed *Q. de pot.*, q.6, a.3, c. in fine, pro « incubi »

semen uiri uirginis in sompnis polluti et transfundere in matricem mulieris, ex quo quidem semine potest concipi proles, cuius quidem pater non est demon incubus, set ille ex cuius semine generatur, quod agit in uirtute eius a quo est resolutum; ergo uidetur quod etiam absque miraculo possit aliquis simul esse uirgo et pater.

Set contra. Mulier absque miraculo non potest simul esse uirgo et mater; ergo pari ratione nec uir absque miraculo potest simul esse uirgo et pater.

Item, uidetur quod nec per miraculum, quia si Filius Dei, qui est natus miraculose de uirgine, ex alia parte corporis uirginalis carnem assumpsisset quam ex illa unde mulier naturaliter concipit, puta de manu aut pede, non diceretur filius uirginis, sicut nec Eua dicta est filia Ade, quamuis sit formata de costa ipsius; sed non potest contingere, salua uirginitate uiri, quod ex eadem parte corporis et in eodem loco prolem generaret sicut naturaliter generatur; ergo nec etiam miraculose fieri posset quod aliquis simul esset uirgo et pater.

Responsio. Dicendum quod ad huius euidenciam uidere oportet quid ad uirginitatem requiratur.

Requiruntur autem tria ad eius perfectionem. Quorum primum est principale et formale, scilicet electio siue intentio uoluntatis, sicut et in omnibus moralibus; unde istud ex necessitate ad uirginitatem requiritur, quod assit alicui assidua uoluntas nunquam experiendi delectationem ueneream. — Secundum autem est materiale, scilicet passio appetitus sensitiui, scilicet delectatio quam quis experitur in actu uenereo, cuius priuatio requiritur ad perfectam uirginitatem materialiter : nam passiones sensitiue sunt materia uirtutum moralium. Si tamen preter electionem proprie uoluntatis hoc desit, puta cum quis in sompno polluitur uel cum mulier per uiolenciam ab hoste opprimitur, non perit uirtus uirginitatis, ut patet per Augustinum in I De ciuitate Dei. — Tercium autem est quasi per accidens et concomitanter se habens ad uirginitatem, scilicet corporalis integritas; unde si claustra pudoris aliter corrumpantur quam per uenereum actum, puta si obstetrix uel medicus ferro incidat ad sanandum, nichil uirginitati deperit, sicut Augustinus dicit in I De ciuitate Dei.

Sic igitur, si uirginitas accipiatur secundum perfectum suum esse, prout ad uirginitatem tria predicta concurrunt, mulier quidem salua uirginitate non potest esse mater, ita quod concipiat et pariat, nisi miraculose, quia proles egredi non potest cum hoc quod permaneant claustra pudoris, nisi per miraculum, sicut accidit in matre Dei. Posset tamen forte absque miraculo mulier salua omnimoda uirginitate concipere, sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat, qui dum sompno pollueretur, semen ad matricem descendit et puella concepit. — Vir autem absque omni seminis resolutione non potest esse pater neque naturaliter neque miraculo, quia si de corpore eius proles aliter miraculose formaretur, non posset dici pater.

Si uero uirginitas largius accipiatur, prout solum requirit interiorem electionem mentis, sic patet de muliere quidem quod naturaliter potest esse mater, uirginitate tali manente, sicut si aliqua per uiolenciam opprimeretur ab hoste et inde conciperet. Et multo magis hoc posset miraculose fieri. — Vir autem, salua tali uirginitate, posset esse pater naturaliter propter pollutionem

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 13 uiri] *om.* Φ^{2b} 14 in matricem] in mentem *OP* : *ante* transfundere Φ^{2b} 17 quod] quia Φ^{2b} 17-18 agit... est resolutum] resolutum est agit 26 alia] aliqua Φ^1, Φ^{2a}, *M*^{1}*M*^{3} 27 mulier] mater Φ^{2b} 30 ipsius] eius ipsius *OP* : eius *F* 32 in] ex Φ^{2b} 33 etiam] *om.* Φ^{2b} 34-35 pater et uirgo *tr.* Φ^{2b} 36-37 huius euidenciam] *inu.* Φ^{2b} 47 quam quis] quamuis Φ^{2a} : quam aliquis Φ^{2b} 51 desit] contingat *Ed*^{2,4ss} 54 Augustinum] beatum *praem.* Φ^{2b} 54 in] *om.* Φ^{2b} 55-56 concomitanter] communicanter Φ^{2b} 56-57 corporalis integritas] *inu.* Φ^{2b} 57-58 aliter corrumpantur] *inu.* Φ^{2b} (aliter *in mg.* P^1) 59 ad sanandum incidat (-it *BaP*^{1}) *tr.* Φ^{2b} 60 uirginitati (-tis *P*) deperit] *inu.* Φ^{1b} 60 Augustinus] beatus *praem.* Φ^{2b} 63 suum esse perfectum *tr.* Φ^{2b} 63-64 tria predicta] *inu.* Φ^{2b} 67-68 claustra pudoris] integra *praem.* Φ^{2b} : inuiolata *add. Ed*^{4ss} 71 puella pubescente] *inu.* Φ^{2b} 75 omni] *om.* Φ^{2b} 76-77 miraculo] miraculose *P*, Φ^{2b}, *M*^{1}*M*^{3}, *F*, *sec.m. An* 80 interiorem electionem requirit *tr.* Φ^{2b} 84-85 miraculose fieri] *inu.* Φ^{2b} 86 naturaliter esse pater *tr.* Φ^{2b}

restituendum est « inprobi » in loco Glossae ordinariae adlato, quem locum insuper uel male legisse uel male intellexisse uidetur Thomas). 32 in eodem loco : « Id est eodem uase siue conceptaculo muliebri » (Nicolaï). 54 Augustinum in I De ciuitate Dei : c. XVIII (CCSL 47, p. 18-19), ad sensum, praesertim (u. 20-21) : « nec de ipso corpore *perit* sanctitas ». 60-61 Augustinus... in I De ciuitate Dei : c. XVIII (CCSL 47, p. 19, u. 23-31) : « Neque enim eo corpus sanctum est quod eius membra sunt integra, aut eo quod nullo contrectantur adtactu, cum possint diuersis casibus etiam uulnerata uim perpeti, et *medici* aliquando saluti opitulantes haec ibi faciant quae horret aspectus. *Obstetrix* uirginis cuiusdam integritatem manu uelut explorans siue maleuolentia siue inscitia siue casu, dum inspicit, perdidit. Non opinor quemquam tam stulte sapere, ut huic perisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita ». 70-74 sicut — concepit : Mirabile exemplum ! (adn. mg. cod. *Gf*).

Ad primum ergo dicendum quod, quamuis in motibus corporalibus recessus a termino prior sit in executione, accessus tamen ad terminum prior est in intentione, in qua principaliter consistit peccatum.

<Q. 9, a. 3 [17]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto quam cum aliquis mentitur uerbo.

Maius enim peccatum esse uidetur cum aliquis mentiendo abutitur eo cui magis creditur; set, sicut Anselmus dicit in libro De ueritate, magis creditur factis quam uerbis; ergo grauius peccat qui mentitur factis quam uerbis.

Set contra est quod, sicut dicit Augustinus in libro De doctrina christiana : Inter omnia signa precipuum locum tenent uerba; hiis autem abutitur ille qui uerbo mentitur; ergo uidetur quod grauius peccat ille qui mentitur uerbo quam <ille> qui mentitur facto.

Responsio. Dicendum quod, sicut Ambrosius dicit in quodam sermone, *non solum in falsis uerbis, set etiam in simulatis operibus mendacium est*. Peccatum autem mendacii principaliter quidem consistit in intentione fallendi; unde ille qui dicit falsum quod putat esse uerum, non mentitur, magis autem est reus mendacii ille qui dicit uerum quod putat esse falsum, ut patet per Augustinum in libro De mendacio. Vnde, cum eadem intentio fallendi sit in eo qui mentitur uerbo et in eo qui mentitur facto, uterque equaliter peccat. Verbum enim et factum assumuntur ut instrumenta fallendi, unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum aliquis uerbo uel scripto uel nutu uel quocunque facto menciatur, sicut non refert quantum ad peccatum homicidii utrum quis gladio uel securi interficiat hominem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 10>

<a. unicus [18]>

Deinde quesitum est circa corporalia hominis, utrum scilicet aliquis possit esse naturaliter uel miraculose simul uirgo et pater?

Et uidetur quod hoc possit esse miraculose, quia pater et mater simul sunt generationis principia; set aliqua mulier miraculose fuit simul uirgo et mater; ergo pari ratione aliquis uir miraculose potest simul esse uirgo et pater.

Item, uidetur quod hoc possit esse absque miraculo, quia demon incubus potest furari

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 5 esse uidetur] *inu. M*^{1}*M*^{3}*, An* 8 quam] + qui *An* : + qui mentitur *F* 8 uerbis] + ergo etc. Φ^{2b} 10 dicit Augustinus] Augustinus dicit *C*^{c}*O*^{5}, Ψ : beatus Augustinus dicit Φ^{2b} 12 precipuum locum] locum precipuum Φ^{2b} : principatum *F (cf. app. fontium)* 12-13 abutitur] abuteretur Φ^{2b} 14 mentitur uerbo] *inu.* Φ^{2b} (mentitur *om. V*^{4}) 15 ille *suppl. (cum P, M*^{1}*M*^{3}*) (deest An) : om. cett* mentitur facto] *inu.* Φ^{2b} 16 Ambrosius] beatus *praem.* Φ^{2b} 19 quidem] *om.* Φ^{2b} 21 putat] putant *As*, Φ^{2b} *(corr. sec.m. P*^{1}*)* 23 Augustinum] beatum *praem.* Φ^{2b} 23 in] *om.* Φ^{2b} 24 cum] est (ẽ *pro* c̃) Φ^{2b} 25 eo^2] + etiam Φ^{2b}(- P^1; *sed* et *post* facto *add. P*^{1})
3 Deinde] *om.* Φ^{2b} 4 naturaliter possit esse *tr.* Φ^{2b} 5 pater et uirgo *tr.* Φ^{2b} 8 miraculose] *om. As*, Φ^{2b} (6-10 Et — pater *hom. om. P*) 9 aliquis uir] uidetur quod aliquis Φ^{2b} 11-12 absque miraculo possit esse *tr.* Φ^{2b} 12 incubus] intribus Φ^1 : *om.* Φ^{2b}

A.17 Parall. : *In III Sent.*, d.38, q.un., a.1, arg.2 et ad 2; *In IV Sent.*, d.16, q.4, a.1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1; q.111, a.1 et 2. 7 Anselmus ... in libro De ueritate : Ad sensum, c. IX (ed. Schmitt, vol. 2, p. 189, 13-15) : « cui magis crederes, uerbo an actione eius? — Non tantum crederem uerbo quam operi ». 10-11 Augustinus in libro De doctrina christiana : II III 4 (CCSL 32, p. 34, u. 14-15) : « Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi », a Thoma etiam liberius laud. *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1, ad 2 (ed. Leon., t. IX, p. 422b) : « Voces precipuum locum tenent inter alia signa ». — Cf. Albertus, *In III Sent.*, d.38 A, a.1, sol. (28, p. 714B) : « Magistri autem dicunt quod non est simile de actu et de opere, et de uerbo, quia actus siue opus non est nuntius cordis inmediatus, set ad multa potest referri, uerbum, autem est inmediatus nuntius cordis »; Bonauentura, *In III Sent.*, d.38, a.un., q.2, ad opp. 3 (p. 844b) : « non est simile de uerbo et facto, quia factum non est principaliter institutum ad significandum mentis conceptum »; Thomas, *In III Sent.*, d.38, q.un., a.3, ad 5 : « facta non sunt ordinata de se ad significandum sicut uoces ». 16-17 Ambrosius ... in quodam sermone : Re uera Anonymus saec. IX^{med}, *Sermo VIII*, 2 (ed. P. Mercier, SC 161, p. 198, 28-29); iam liberius laud. a Bonauentura, *In III Sent.*, d.38, a.un., q.2, opp. 3 (p. 842b) : « dicit Ambrosius, non solum est mendacium in uerbis, sed etiam in operibus simulatis ». 23-24 Augustinum in libro De mendacio : III-IV (CSEL 41, p. 414-419), ex parte laud. a Thoma *II*^{a} *II*^{ae}, q.110, a.1, arg.1, arg.3 (= III, p. 415, 20-21), s.c. (= IV, p. 419, 17-20).

A.18 Parall. (De uirginitate in communi) : *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.152, a.1. 12 incubus : Cf. iam Augustinus, *De ciu. Dei*, XV XVIII (CCSL 48, p. 489, u. 14-25), qui tamen adludit ad daemones « elemento aerio corporatos » quos fingebant Platonici; daemones spirituales, quos agnoscunt Christiani, semen uiri furari debent; cf. Albertus, *In II Sent.*, d.8, a.5 (27, 174-175); Bonauentura, *In II Sent.*, d.8, P.1, a.3, q.1, opp. 4-6 et concl. (p. 219a et p. 220); *In IV Sent.*, d.44, Dub.1 (p. 935-936) : Thomas, *In II Sent.*, d.8, q.un., a.4, qla 2; *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.1, ad 7; *Q. de pot.*, q.6, a.8, ad 5; *I*^{a}, q.51, a.3, ad 6 (sed *Q. de pot.*, q.6, a.3, c. in fine, pro « incubi »

semen uiri uirginis in sompnis polluti et transfundere in matricem mulieris, ex quo quidem semine potest concipi proles, cuius quidem pater non est demon incubus, set ille ex cuius semine generatur, quod agit in uirtute eius a quo est resolutum; ergo uidetur quod etiam absque miraculo possit aliquis simul esse uirgo et pater.

Set contra. Mulier absque miraculo non potest simul esse uirgo et mater; ergo pari ratione nec uir absque miraculo potest simul esse uirgo et pater.

Item, uidetur quod nec per miraculum, quia si Filius Dei, qui est natus miraculose de uirgine, ex alia parte corporis uirginalis carnem assumpsisset quam ex illa unde mulier naturaliter concipit, puta de manu aut pede, non diceretur filius uirginis, sicut nec Eua dicta est filia Ade, quamuis sit formata de costa ipsius; sed non potest contingere, salua uirginitate uiri, quod ex eadem parte corporis et in eodem loco prolem generaret sicut naturaliter generatur; ergo nec etiam miraculose fieri posset quod aliquis simul esset uirgo et pater.

Responsio. Dicendum quod ad huius euidenciam uidere oportet quid ad uirginitatem requiratur.

Requiruntur autem tria ad eius perfectionem. Quorum primum est principale et formale, scilicet electio siue intentio uoluntatis, sicut et in omnibus moralibus; unde istud ex necessitate ad uirginitatem requiritur, quod assit alicui assidua uoluntas nunquam experiendi delectationem ueneream. — Secundum autem est materiale, scilicet passio appetitus sensitiui, scilicet delectatio quam quis experitur in actu uenereo, cuius priuatio requiritur ad perfectam uirginitatem materialiter : nam passiones sensitiue sunt materia uirtutum moralium. Si tamen preter electionem proprie uoluntatis hoc desit, puta cum quis in sompno polluitur uel cum mulier per uiolenciam ab hoste opprimitur, non perit uirtus uirginitatis, ut patet per Augustinum in I De ciuitate Dei. — Tercium autem est quasi per accidens et concomitanter se habens ad uirginitatem, scilicet corporalis integritas; unde si claustra pudoris aliter corrumpantur quam per uenereum actum, puta si obstetrix uel medicus ferro incidat ad sanandum, nichil uirginitati deperit, sicut Augustinus dicit in I De ciuitate Dei.

Sic igitur, si uirginitas accipiatur secundum perfectum suum esse, prout ad uirginitatem tria predicta concurrunt, mulier quidem salua uirginitate non potest esse mater, ita quod concipiat et pariat, nisi miraculose, quia proles egredi non potest cum hoc quod permaneant claustra pudoris, nisi per miraculum, sicut accidit in matre Dei. Posset tamen forte absque miraculo mulier salua omnimoda uirginitate concipere, sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat, qui dum sompno polluetur, semen ad matricem descendit et puella concepit. — Vir autem absque omni seminis resolutione non potest esse pater neque naturaliter neque miraculo, quia si de corpore eius proles aliter miraculose formaretur, non posset dici pater.

Si uero uirginitas largius accipiatur, prout solum requirit interiorem electionem mentis, sic patet de muliere quidem quod naturaliter potest esse mater, uirginitate tali manente, sicut si aliqua per uiolenciam opprimeretur ab hoste et inde conciperet. Et multo magis hoc posset miraculose fieri. — Vir autem, salua tali uirginitate, posset esse pater naturaliter propter pollutionem

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ^e *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 13 uiri] *om.* Φ^{2b} 14 in matricem] in mentem *OP* : *ante* transfundere Φ^{2b} 17 quod] quia Φ^{2b} 17-18 agit... est resolutum] resolutum est agit 26 alia] aliqua Φ^1, Φ^{2a}, *M*^{1}*M*^{3} 27 mulier] mater Φ^{2b} 30 ipsius] eius ipsius *OP* : eius *F* 32 in] ex Φ^{2b} 33 etiam] *om.* Φ^{2b} 34-35 pater et uirgo *tr.* Φ^{2b} 36-37 huius euidenciam] *inu.* Φ^{2b} 47 quam quis] quamuis Φ^{2a} : quam aliquis Φ^{2b} 51 desit] contingat *Ed*^{2,4ss} 54 Augustinum] beatum *praem.* Φ^{2b} 54 in] *om.* Φ^{2b} 55-56 concomitanter] communicanter Φ^{2b} 56-57 corporalis integritas] *inu.* Φ^{2b} 57-58 aliter corrumpantur] *inu.* Φ^{2b} (aliter *in mg.* *P*^{1}) 59 ad sanandum incidat (-it *BaP*^{1}) *tr.* Φ^{2b} 60 uirginitati (-tis *P*) deperit] *inu.* Φ^{1b} 60 Augustinus] beatus *praem.* Φ^{2b} 63 suum esse perfectum *tr.* Φ^{2b} 63-64 tria predicta] *inu.* Φ^{2b} 67-68 claustra pudoris] integra *praem.* Φ^{2b} : inuiolata *add.* *Ed*^{4ss} 71 puella pubescente] *inu.* Φ^{2b} 75 omni] *om.* Φ^{2b} 76-77 miraculo] miraculose *P*, Φ^{2b}, *M*^{1}*M*^{3}, *F, sec.m. An* 80 interiorem electionem requirit *tr.* Φ^{2b} 84-85 miraculose fieri] *inu.* Φ^{2b} 86 naturaliter esse pater *tr.* Φ^{2b}

restituendum est «inprobi» in loco Glossae ordinariae adlato, quem locum insuper uel male legisse uel male intellexisse uidetur Thomas). 32 in eodem loco : «Id est eodem uase siue conceptaculo muliebri» (Nicolaï). 54 Augustinum in I De ciuitate Dei : c. XVIII (CCSL 47, p. 18-19), ad sensum, praesertim (u. 20-21) : «nec de ipso corpore *perit* sanctitas». 60-61 Augustinus... in I De ciuitate Dei : c. XVIII (CCSL 47, p. 19, u. 23-31) : «Neque enim eo corpus sanctum est quod eius membra sunt integra, aut eo quod nullo contrectantur adtactu, cum possint diuersis casibus etiam uulnerata uim perpeti, et *medici* aliquando saluti opitulantes haec ibi faciant quae horret aspectus. *Obstetrix* uirginis cuiusdam integritatem manu uelut explorans siue maleuolentia siue inscitia siue casu, dum inspicit, perdidit. Non opinor quemquam tam stulte sapere, ut huic perisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita». 70-74 sicut — concepit : Mirabile exemplum! (adn. mg. cod. *Gf*).

nocturnam, que quocunque casu ad matricem mulieris perueniret. Non autem ita congrueret quod miraculose uir fieret pater sicut quod uirgo fieret mater, tum quia uirgo miraculose facta est mater Spiritu sancto formante corpus prolis *ex purissimis sanguinibus* eius, ut Damascenus dicit, resolutio autem seminis sine qua uir pater esse non posset non congruit operationi Spiritus sancti; tum quia uir in generatione est sicut agens, mulier autem sicut paciens, Deo autem competit agere et non pati, unde magis congruit ut Deus miraculose suppleat id quod deest ex parte uiri quam id quod deest ex parte mulieris.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 11>

<a. unicus [19]>

Deinde ultimo quesitum est de creatura pure corporali, utrum scilicet celum empyreum habeat influenciam super alia corpora?

Et uidetur quod non, quia omne corpus quod naturaliter influit in alia corpora, per prius influit in propinqua quam in remota; si ergo celum empyreum influeret in corpora inferiora, per prius influeret in celum aqueum, quod est sibi propinquius, quam in celum sidereum; set hoc uidetur inconueniens, quia celum sidereum similius est celo empyreo, cum neutrum sit de natura quatuor elementorum, quam celum aqueum, quod est de natura quatuor elementorum, quia ille aque dicuntur ibi esse posite ad refrigerandum calorem prouenientem ex motu celi, ratione cuius Saturnus, qui est altior inter planetas, dicitur habere frigiditatem; non ergo celum empyreum influit in corpora inferiora.

Sed contra est quod in libro De intelligenciis dicitur quod omne quod influit in alia est lux uel lucem habens, et in commento dicitur quod omnis influencia est per uirtutem lucis; set celum empyreum maxime habet lucem inter alia corpora; ergo maxime in alia corpora influit.

Responsio. Dicendum quod quidam ponunt celum empyreum non habere influenciam in reliqua corpora, quia non est institutum ad effectus naturales, set ad hoc quod sit locus beatorum. Et hoc quidem michi aliquando uisum est.

Set diligencius consideranti magis uidetur dicendum quod influat in corpora inferiora, quia totum uniuersum est unum unitate ordinis, ut patet per Philosophum in XI Methaphisice; hec autem unitas ordinis attenditur secundum quod

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*^{4}*)*; Ψ *(M*^{1}*M*^{3}*, An, F)* 100 ad obiecta] + mulieris *As* 8 in^2] *om.* Φ^{2b} 11 set hoc] quod Φ^{2b} (11-12 set — sidereum *hom.om. Ba*) 14-15 quam — elementorum] *hom.om. AsP, M*^{1}*, F* 21 intelligenciis] intellectu Φ^{2b} 23 lucem habens] *inu. AnF* 26 influit in alia corpora *tr.* Φ^{2b} 28 influenciam non habere *tr.* Φ^{2b} 28-29 reliqua] alia Φ^{2b}, *An* : aliqua *Ed*^{20} 29-30 effectus naturales] *inu.* Φ^{2b} 30 locus beatorum] *inu.* Φ^{2b} 30-31 Et hoc] Quod Φ^{2b} 32 consideranti *scr. cum AnF* : considerans *cett* (*sed cf. Thomas, III*^{a}, q.62, a.6, ad 3 : «Quod aliquando michi uisum est. Set diligentius consideranti apparet...»; q.70, a.4 : «Quod etiam aliquando michi uisum est. Set diligenter consideranti apparet...») 32 uidetur] consideranti Φ^1 (*correctio esse uidetur uerbi* considerans [*cf. adn. sup.*], *non loco inserta*) 35 XI Methaphisice *scr. cum sec.m. P*^{10a}*, LoV*^{5}*, O*^{2}*, Bs, AnF* : VI meth. *B* : III meth. *V*^{8} : X eth. *In* : VIII phisicorum *C*^{2} : re m^a h' *? L* : XII meth. *sec.m. Gf*^{1}, Φ^{2bGg}, *Ed*^{10ss} : IX meth. *cett*

92 Damascenus : Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.5, u. 311, cum adn. Attamen Iohannes Damascenus dicit «Non de spiritu sancto, sed de Filio quod construxit sibi etc.» (Nicolaï).

A.19 Parall. : *In II Sent.*, d.2, q.2, a.3 (nec non d.13, q.un., a.1, ad 4); *I*^{a}, q.66, a.3, ad 2. 4 celum empyreum : Locos ubi theologi saec. XIII et ipse Thomas de caelo empyrio tractauerunt collegit Th. Litt, *Les corps célestes dans l'univers de saint Thomas d'Aquin*, Louvain 1963, c. 11, p. 255-261. 16-19 ille — frigiditatem : Secundum Augustinum, *De Genesi ad litteram*, II v 9 (CSEL 28, p. 38-39), hanc rationem ad probandum aquas esse super caelum sidereum finxerunt «quidam» doctores christiani (qui sint isti, se nescire fatentur viri docti moderni, cf. J. Pépin, *Théologie cosmique et théologie chrétienne*, Paris 1964, p. 422, adn.3; sed inter eos Basilium numerauit Thomas). Quorum doctrinam iam reiecerat Thomas, *In II Sent.*, d.14, q.un., a.1, arg.3 et ad 3; *Q. de pot.*, q.4, a.1, ad 5; *I*^{a}, q.68, a.2, ad 3, sequens doctrinam communem, secundum quam stella Saturni est per se frigidissima (cf. J. Pépin, *loc. laud.*; A. Le Bœufle, *Astronomie. Astrologie. Lexique latin*, Paris 1987, p. 234). 21 De intelligenciis : Adam de Puteorum Villa, *Liber de intelligenciis* (c. 1240), Prop. VII 1 (ed. Baeumker, *Witelo*, Beiträge GPMA, Bd. III 2, p. 8) : «Omnis substantia influens in aliam est lux in essentia uel naturam lucis habens». 23 in commento : Ipsius Adami de Puteorum Villa, comm. propositionis VII 1 (*loc. laud.*, p. 9, 1-9) : «Quod autem omnis substantia influens in aliam etc., manifestum est per hoc quia omne illud quod caret lumine priuatum est a ratione influentiae, sicut terra, et quod magis de luce habet, magis habet de ratione influentiae in aliud. Per proprietates lucis idem ostenditur, quae in propositionibus sequentibus dicentur. lucis enim proprietates sunt simplicitas et sui multiplicatio. quod autem est huiusmodi, diffusiuum est sui esse et influens in aliud». 27 quidam : Velut Albertus, *In II Sent.*, d.2 G, a.6 (27, p. 54-55), et ipse Thomas «aliquando» (cf. adn. ad u. 31); incertus est Bonauentura, *In II Sent.*, d.2, P.2, a.1, q.2 (II, p. 73-75). 31 aliquando : *In II Sent.*, d.2, q.2, a.3; in *I*^{a}, q.66, a.3, ad 2, hoc adhuc aestimat «satis probabile», sed dictum insequens iam aestimat «probabilius». 35 in XI Methaphisice : Ar. *Met., Lambda* (XII), 1075a11-15, a Michaele Scoto transl. (in Auerroe, *In Met.*, XI, textus 52, ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 337r-v); ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 221, 4-17), a Thoma persaepe laud., uelut : *In I Sent.*, d.1, q.2, a.2; d.39, q.2, a.1; d.44, q.1, a.2; *In II Sent.*, d.1, q.2, a.3; d.8, q.1, a.1; d.38, q.1, a.1; d.42, q.2, a.3; *In III Sent.*, d.23, q.3, a.1, sol.1; d.33, q.3, a.1, sol.4; *In IV Sent.*, d.19, q.2, a.2, sol.1; *Q. de uer.*, q.5,

Ad primum ergo dicendum quod celum empyreum magis influit in celum aqueum quam in inferiora corpora, in quantum scilicet celum aqueum plus recipit de influencia celi empyrei, ut uniformitas motus eius ostendit; unde etiam magis conuenit cum celo empyreo ratione sue uniformitatis quam celum sidereum. Est autem de celestibus corporibus duplex opinio. Vna scilicet quod sint de natura elementorum, secundum quam celum empyreum esset de natura ignis, celum aqueum de natura aque uel aeris, celum autem sidereum est compositum ex utraque natura, quia in parte est lucidum et in parte dyaphanum; et ad hanc opinionem pertinet quod dicitur aquas esse ibi ad infrigidandum. Alia autem est opinio, quod corpora celestia non sunt de natura quatuor elementorum, set de quinta essencia; secundum quam etiam celum aqueum non est de natura quatuor elementorum, set dicitur aqueum propter dyaphanitatem, sicut dicitur celum empyreum, id est igneum, propter lumen.

Contrarium concedimus, quamuis liber De intelligenciis non sit auctoritatis alicuius, nec etiam uerum sit quod omnis influxus sit ratione lucis, nisi lux methaphorice accipiatur pro omni actu, prout omne agens agit in quantum est ens actu. Vel hoc potest esse uerum in solis corporalibus, in quibus proprie dicitur lux, in quantum scilicet lux corporalis est forma primi corporis agentis, scilicet celi, in cuius uirtute omnia corpora inferiora agunt.

Et hec ad presens dicta sufficiant.

Φ (pecia 13) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaP*[1]*V*[4]*)*; Ψ *(M*[1]*M*[3]*, An, F)* 81 inferiora corpora] *inu.* Φ^{2b} 83 ostendit] dicit Φ^{2b} 86 celestibus corporibus] *inu.* Φ^{2b} duplex opinio] *inu.* Φ^{2b} 89 celum[1]] *om.* Φ^{2b} 89-90 celum autem sidereum est] sidereum autem Φ^{2b} 91 est] *om.* Φ^{2b} parte[2]] + est Φ^{2b} 96 etiam celum] celum est Φ^{2b} 99 lumen] luminositatem Φ^{2b} 100 Contrarium] + ergo Φ^{2b} 102 influxus] influens Φ^{2b} 109 agunt] agant Φ^1 110 sufficiant *In* Φ *sequitur Quodlibet II Iohannis Pecham, post quod add.* Φ : Explicit quodlibet de natali (*hoc est* : Collectio Quaestionum de quolibet de natali Thomae et Iohannis; *cf. Préf., p.* 124*-128*)

85-99 Est — lumen] Cf. infra, *Quodl. IV*, a.3, u. 74-77, cum adn. 92-93 et — infrigidandum : Cf. Thomas, *I*[a], q.68, a.2, ad 3 : « Secundum uero primam opinionem, aque sunt ibi, ut Basilius dicit, ad contemperandum calorem celestium corporum »; cf. supra, adn. ad u. 16-19. 104-105 omne — actu : Cf. Thomas, *In De sensu*, I 9, 178-179, cum adn. in ed. Leon., t. XLV 2, p. 55. 107-108 lux — celi : Immo lux non est forma, sed qualitas actiua corporis caelestis, secundum Thomam, *In De anima*, II 14, u. 291-323 (ed. Leon., t. XLV 1, p. 128-129, cum adn.).

<QVODLIBET QVARTVM>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Comunale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
E = Erlangen, Universitätsbibl. 269/3 (328)
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
P^9 = Paris, Bibl. Mazarine 853
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ (a. 1-22)

C^b = Cambridge, Gonville and Caius College 93 (175). *Pars secunda*
F = Firenze, Bibl. Medicea Laurenziana Conv. Soppr. 623
Li = Lisboa, Bibl. Nacional Alc. 262 (CCXXVI)
M^7 = München, Staatsbibl. Clm 28406 (usque ad a. 21, 28)
N^a = Napoli, Bibl. Naz. VIII.B.21 (ab a. 12,57; cf. Préf., p. 133*b)
O^5 = Oxford, Magdalen College lat. 107
W = Wien, Nationalbibliothek 3926

Ψ (a. 23-24)

F et N^a, *ut supra*
V^1 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 779
V^{10} = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 787, *Pars II*

COMPENDIA ET NOTAE

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Ad secundum dicendum quod, cum dicitur : 'Secundum hoc res sunt distincte prout Deus earum distinctionem cognoscit', hec locutio est duplex. Quod enim dicitur : 'secundum quod Deus cognoscit', potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti uel ex parte cognoscentis. Si ex parte cogniti, sic uera est locutio : est enim sensus quod hoc modo res sint distincte sicut Deus cognoscit eas esse distinctas. Si uero referatur ad cognitionem ex parte cognoscentis, sic locutio falsa est : erit enim sensus quod res cognite illum modum distinctionis habeant in intellectu diuino quem habent in se ipsis; quod falsum est, quia in se ipsis res sunt diuise essencialiter, non autem in intellectu diuino, sicut etiam res in se ipsis sunt materialiter, in intellectu autem diuino inmaterialiter. Et in hoc ultimo sensu procedebat obiectio.

Ad tercium dicendum quod ratio illa procedit de pluralitate reali : talis enim pluralitas in nominibus essencialibus non inuenitur, set solum pluralitas que est secundum intelligencie rationem.

<Questio 2>

Deinde quesitum est de pertinentibus ad potenciam Dei; et primo, utrum in Deo sit uirtus; secundo de quodam effectu diuine uirtutis, utrum scilicet aque sint super celos; tercio, ad quid uirtus diuina se extendere possit.

<a. 1 [2]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod in Deo non sit uirtus.

<1> Quia, ut Philosophus dicit in I De celo, uirtus est *ultimum potencie*; set diuina potencia non habet ultimum, cum sit infinita; ergo in Deo non est uirtus.

Set contra. Omne inmediatum operationis principium uirtus est : operatio enim omnis a uirtute aliqua procedit; set in Deo est aliquod inmediatum operationis principium, quia Deus inmediate aliqua operatur; ergo in Deo est uirtus.

Responsio. Dicendum quod uirtus, qualitercunque accipiatur, significat potencie complementum, et inde est quod uirtus uniuscuiusque rei est que bonum facit habentem *et opus eius* bonum *reddit*, ut dicitur in II Ethicorum : tunc enim ostenditur potencia esse completa, quando et agens est perfectus et actio perfecta. Cum igitur potencia Dei sit maxime completa, potissime in Deo uirtus inuenitur. Vnde dicitur Sapiencie XII : *Virtutem ostendis tu, qui non crederis in uirtute consummatus*; et in Psalmo : *Magnus Dominus noster et magna uirtus eius.*

Ad primum ergo dicendum quod quandoque

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)*; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 67 dicitur] + quod Φ^1, Φ^{2a}, O^5M^7 77 diuise] diuerse *As*, *C*[b]*O*[5] : diuersae *Ed*[20] 82 illa] om. *AsO*
26 actio] + est *P*, Ψ(-*?F*) 29 non] *om. C*[b]*O*[5] 32-33 quandoque uirtutes] *inu.* Ψ

79-80 materialiter ... inmaterialiter : Quod de cognitione dixerat Dionysius, *De diu. nom.*, VII § 2 (*Dionysiaca*, t. I, p. 398,4 - 399,1) : « diuina sapienta ... cognoscit immaterialiter materialia » (a Thomas saepius laud., uelut *In I Sent.*, d.38, q.1, a.2, s.c.1; *Q. de uer.*, q.2, a.4, arg.9; *C.G.*, I 58, in fine), ad esse diserte extendit Thomas, *C.G.*, I 77 (ed. Leon., t. XIII, p. 219b2-4) : « sunt enim alia in ipso secundum modum eius, scilicet materialia inmaterialiter et multa unite, ut ex supra dictis [c. 58, in fine] patet ».

A.2 Parall. : *In I Sent.*, d.42, q.1, a.1; d.43, q.1, a.1; *C.G.*, II 7; *Comp. theol.*, I 19; *Q. de pot.*, q.1, a.1 et 2; *I*[a], q.25, a.1 et 2. 10 Philosophus ... in I De celo : Ar., *De caelo*, I, 281a17-25, a Gerardo Cremonensi transl. (ed. in Alberti Magni *De celo et mundo*, ed. Col., t. V 1, p. 87, u. 71-77) : « Dico ergo quia diffinitio uirtutis est ultimum quod est in re de potencia; quod est quia illud quod potest ambulare centum passus, potest ambulare duos passus, et quod potest deferre centum libras, potest deferre duas libras. Iam ergo ostensum est quod fortis diffinitur in ultimo eius quod potest. Debilis uero diffinitur in minore eius quod potest; quod est quia si non potest res deferre aliquod ponderum, non potest deferre illud quod est plus illo, sicut sermo eius si non potest deferre centum libras, non potest deferre centum libras et libram unam, et qui non potest ambulare mille passus, non potest ambulare mille passus et passum unum. Est ergo nunc diffinitio uirtutis, *ultimum potencie* [uirtutis *uar.*] sue per plus ». Vox « ultimum potencie » inuenitur etiam in *De celo* a Michaele Scoto transl., sed ut definitio potentiae : « diffinitio potencie est ultimum potencie rei » (in Auerroe, *In De celo*, ed. Ven. 1562, t. V, f. 78vb). Vnde a Thoma persaepe laudatur, uelut : *In II Sent.*, d.27, q.1, a.1, ad 1; *In III Sent.*, d.23, q.1, a.3, qla 3, arg.2 et ad 2; sol.1; d.27, q.2, a.2, arg.3; d.33, q.1, a.3, qla 1, arg.3; q.2, a.4, qla 1, s.c.1; *Q. de uer.*, q.14, a.3, arg.7 et ad 7; *Q. de pot.*, q.3, a.7, arg.5; *Q. de malo*, q.1, a.2, u. 180-181; *Q. de virt. in communi*, a.1, arg.6; a.9, arg.15; a.11, arg.15; a.13, arg.1 et ad 1; *I*[a] *II*[ae], q.55, a.1, ad 1; q.56, a.1, s.c.; q.64, a.1, arg.3; q.66, a.1, arg.2; *II*[a] *II*[ae], q.23, a.3, arg.2; q.123, a.2, ad 1; *In De celo*, I 25, n. 4. 24 in II Ethicorum : cf. Ar., *Eth. Nic.*, II, 1106a15-17, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo recogn. (A.L., XXVI, p. 402, 15-16) : « Dicendum igitur quoniam uirtus omnis cuius utique fuerit uirtus, et id bene habens perficit, et opus eius bene reddit ». 28-29 Sapiencie XII : 17 (crederis + esse). 30 in Psalmo : 146, 5.

uirtutes notificantur non per aliquid quod de uirtute essencialiter predicetur, set per id ad quod uirtus ordinatur : ab eo enim speciem habet. Sicut Augustinus dicit quod fides est *credere quod non uides* : credere enim non est ipsa fides, set actus ad quem fides ordinatur. Et hoc modo Philosophus diffinit uirtutem cum dicit quod uirtus est *ultimum potencie*, quia scilicet uirtus rei attenditur in ordine ad hoc in quod ultimo potest, sicut uirtus eius qui potest ferre centum libras, ut ipse ibidem dicit, non consistit in hoc quod ferat decem, set in hoc quod ferat illud ultimum quod potest, scilicet centum ; sic igitur uirtus cuiuslibet rei non attenditur in uno eorum que potest, set respectu totius quod potest. Virtus igitur diuina non potest attendi secundum aliquod unum opus ipsius, quia nullum opus eius est quod adequet eius uirtutem, ut Deus amplius facere non possit, set uirtus eius attenditur secundum totum in quod potest ; hoc autem est infinitum, quia scilicet Deus infinita facere potest, unde et uirtus Dei est infinita, et hoc est ultimum ei, infinita posse, sicut uirtuti finite est ultimum aliqua determinata posse.

<a. 2 [3]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod aque habentes ueram speciem aque elementaris supra celos existant.

<1> Homo enim dicitur minor mundus propter similitudinem quam habet cum mundo maiori ; set uidemus quod in corpore humano superponitur cerebrum, quod habet naturam aque, cordi, quod habet proprietatem ignis in quantum est fons naturalis caloris ; ergo etiam in mundo maiori aqua superponitur aliis elementis. Et hec ratio uidetur esse Augustini in XI De ciuitate Dei, ubi dicit de quibusdam quod *ponderibus elementorum mouentur et ideo non putant aquarum fluidam grauemque naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui, qui secundum rationes suas, si ipsi hominem facere* potuissent, *non ei pituitam, quod Grece fleuma dicitur et tanquam in elementis corporis nostri aquarum uicem optinet, in capite ponerent.*

Set contra. Partes mundi sunt optime et ordinatissime disposite secundum suam naturam ; set id quod habet speciem aque, naturaliter est ponderosum et ita naturaliter subsidet corporibus leuibus, aeri et igni ; non ergo aliquid habens ueram speciem aque supra celos existit.

Responsio. Dicendum quod in sacra scriptura, que mentiri non potest, expresse dicitur aquas esse supra celum. Dicitur enim Genesis 1 quod *diuisit aquas que* sunt *sub firmamento ab aquis que* sunt supra *firmamentum* ; et in Psalmo dicitur : *Aque que super celos sunt, laudent nomen Domini.* Et ideo, sicut Augustinus dicit in II super Genesim ad litteram : *Quoquo modo et* qualescunque *aque ibi*

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* ; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 41 in quod] *inu. AsP, Ba*[1] 44 in] ad Φ^1 44 quod[2]] in quod Φ (+ ultimo *Ed*[2,4ss]) 47 igitur diuina] ergo dei Ψ(-*O*[5]) 50 eus uirtutem] *inu.* Ψ 55 ultimum] + est Φ^{2b} 4 supra] super Φ^{2b} 8 superponitur] supponitur *AsO* : supraponitur Φ^{2ab} 11 aqua superponitur (suppo-, suprap-)] aque superponuntur Ψ 17 ei pituitam] espituitam Ψ (aspiciunt *F*) 24 leuibus] + scilicet Ψ

36 Augustinus : *In Iohannis euangelium*, tr. 40, 9 (CCSL 36, p. 355, 7-9) : « Quid est enim fides, nisi credere quod non uides ? Fides ergo est, quod non uides credere » ; a Thoma laud., *II*[a] *II*[ae], q.58, a.1, ad 1. 42-43 ipse ibidem : cf. adn. ad u. 10, nec non Thomas, *In Eth.*, II 6, 21-23 ; *In Post.*, I 37, 51-56.

A.3 Parall. : *In II Sent.*, d.14, q.1, a.1 ; *Q. de pot.*, q.4, a.1, ad 5 ; *I*[a], q.68, a.2. — De huius quaestionis momento apud Patres et praesertim apud Augustinum, cf. P. Agaësse et A. Solignac, *Œuvres de saint Augustin. 48. La Genèse au sens littéral... I-VII*, Paris 1972, p. 593-598. 5-11 Homo — elementis : cf. Albertus, *In II Sent.*, d.14 A, a.1 (ed. Borgnet, t. 27, p. 256b) : « Item. In minori mundo uidemus frigidum humidum positum esse super calidum et fontem caloris, sicut cerebrum super cor ; ergo cum sit exemplar maioris mundi, uidetur simile debere esse in maiori mundo ; igitur frigidum humidum debet esse super fontem caloris qui est sol, ergo debet esse super celos » ; Bonauentura, *In II Sent.*, d.14, P.1, a.1, q.1, pro parte aff. 3 (p. 336a) : « Item ratione uidetur. Ordo partium in microcosmo siue in minori mundo respondet ordini partium in maiori mundo ; sed sic uidemus in natura corporis humani quod supra cor, quod est calidum et nature ignee, ponitur cerebrum, quod est frigidum et nature aquee ; ergo et in maiori mundo supra solem et alia corpora calefacientia erit ponere naturam aqueam » ; ipse Thomas, *In II Sent.*, d.14, q.1, a.1, arg.2 : « Preterea. Homo dicitur minor mundus, quia in eo est similitudo totius uniuersi ; set in corpore humano cerebrum, in quo est frigiditas, secundum Philosophum, est positum supra cor, quod est fons totius caliditatis ; ergo uidetur quod in uniuerso aqua sit supra ignem collocata et supra solem ». 12-13 Augustini in XI De ciuitate Dei : c. 34 (CCSL 48, p. 354, 17-22 ; potuissent *Th* : possent *Aug.* — fleuma *cod. Augustini B, Th* [cf. ed. Leon., XLVII 1, Praef., p. 193*] : φλέγμα *Aug.*). 13 de quibusdam : Hi sunt Porphyrius in suo libro *Contra Christianos*, secundum J. Pépin, *Théologie cosmique et théologie chrétienne*, Paris 1964, p. 418-461. 28 Genesis 1 : 7 (sunt[1] : erant — sunt supra : erant super). 30 in Psalmo : 148, 4-5. 32 Augustinus... in II super Genesim ad litteram : *De Genesi ad litteram*, II 5 (CSEL 28, p. 39, 15-18 — qualescunque *Th* : qualeslibet *Aug.* — generis *Th* : ingenii *Aug.*). — Hunc Augustini locum iam adtulerat Albertus, *In II Sent.*, d.14 A, a.1 (27, p. 256a) ; « dicit Augustinus ... quod maior est huius Scripture auctoritas quam omnis humani *ingenii perspicacitas* » ; unde Bonauentura, *In II Sent.*, d.14, P.1, a.1, q.1 (p. 336a) : « maior est enim huius Scripture auctoritas quam omnis humani *ingenii perspicacitas* » ; Thomas, *In II Sent.*, d.14, q.1, a.1, arg.1 : « maior est sacre Scripture auctoritas quam omnis humani *ingenii perspicacitas* ». — Verba Augustini diligentius laudat Thomas, *Q. de pot.*,

sint, esse ibi eas minime dubitemus; maior quippe est scripture huius auctoritas quam omnis humani generis *capacitas.*

Set, sicut Augustinus, I eiusdem libri, dicit : *Turpe est nimis et perniciosum ac maxime cauendum ut christianum de hiis rebus* (scilicet naturalibus) *quasi secundum christianas litteras loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut, quemadmodum dicitur, toto celo errare conspiciens risum tenere uix possit. Et non tam molestum est quod errans homo deridetur, set quod auctores nostri ab eis qui foris sunt, talia sensisse creduntur et cum magno eorum exitio, de quorum salute satagimus, tanquam indocti reprehenduntur atque respuuntur.* Et ideo, sicut ipse subiungit, multiplices expositiones ipse posuit in uerbis Genesis, ut sic accipiatur una expositio quod alteri expositioni non preiudicetur, que forte melior est.

Sic ergo quod dicitur de aquis supra celos existentibus, multipliciter intelligi potest.

Vno modo, ut per firmamentum uel per celos non intelligamus firmamentum uel celum in quo sunt sidera, set *hunc aerem* in quo *aues uolare* dicuntur, supra quem aerem aque uaporabiliter eleuantur et exinde pluuie generantur. Et de hac expositione dicit Augustinus in II super Genesim ad litteram : *Hanc considerationem ... dignissimam iudico; quod enim* dicitur *neque contra fidem est, et in promptu posito documento credi potest.*

Si autem per firmamentum uel celos intelligatur firmamentum ubi sunt sidera posita, sic sciendum est de hoc firmamento diuersas opiniones fuisse.

Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compositum; que uidetur fuisse positio Empedoclis. Et secundum hoc, nichil prohibet dicere supra hoc celum sidereum esse aquas elementares, tanquam simpliciores, et super eas etiam ignem a quo uocetur celum empireum.

Aliorum autem positio est quod celum uel sit ignee nature, sicut posuit Plato, uel non sit de natura quatuor elementorum, set habens altiorem naturam, sicut posuit Aristotiles. Vtroque horum supposito, inconueniens uidetur supra firmamentum illud aquam elementarem naturaliter esse

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* ; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 34 quippe] enim *E* : quidem Ψ 35 generis *codd (cett)* : ingenii *(ex Augustino) PrBo, BBw,* R, *sec.m. Md*[b]*, Bs,* Φ^{2bG} (generis alias ingenii *E*[1]*MgPr*[1]*Wr*[5]*Lb*[1]), Φ^{2bg}, Φ^{2pb}, N^a 36 capacitas] perspicacitas Ψ *(cf. app. fontium)* 37 dicit] *ante* I eiusdem libri *tr.* Ψ 38 ac Φ^{2a}, Ψ : ate *As* : et *P* : ait *O*, Φ^{2b} *(uariant dett)* 39 naturalibus] supernaturalibus *sec.m. Gf*[1] 43 tam] tamen *?* Ψ(-*Li*) 45 quorum] quo cum (*uel* quo tamen = cū *uel* tn̄) Φ^{2ab} (*cf. Préf., p.* 132*b) 47 atque] et Ψ 58 pluuie generantur] pluuignantur Φ^1 : pluuia generatur Ψ 60 ... dignissimam *lac. indicaui* : laude dignissimam *suppl. ex Augustino Ed*[30] 61 in] *om.* Φ 65 est] + quid Φ^{2ab}(-*E*) : + quod *Li* 69 positio] ipso (ipō *pro* pō) *P*[9] : ratio (rō *pro* pō) Ψ 74 autem positio] uero ratio Ψ 77 Vtroque] Vtrique *Ba*[1] 78 supposito, inconueniens] suppositorum conueniens *As* : supposito conueniens *O* : suppositioni conueniens *Ba*[1] (*cf. Préf., p.* 132*b) 79 naturaliter *scr. cum sec.m. P*[10a]*, PrVe, Gf*[1]*V*[2]*, sec.m. Lo*[1]*, V*[6]*, V*[4]*, sec.m. Wr, Wr*[2]*,* Φ^{2bF}*, Ed*[1]*, M*[4]*Bu*[1]*Lb*[2]*,* N^aAnV^1 : *om. Li* : materialiter *cett* 79-80 esse dispositam] *ante* naturaliter (materialiter) *tr.* Ψ(-*Li*; *cf. adn. sup.*)

q.4, a.1, ad 5, in fine : « Maior est quippe Scripture huius auctoritas quam omnis humani *ingenii capacitas* », neglegentius in *I*[a], q.68, a.2 : « Maior est Scripture huius auctoritas quam omnis humani *generis capacitas* » (cf. ed. Leon., t. V, p. 170a, cum adn. β : generis *hab. codd. ABCD*, saec. XIII-XIV *et cod. E*, saec. XV, *nec non ed. princeps et ed. 1484*; ingenii *hab. codd FG*, saec. XV, *et ed. Piana*); hic lectionem Primae Partis sequitur Thomas. 37 Augustinus, I eiusdem libri : *De Genesi ad litteram*, I 19 (CSEL 28, p. 28,22 - 29,5 ; uerba « quilibet infidelis » om. in textu haec editio, sed hab. ed. princeps, Basileae 1506, et ed. Maur., ut adnotatur in app. crit.). 47 ipse subiungit : *De Genesi ad litteram*, I 20 (CSEL 28, p. 29-30) : « Ad hoc enim considerandum et obseruandum libri Geneseos multipliciter, quantum potui, enucleaui protulique sententias de uerbis ad exercitationem nostram obscure positis, non aliquid unum temere adfirmans cum praeiudicio alterius expositionis fortasse melioris ». 54-58 Vno modo — generantur : Expositio est sancti Basilii, *In Hexaemeron*, ab Eustathio transl., Hom. III 8 (ed. E. Amand de Mendieta et S. Y. Rudberg, Berlin 1958, p. 41-42); hanc translationem legerat Thomas et eam plus quam semel ad uerbum laudat, sed hic non nisi mediante Augustino, *De Genesi ad litteram*, II 4 (CSEL 28, p. 37; cf. u. 2 « hunc aerem »; u. 6 « cum aues in hoc aere uolare manifestum sit »). 58 pluuie generantur : cf. ipse Thomas, *I*[a], q.68, a.2, c. finem : « in qua generantur pluuie ». 59-60 Augustinus in II super Genesim ad litteram : *De Genesi ad litteram*, II 4 (CSEL 28, p. 37, 23-25), ab ipso Thoma diligentius laud., *I*[a], q.68, a.1 (ubi cum Augustino hab. Thomas « laude dignissimam » et « dixit »). 69 positio Empedoclis : cf. ipse Thomas, *In De anima*, I 12, 140-143 (in Ar., *De anima*, 410b4-7) : « celum uero dixit (Empedocles) esse deum et dixit quod erat compositus ex quatuor elementis et amicicia, set non ex lite, et ideo est incorruptibilis » ; *I*[a], q.68, a.1 : « Quidam enim dixerunt firmamentum illud esse ex elementis compositum ; et hec fuit opinio Empedoclis, qui tamen dixit ideo illud corpus indissolubile esse, quia in eius compositione lis non erat, sed amicicia tantum » ; *In Met.*, III, in 1000a27-b3 : « Ponebat enim (Empedocles) omnia alia essencialiter composita ex odio simul cum aliis principiis, nisi solus Deus quem ponebat compositum esse ex aliis principiis preter odium. Deum autem appellabat celum, sicut supra dictum est in I [986b24-25] quod Xenophanes ad totum celum respiciens ipsum unum dicit esse Deum. Ponebat autem Empedocles celum esse compositum ex quatuor elementis et ex amicicia, non autem ex lite siue ex odio, considerans indissolubilitatem celi » ; rectius Thomas, *In De celo*, III 6, n. 6 (in Ar., *De caelo*, 301a15-20) : « Non enim poterat Empedocles tradere constitutionem celi, *id est mundi* ... ». 75 Plato : Explicatus ab Augustino, *De ciu. Dei*, VIII XI (CCSL 47, p. 228, 27-31) : « in Timaeo [31 B] autem Plato, quem librum de mundi constitutione conscripsit, Deum dicit in illo opere terram primo ignemque iunxisse. Manifestum est autem, quod igni tribuat caeli locum : habet ergo haec sententia quandam illius similitudinem, qua dictum est : *In principio fecit Deus caelum et terram* ». 77 Aristotiles : *De caelo*, I, c. 2-4, 268b11-271a33. — De « Primo corpore » uel « Quinta essentia », uide P. Moraux, *Aristote. Du ciel*, Coll. ... Budé, Paris 1965, Intr., p. XXXIX-LX, nec non adn. ad Thomam, *In de anima*, II 14, 296-300 (ed. Leon., t. XLV 1, p. 129, u. 17-26 adnotationis); II 14, 226 (p. 127, u. 1-13 adnotationis); supra, *Quodl. VI*, a.19, 93-96.

dispositam. *Nunc enim*, sicut Augustinus dicit in II super Genesim, *quemadmodum Deus instituerit naturas rerum nos conuenit querere, non quid in eis uel ex eis ad miraculum potencie sue uelit operari.* Set tamen aliquales aquas supra huiusmodi firmamentum ponere possumus. — Vno modo, ut per aquas intelligamus totam materiam corporalem, sicut accipitur in principio Genesis, secundum expositionem Augustini; et ideo, secundum hunc intellectum, aquas esse super celos sidereos nichil est aliud dicere quam aliquid de materia corporali super hos celos existere (et hoc etiam a dictis philosophorum modernorum non discordat, qui ponunt supra octauam speram, in qua sunt stelle, aliam speram, in qua nulla est stella); et hanc expositionem ponit Augustinus super Genesim contra Manicheos. — Alio modo potest dici quod, sicut celum empireum dicitur igneum non quia habeat speciem ignis, set propter splendorem, ita etiam aque super celos dicuntur non quia habeant speciem aque, set quia habent dyaphanitatem ad modum aque, ut sic suppremum celum, quod empireum dicitur, sit totum splendidum, secundum autem, quod aqueum dicitur, sit totum dyaphanum, tercium autem celum, quod dicitur sidereum, sit partim lucidum, partim dyaphanum.

Sic igitur secundum quamcunque opinionem potest ueritas sacre scripture saluari diuersimode. Vnde non est coartandus sensus sacre scripture ad aliquid horum.

Ad primum ergo dicendum quod homo assimilatur maiori mundo quantum ad aliquid, in quantum scilicet constat ex corporali et spirituali natura sicut et totum uniuersum. Non tamen quantum ad omnia assimilatur uniuerso : ordo enim partium in homine non est secundum quod exigit earum natura, set prout exigit ratio finis. Ponitur enim cor in medio ut ex eo diffundantur operationes uite de facili per totum corpus; cerebrum autem ponitur in suppremo ut operationes animales, que ibi quodam modo perficiuntur, non impediantur per diuersas corporis transmutationes. Sicut etiam ordo cognitionis humane non est secundum ordinem naturalem cognoscibilium, set quo ad nos. Augustinus autem non inducit hoc asserendo, set obuiando hiis qui scripturas praue interpretantur.

<Questio 3>

Deinde considerandum est de hiis ad que diuina potencia se extendere potest.

Et circa hoc queruntur duo : primo, utrum Deus possit aliquid in nichilum redigere; secundo, si aliquid esset in nichilum redactum, utrum Deus posset illud reparare idem numero.

<a. 1 [4]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deus possit aliquid in nichilum redigere.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba¹)*, Φ^{2b} *(BaEP¹P⁹V⁴)*; Ψ *(C^{b}O⁵FLiM⁷W)* 82 naturas *scr. cum P*, Φ^{2ab} : natura Φ^1*(-P)*, Ψ (naturam *O⁵*, *F*) 82 uel] + quid Ψ (uel ex eis *om. M⁷*) 83 potencie sue] *inu.* Ψ 86 aquas] aquam Ψ 87 Genesis] + et Φ*(-As)* 92 qui] quia Ψ 99 celos] + esse Ψ 102 quod] secundum quod Φ^{2ab} 109 coartandus] artandus Ψ 117 earum *AsP, F* : eorum *cett*

7 posset] possit *As*, *O⁵*, *edd* illud reparare (reparare *om. As*)] *inu.* Ψ (illud *om. O⁵*)

80-81 Augustinus ... in II super Genesim : *De Genesi ad litteram*, II 1 (CSEL 28, p. 33, 2-5). 87-88 secundum expositionem Augustini : cf. infra ad u. 95-96. 92 philosophorum modernorum : cf. ipse Thomas, *In De celo*, II 8, n. 2 : « secundum modernos astrologos »; 17, n. 2 : « astrologi nostri temporis ... moderni astrologi »; 18, n. 13 : « suppositiones modernorum astrologorum »; 19, n. 4 : « positionem modernorum astrologorum »; n. 6 : « secundum modernos astrologos »; 28, n. 4 : « diligentiorem considerationem modernorum astrologorum ». — « Moderni astrologi » sunt Claudius Ptolomaeus (saec. II post Christum) et astronomi arabi qui eius doctrinam receperunt et perfecerunt, quae doctrina tempore Thomae uigebat. De numero sphaerarum, c. 1310 scribet Petrus de Abano, *Lucidator dubitabilium astronomie*, diff. III (ed. Gr. Federici Vescovini, Padova 1988, p. 217, 14-16; p. 219, 24-25) : « sciendum quod precise nouem sunt spere. Et hoc Ptholomeus cum eius sequacibus, uisus sentire ac Auempetrans potissime ... decima spera non est certa, uerum potius phantastica et otiosa » (« Auempetrans » est al-Bitrûjî, † 1185, *De motibus celorum*, a Michaele Scoto transl. c. 1217). — De nona sphaera apud Thomam, cf. Th. Litt., *Les corps célestes dans l'univers de saint Thomas d'Aquin*, Louvain - Paris 1963, p. 308-319. 95-96 Augustinus super Genesim contra Manicheos : *De Genesi contra Manicheos*, I VI 12 (P.L., 34, 179) : « Eandem ipsam materiam (informem) etiam aquam appellauit, super quam ferebatur Spiritus Dei, sicut superfertur rebus fabricandis uoluntas artificis ... Propterea uero non absurde etiam aqua dicta est ista materia, quia omnia quae in terra nascuntur, siue animalia siue arbores uel herbae et si qua similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri ». 97-99 sicut — splendorem : cf. ipse Thomas, *I^a*, q.68, a.2 : « sicut secundum Strabum dicitur celum empyreum, id est igneum, propter solum splendorem »; « Strabus » = *Glosa ord.*, in Gen. 1 1 (t. I, p. 9a) : « *In principio c.d.c. et t.* Celum non uisibile firmamentum, sed empireum, id est igneum, uel intellectuale; quod non ab ardore, sed a splendore dicitur » (de hac distinctione a Basilio proposita, cf. supra, *Quodl. VIII*, a.18, app. fontium ad u. 14-15).

<1> Equalis enim est distancia non entis ad ens et entis ad non ens; set Deus potest ex nichilo aliquid facere; ergo Deus potest ex aliquo facere nichil.

<2> Set contra. Deus non potest esse causa defectiua; set causa que facit tendere in non esse, est causa defectiua; ergo Deus non potest redigere aliquid in nichilum.

Responsio. Dicendum quod de potencia Dei dupliciter loqui possumus : uno modo absolute considerando eius potenciam; alio modo considerando ipsam in ordine ad sapienciam uel prescienciam suam.

Loquendo ergo absolute de Dei potencia, sic Deus potest uniuersam creaturam redigere in nichilum. Cuius ratio est quia creatura non solum producitur in esse Deo agente, set etiam per actionem Dei conseruatur in esse, secundum illud Hebreorum 1 : *Portans omnia uerbo uirtutis sue*. Vnde Augustinus dicit, IV super Genesim ad litteram, quod *uirtus* Dei *si aliquando ab eis que creata sunt regendis cessaret, simul et illorum cessaret species, omnisque natura concideret*. Sicut autem Deus propria uoluntate agit, et non ex necessitate nature, ad rerum productionem, ita etiam ad earum conseruationem; et ideo potest subtrahere suam actionem a rebus conseruandis, et hoc ipso omnia in nichilum deciderent.

Si uero loquamur de potencia Dei in ordine ad eius sapienciam et prescienciam, sic non potest fieri quod res in nichilum redigantur, quia non habet hoc diuina sapiencia : *Creauit enim* Deus *ut essent omnia*, ut dicitur Sapiencie 1, non ut in nichilum cederent.

Primum ergo concedimus, secundum quod procedit de potencia absoluta.

Ad secundum dicendum quod causa defectus alicuius potest esse aliquid dupliciter. Vno modo ex propria intentione, sicut cum aliquis subtrahendo lumen causat tenebras; et hoc modo non oportet quod sit causa defectiua illud quod causat defectus; sic autem Deus potest esse alicuius defectus causa, uel excecationis uel obdurationis, uel etiam adnichilationis, si uellet. Alio modo aliquid est causa defectus preter intentionem, et sic semper oportet quod causa defectus sit defectiua, quia ex defectu agentis contingit quod non inducat perfectionem intentam in suo effectu; et sic Deus nullo modo potest esse causa defectus, uel *tendendi in non esse*.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* ; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 24 ergo] igitur Ψ 32 regendis] redigendis Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 132*b) 32 cessaret — cessaret] *om. As* simul — cessaret] *hom.om.* Ψ *(suppl. mg. sec.m. O*[5]*)* 33 species, omnisque] species omnis, quia Φ^{2b}(- *V*[4]) 47 causa *scr. (cum sec.m. V*[4]*, multis dett, Ed*[1,3]*, Ed*[4ss]*, FN*[a]*AnV*[1]*)* : cum (cū *pro* cā) *codd*(- *F*; *eras. P*[1] : *om. W)* 49 cum] *om.* Ψ 50 lumen] ◆ lucem Ψ 51 illud] in illud *As* : illius *Ba*[1], Ψ (illud *rest. sec.m. O*[5]) 53 causa uel] causalis Ψ(- *FLi*) 53 excecationis] obcecationis Ψ (obsecutionis *W*) 56 causa defectus sit] defectus sit (+ semper *C*[b]*O*[5]) a causa Ψ 58 intentam] *om.* Φ

A.4 Parall. : *Q. de uer.*, q.5, a.2, ad 6; *C.G.*, II 30, n. 3 (ed. Leon., XIII, p. 338a23-33); *Q. de pot.*, q.5, a.3 (nec non a.4); *I*[a], q.104, a.3 (nec non a.4; q.9, a.2; q.65, a.1, ad 1). 11-14 Equalis — nichil : cf. *Q. de pot.*, q.5, a.3, arg.15 et ad 15. 19-23 de potencia — suam : cf. Thomas, *In III Sent.*, d.1, q.2, a.3. 29 Hebreorum 1 : 3. 30-31 Augustinus ... IV super Genesim ad litteram : *De Genesi ad litteram*, IV 12 (CSEL 28, p. 108, 17-19) : « quae uirtus ab eis quae creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul et illorum cessaret species omnisque natura concideret », a Thoma diligentius laud., *C.G.*, III 65 (ed. Leon., XIV, p. 184b 21-30); *I*[a], q.104, a.1. 36-38 et ideo — deciderent : cf. Bonauentura, *In II Sent.*, d.37, a.1, q.2, ad opp. 5 (p. 866b) : « Posset etiam dici quod, cum ponitur quod creatura sibi relinquatur, ponitur quod diuina uirtus se substrahat; et cum ponitur quod diuina uirtus se subtrahat, per consequens ponitur adnichilatio. Sicut enim per operationem uirtutis infinite potest fieri eductio de nichilo in esse, ita etiam per substractionem potest fieri adnichilatio; et pro tanto dicit Hugo [de Sancto Victore, *De sacramentis* I, P. VI, c. 37; P.L. 176, 287 A] quod soli diuine uirtuti possibilis est adnichilatio creature. Verumtamen illud uerbum intelligendum est sane, quia multum est calumniabile ». 43 Sapiencie 1 : 14. 48-49 Vno — intentione : cf. Bonauentura, *In II Sent.*, d.37, a.2, q.1 (p. 869a, opp. 2) : « sicut uult Philosophus [*Phys.*, II 195a11-14], si aliquid per sui presenciam est causa alicuius, per sui absenciam est causa oppositi ... »; (p. 870a, ad opp. 2) : « Ad illud quod obicitur de eadem causa quod per sui presenciam et absenciam est causa oppositorum, dicendum quod illud habet ueritatem de causa que *uoluntarie* se absentat, ita quod eius absentatio principaliter est ab ipsa ». 49-50 sicut — tenebras : Exemplum Aristotelis, *Phys.*, II, 195a11-14, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 58, 7-10) erat exemplum gubernatoris, cuius absentia causat submersionem nauis (cf. Thomas, *I*[a] *II*[ae], q.79, a.1); sed exemplum luminis iam adtulerat Thomas, *In II Sent.*, d.1, q.1, a.1, ad 2 : « sicut qui extinguit candelam uel exportat a domo dicitur causare tenebras »; d.12, expos. textus : « sicut dicitur tenebras in domo facere qui claudit fenestram »; d.37, expos. textus : « sicut claudens fenestram facit tenebras (que nichil sunt) dum remouet lucem ». 53 excecationis uel obdurationis : cf. Thomas, *I*[a] *II*[ae], q.79, a.3, cum locis parallelis. 59-60 Deus — in non esse : Adagium ex Augustino erutum et a Thoma saepius laud.; cf. Augustinus, *De diuersis quaestionibus octoginta tribus*, q.21 (CCSL 44 A, p. 26, 6-8) : « At ille ad quem non esse non pertinet non est causa deficiendi, id est tendendi ad non esse », liberius laud. a Petro Lombardo, *Sent.*, I, d.46, c. 7 (ed. Brady, p. 320, 14-15), unde Thomas, *In I Sent.*, d.46, expos. textus; diligentius a Thoma laud., *In IV Sent.*, d.11, q.1, a.2, s.c.1. — Adagium Augustino attributum : « Deus non est causa tendendi in (ad) non esse : *In IV Sent.*, d.12, q.1, a.2, qla 3, arg.3; *Q. de pot.*, q.5, a.3, arg.1 (cf. ad 1); *I*[a], q.49, a.2, s.c.; q.104, a.3, ad 1; *III*[a], q.75, a.3, s.c.; « Deus non est actor tendendi in non esse », *Q. de pot.*, q.3, a.16, ad 3 (sine auctoris nomine); *In ep. I ad Cor.*, XI, lect. 5; *Quodl. V*, q.6, a.1 [11], s.c.

<Q. 3, a. 2 [5]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Deus non possit id quod in nichilum redactum est, idem numero reparare.

<1> Dicit enim Philosophus in II De generatione quod ea quorum substancia corrumpitur, non reiterantur eadem numero; set eorum que in nichilum rediguntur, substancia corrumpitur; ergo eadem numero iterari non possunt.

<2> Set contra est quod Augustinus dicit, XXII De ciuitate Dei : Si *caro humana omnibus perisset modis nec ulla eius materies in ullis nature latebris remansisset, unde uellet eam repararet Omnipotens*; set nulla materia remanente de re corrupta, quod corrumpitur in nichilum redigitur; ergo Deus id quod in nichilum est redactum potest idem numero reparare.

<3> Preterea. *Differencia est causa numeri*, sicut Damascenus dicit; set nichilum non facit aliquam differenciam, quia non entis non sunt species neque differencie, secundum Philosophum; ergo id quod reparatur a Deo potest esse unum et idem numero, quamuis in nichilum fuerit redactum.

Responsio. Dicendum quod in hiis que in nichilum redigi possunt, est quedam differencia attendenda.

Quedam enim sunt quorum unitas in sui ratione habet durationis continuitatem, sicut patet in motu et tempore, et ideo interruptio talium directe contrariatur unitati eorum secundum numerum. Ea uero que contradictionem implicant, non continentur sub numero Deo possibilium, quia deficiunt a ratione entis. Et ideo, si huiusmodi in nichilum redigantur, Deus ea non potest eadem numero reparare : hoc enim esset facere contradictoria simul esse uera, puta si motus interruptus esset unus.

Alia uero sunt quorum unitas non habet in sui ratione continuitatem durationis, sicut unitas rerum permanentium, nisi per accidens, in quantum eorum esse subiectum est motui; sic enim et mensurantur huiusmodi tempore, et eorum esse est unum et continuum secundum unitatem et continuitatem temporis. Et quia naturale agens non potest ista producere sine motu, inde est quod naturale agens non potest huiusmodi reparare eadem numero, si in nichilum redacta fuerint, uel si fuerint secundum substanciam corrupta. Set Deus potest reparare huiusmodi sine motu, quia in eius potestate est quod producat effectus sine causis mediis, et ideo potest ea eadem numero reparare, etiamsi in nichilum collapsa fuerint.

Vnde patet responsio ad primum et secundum.

Ad tercium dicendum quod nichilum non est differencia alicuius entis, set per hoc quod aliquid reducatur in nichilum interrumpitur continuatio essendi que pertinet ad unitatem motus et eorum que consecuntur ad motum.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)*; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 11 XXII] IV Φ^{2b} 12 nature] *om.* Φ 13 unde] tamen unde Ψ : unde et Φ^{2b}(- *BaV*[4]) : nonne et *Ed*[32ss] eam] eum Φ(- *P*[1]) repararet] reparare *AsP, Ba* 14 set *scr.* *(cum V*[4]*, V*[6]*, C*[1]*O*[3]*, sec.m. P*[10a]*Gf, B*[1]*, Bs,* Φ^{2bp}*, An, Ed*[19ss]*)* : set si *cett* 14 remanente] remaneat *LoV*[5] : remansit *HeUt* : remanet *V*[6]*, Cn* : remaneret *Sl,* Φ^{2bGg}, Ψ(- *An*) 19 Damascenus] Donatus *P*[7] : Boecius Ψ (secundum Boecium [sicut ... dicit *om.*] *F*) 31 directe] indirecte Φ (*cf. Préf., p.* 131*a) 37 esset facere] esse facere Φ^{1}(- *P*), Φ^{2a} : esse faceret Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 132*-133*) esse] *om.* Ψ 44 est] *om.* Φ *(suppl. Ed*[10ss]*)* 45 naturale] naturaliter Φ^{2b} (naturale *rest. Ed*[2,4ss]) 53-54 collapsa] elapsa Φ (lapsa *Ba*[1]*, LoV*[5]*, sec.m. P*[10a]*,* Φ^{2bGg}) 57 aliquid] aliquis Φ, *C*[b]*O*[5] 58 interrumpitur] interrumpatur Φ 60 consecuntur] continentur Φ^{2b} (continuatur *E*)

A.5 5-6 Philosophus in II De generatione : cf. Ar., *De gen. et corr.*, II, 338b 11-19, ab Anonymo transl. (A.L. IX 1, p. 81, 7-14), ad sensum. 10-11 Augustinus ... XXII De ciuitate Dei : XX (CCSL 48, p. 840, 29-37) : « Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse *caro humana* primitus coepit ... Quamuis etsi omnibus ... Omnipotens ». 19 Damascenus : *Traditio orthodoxae fidei*, c. 81b (ed. B. Kotter, p. 181, 16-17), a Burgundione transl., c. 81 (= III 37; ed. Buytaert, p. 291, 47-48) : « Quare differentia causa numeri ». Damasceni sententia saepius laudata est ab Alberto, *Super Dion. De diu. nom.* (c. 1, ed. Col., t. XXXVII 1, p. 19, 36-37; c. 13, p. 440, 6-7; p. 444, 17-18), a Thoma, *In I Sent.*, d.36, q.2, a.2, s.c.2; *In III Sent.*, d.6, q.1, a.1, sol.1 (sine auctoris nomine) : « cum differentia sit causa numeri »; aliquando tamen pro « differentia » dicunt magistri « distinctio » : « Distinctio est causa numeri », sine auctoris nomine : Albertus, *Metaphysica*, I III 2 (ed. Col., XVI 1, p. 32, 32); Thomas, *Q. de pot.*, q.9, a.6, s.c.2; *I*[a] *II*[ae], q.91, a.5; Damasceno attributum, Thomas, *Q. de uirt. card.*, a.1, arg.1 : « distinctio est causa numeri, ut dicit Damascenus »; pro « differentia » habet Thomas « diuisio », *In Boethium De Trin.*, q.4, a.1, s.c.1 : « Damascenus dicit quod diuisio est causa numeri ». 21-22 secundum Philosophum : Adagium plus quam semel a Thoma laudatur, uelut : *In II Sent.*, d.34, q.1, a.2, arg.1 : « non entis non sunt neque species neque differencie, ut Philosophus dicit »; *C.G.*, III 8, n. 3 (ed. Leon., t. XIV, p. 21a1-2) : « non entis non sunt species neque differencie »; *I*[a] *II*[ae], q.72, a.6, arg.3 : « non entis enim non sunt neque species neque differencie, ut Philosophus dicit »; ex duobus Aristotelis locis conflatur, *Top.*, IV, 128b9, a Boethio transl. (A.L., V 1-3, p. 85, 14-15) : « simpliciter non enim sunt non entis species » (a Thoma laud., *Q. de malo*, q.1, a.1, arg.11); *Phys.*, IV, 215a9-11, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 160, 5-7) : « sicut enim nullius neque una est differentia, sic et illius quod non est » (« sic et non entis », Guillelmus de Moerbeke, Paris Ars. 748, f. 20ra7-8; Paris B.N. lat. 14717, f. 17vb1-2); unde Thomas, *In Phys.*, IV 11, n. 4 : « non entis non sunt differencie ». 29-30 sicut — tempore : cf. Ar., *Phys.*, V, 228a20-b15.

<Questio 4>

Deinde quesitum est de personalibus que pertinent ad personam Filii, et primo quantum ad naturam diuinam, secundo quantum ad naturam assumptam.

Circa primum quesita sunt duo : primo, utrum Pater eodem uerbo dicat se et creaturam; secundo, utrum Filius sua filiatione distinguatur a Spiritu sancto.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Pater non eodem uerbo dicat se et creaturam.

<1> Dicere enim se soli Patri conuenit, ut Augustinus dicit, VII De Trinitate; set dicere creaturam conuenit toti Trinitati : ea enim que important respectum ad creaturam toti Trinitati conueniunt, ut patet per Dionisium, II capitulo De diuinis nominibus; ergo Pater non eodem uerbo dicit se et creaturam.

<2> Preterea. Creatura procedit a Deo per modum uoluntatis; Filius autem, qui est Verbum quo Pater dicit se ipsum, procedit a Deo per modum nature, quia, ut Hylarius dicit in libro De synodis : *Omnibus creaturis substanciam uoluntas Dei attulit*; *Filio* autem *naturam dedit natiuitas*; ergo non est idem uerbum quo Pater dicit se ipsum et quo dicit creaturam.

Set contra est quod Augustinus dicit, II super Genesim ad litteram, quod *dixit et facta sunt*, id est *Verbum genuit, in quo erat ut fieret creatura*; set Verbum genuit dicens se ipsum; ergo idem est uerbum quo dicit se ipsum et quo dicit creaturam.

Responsio. Dicendum quod, sicut Augustinus dicit, XV De Trinitate, Verbum Dei representatur aliqualiter per uerbum nostri intellectus, quod nichil est aliud quam quedam conceptio actualis nostre noticie : cum enim id quod scimus, actu considerando concipimus, hoc uerbum nostri intellectus est, et hoc est quod uerbo exteriori significamus. Set quia nos non totum id quod habitu scimus, actu mente concipimus, set de uno intelligibili mouemur ad aliud, inde est quod in nobis non est unum solum uerbum mentale, set multa, quorum nullum adequat nostram scienciam. Set Deus, quicquid scit, actu intelligit, et ideo in mente eius non succedit uerbum uerbo; et sicut eadem sciencia scit se et omnia alia, ita etiam eodem uerbo exprimit se ipsum et omnia alia, nec esset eius Verbum perfectum, ut Augustinus in eodem libro dicit, *si aliquid minus esset in eius Verbo quam in* eius sciencia; unde quicquid Pater scit, totum unico suo Verbo dicit.

Et sic necesse est quod idem sit Verbum quo dicit se ipsum et quo dicit creaturam.

Ad primum ergo dicendum quod dicere, si proprie sumatur, est producere Verbum, quod soli Patri conuenit; et ideo, si dicere in diuinis proprie sumatur, solus Pater dicit, quia solus ipse generat Verbum. Hoc tamen Verbo exprimitur quicquid tota Trinitas scit, quia trium personarum est una sciencia. Et ex hac ratione Verbum importat respectum ad creaturam, in quantum est expressio quedam sciencie quam Pater habet communiter cum aliis personis de creatura.

Ad secundum dicendum quod aliud est uerbum et id quod dicitur uerbo : hoc enim uerbo quod est 'lapis' significatur res que non est uerbum, set corpus; unde nichil prohibet creaturam procedere a Deo per modum uoluntatis, uerbum autem quo dicitur creatura, per modum nature.

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BøEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)*; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 3 et] *om.* Φ 37 conceptio] acceptio Φ (acceptatio *O* : conceptio *rest. multi dett*; *cf. Préf., p.* 131*a) 53 unico suo (suo *om.* P^9V^4)] *inu.* Ψ

A.6 Parall. : *In I Sent.*, d.27 q.2, a.3; *Q. de uer.*, q.4, a.4 et 5; I^a, q.34 a.3 (nec non q.37, a.2, ad 3). 14 Augustinus... VII De Trinitate : c. I (CCSL 50, p. 244-245, u. 26-30) : (Pater... quomodo dicens) « Dicens autem... dicens ergo illo coaeterno uerbo non singulus sed cum ipso uerbo sine quo non est utique dicens », a Thoma laud. I^a, q.34, a.1, ad 3. 17-18 Dionisium, II capitulo De diuinis nominibus : § 3 (*Dionysiaca*, I, p. 71,2-72,4), cum comm. Thomae, lect. 1 : « Et ex hoc potest accipi regula magistralis, quod omnia nomina designantia effectum in creaturas pertinent ad diuinam essenciam ». 23-24 Hylarius... in libro De synodis : § 58 (P.L., 10, 520) : « Omnibus creaturis substantiam uoluntas Dei attulit; sed naturam Filio dedit ex impassibili ac non nata substantia perfecta natiuitas », a Thoma laud., *C.G.*, II 23 (ed. Leon., t. XIII, p. 325b28-31); I^a, q.41, a.2. 28-29 Augustinus... II super Genesim ad litteram : *De Genesi ad litteram*, II 6 (CSEL 28, p. 41-42) : « *et dixit Deus* : Vnum quippe uerbum ille genuit, in quo dixit omnia, priusquam facta sunt singula... Cum ergo audimus : *et dixit Deus : fiat*, intelligimus quod in uerbo Dei erat ut fieret »; sed Augustini uerba iam contraxerant et ad Psalmum 32,9 : « *Dixit et facta sunt* » adaptauerant theologi; cf. Thomas, *Q. de pot.*, q.2, a.3, arg.7, cum adn. in ed. Leon., t. XXI. 34-35 Augustinus... XV De Trinitate : c. X 19 (CCSL 50 A, p. 485, 64-72) : « Quisquis igitur potest intelligere uerbum non solum antequam sonet, uerum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione uoluantur... iam potest uidere per hoc speculum atque in hoc aenigmate aliquam uerbi illius similitudinem... »; XI 20 (p. 487-488). 51 Augustinus in eodem libro : *De Trinitate*, XV XIV 23 (CCSL 50 A, p. 496, 9-10) : « Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset si aliquid minus aut amplius esset in eius uerbo quam in ipso ».

<a. 2 [7]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Filius distinguatur filiatione a Spiritu sancto.

Eodem enim aliquis constituitur et ab alio distinguitur; set persona Filii constituitur filiatione, que est proprietas personalis, id est constituens personam Filii; ergo filiatione distinguitur a Spiritu sancto.

Set contra est quod Boetius dicit in libro De Trinitate quod sola *relatio* in diuinis *multiplicat trinitatem*; et Anselmus dicit in libro De processione Spiritus sancti quod ibi solum distinguntur persone diuine ubi occurit *relationis oppositio*; set Filius non opponitur relatiue Spiritui sancto filiatione, set solum Patri; ergo Filius non distinguitur filiatione a Spiritu sancto, set solum a Patre.

Responsio. Dicendum quod hoc modo se habent proprietates personales in diuinis ad distinguendum personas sicut se habent in rebus naturalibus forme substanciales ad distinguendas species rerum, secundum tamen quod a creaturis exempla ad Deum assumpta non omnino similia sunt.

In rebus autem naturalibus distinguitur aliquid per formam suam ab alio dupliciter. Vno modo secundum directam oppositionem forme ad formam, et hoc modo distinguitur unaqueque res naturalis ab omnibus speciebus sui generis que habent formas oppositas, secundum quod genus diuiditur oppositis differenciis; sicut saphirus distinguitur sua forma ab omnibus aliis speciebus lapidum. Alio modo distinguitur res naturalis per suam formam secundum habere et non habere, et hoc modo quod habet aliquam formam naturalem distinguitur ab omnibus non habentibus formam illam; sicut saphirus per suam formam naturalem distinguitur non solum ab aliis generibus lapidum, set a speciebus animalium et plantarum.

Sic igitur dicendum est quod Filius sua filiatione distinguitur quidem a Patre secundum oppositionem relatiuam filiationis ad paternitatem, set a Spiritu sancto distinguitur filiatione per hoc quod Spiritus sanctus non habet filiationem quam Filius habet.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 5>

<a. unicus [8]>

Deinde quesitum est de Filio quantum ad naturam assumptam.

Et circa hoc quesitum est utrum sit unum numero corpus Christi affixum cruci et iacens in sepulcro.

Et uidetur quod non.

<1> Quia quecunque differunt specie, differunt numero; set corpus Christi appensum in cruce et iacens in sepulcro differt specie, eo modo quo mortuum et uiuum specie differunt; ergo non est unum et idem numero.

Set contra. Quecunque sunt unum et idem supposito uel ypostasi, sunt unum et idem numero; set corpus Christi iacens in sepulcro et appensum cruci est unum et idem supposito siue

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)*; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 4 enim] + modo Φ^{2bGg}, Φ^{2bP}, *Ed*[2,4ss] 20 distinguendas] distinguendum *O*[5]*FLi* 21 secundum] sciendum Ψ *(om. C*[b]*O*[5]*)* : sic *Ed*[2,4ss] *(cf. Préf., p.* 131*a) 24 aliquid] aliquod Φ^1 37-38 generibus] speciebus *(exp.)* generibus *O* : generibus *exp., mg. sec.m.* speciebus *An* 40 est] *om. V*[4], Ψ 6 affixum] affixi Φ^{2b}

A.7 Parall. : *In I Sent.*, d.26, q.2, a.2 ; *C.G.*, IV 24 ; *Q. de pot.*, q.8, a.3 ; *I*[a], q.40, a.2. 9-10 Boetius ... in libro De Trinitate : c. VI (ed. Peiper, p. 162, 7-8 ; ed. Stewart-Rand, p. 28, 7-8) : « Ita igitur substantia continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem », diligentius a Thoma laud. *Q. de uer.*, q.2, a.2, arg.1 ; *I*[a], q.28, a.3, s.c.2 ; sed adagium « *sola* relatio multiplicat trinitatem », *In I Sent.*, d.2, q.1, a.3, ad 6 : d.26, q.1, a.2, s.c. ; *Q. de pot.*, q.10, a.5, s.c.1 ; *I*[a], q.40, a.2, s.c. (cf. etiam *C.G.*, IV 26, n. 7, t. XV, p. 102b9-10 ; *I*[a], q.39, a.1). 11-12 Anselmus ... in libro De processione Spiritus sancti : c. I (ed. Schmitt, vol. 2, p. 180,27 - 181,4) : « Supradicta uero *relationis oppositio* ... prohibet patrem et filium et spiritum sanctum de inuicem dici, et propria singulorum aliis attribui. Sic ergo huius unitatis et huius relationis consequentiae se contemperant, ut nec pluralitas quae sequitur relationem transeat ad ea in quibus praedictae simplicitas sonat unitatis, nec unitas cohibeat pluralitatem, ubi eadem relatio significatur. Quatenus nec unitas amittat aliquando suum consequens, ubi non obuiat aliqua *relationis oppositio*, nec relatio perdat quod suum est, nisi ubi obsistit unitas inseparabilis ». Verba Anselmi breuiter contracta iam laudauerat Thomas, *In I Sent.*, d.29, q.1, a.3, s.c. ; *Q. de pot.*, q.10, a.5, s.c.2 (uox « relationis oppositio » etiam legitur *In I Sent.*, d.27, q.1, a.1 ; *C.G.*, IV 24, t. XV, p. 91b22-23 ; *I*[a], q.36, a.4). 37-38 generibus : In cod., *An*, f. 25v, legimus sec.m., mg. int. « speciebus » ; mg. inf. : « smarachdus, wlgo miraude ; carbunculus, wlgo robiin » (cf. Fr. Godefroy, *Dict. de l'ancienne langue française* ..., t. III, 495 esmeraudine ; t. VII, 258c rubie).

ypostasi, quia ypostasis Verbi Dei nunquam separata est ab eius corpore; ergo corpus Christi est unum et idem numero appensum cruci et iacens in sepulcro.

Responsio. Dicendum quod circa hoc cauende sunt due dampnate hereses. Quarum una est Arrianorum, qui, cum ponerent Christum animam non habuisse, set Verbum fuisse corpori loco anime, per consequens posuerunt quod Verbum separatum est in morte a corpore, sicut manifeste patet in quodam sermone Arrianorum, contra quem Augustinus disputat. Alia uero est heresis Galanitarum, que fuit in sexta Synodo dampnata, qui, cum ponerent unam naturam compositam ex diuinitate et humanitate, posuerunt illam naturam simpliciter incorruptibilem, et ita posuerunt corpus Christi simpliciter incorruptum, non solum corruptione putrefactionis, quod fides catholica tenet, secundum illud Psalmi : Non *dabis Sanctum tuum uidere corruptionem*, set etiam corruptione que pertinet ad rationem mortis, quod est impium, ut patet per Damascenum in III libro.

Sic igitur ad excludendam primam heresim, oportet nos ponere ydemptitatem secundum suppositum in corpore Christi appenso cruci et posito in sepulcro. Ad excludendum uero secundam heresim, oportet nos ponere ueram differenciam mortis et uite. Set quia prima unitas maior est quam secunda differencia, dicendum est quod est idem numero corpus Christi appensum cruci et iacens in sepulcro.

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa non tenet in corpore Christi, propter unitatem ypostasis.

<Questio 6>

Deinde quesitum est de rebus humanis.

Et primo de gracia; secundo de gracie sacramentis; tercio de actibus humanis.

<a. unicus [9]>

Circa primum querebatur utrum Deus semper faciat nouam graciam?

Et uidetur quod sic.

<1> Augustinus enim, VIII super Genesim ad litteram, comparat infusionem gracie illuminationi : *Sicut*, inquit, *aer presente lumine non factus est lucidus, set fit, quia, si factus esset, non fieret, set, etiam*

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 18 quia] + constat quod Ψ (quod *om.* $C^bO^5M^7$) 30 Galanitarum *codd* (gallanitarum O^5 : galianitarum *Lo*^{1}*V*^{6}, M^1 : galianorum M^3 : gaianitarum *? sec.m. Ba*; *cf. app. fontium*) 30 in] *om.* Ψ 34 simpliciter] similiter Ψ(-*F*) 41 excludendam] excludendum P^9, Ψ(-*F*) 44 excludendum] excludendam *BaE, F* 12 esset] est P^9, Ψ

A.8 Parall. : *Quodl. II*, q.1, a.1; *Quodl. III*, q.2, a.2 [4]; *III*^{a}, q.50, a.5 — Post Thomae *Quodlibet III* disputationi interuenerunt S. Albertus, *De xv problematibus*, q.14 (ed. Col., t. XVII 1, p. 43, 60-81) et Aegidius Romanus, *Lectura in III Sent.*, q.33 (ed. C. Luna, *La « Reportatio » della lettura di Egidio Romano sul libro III delle Sentenze (Clm. 8005) e il problema dell' autenticità dell' « Ordinatio »*, in *Documenti e studi sulla tradizione filosofica medievale*, I 1, 1990, p. 210-213); unde S. Thomas positionem suam aliquantulum correxit, non extenuando doctrinam aristotelicam de unitate formae, sed excipiendo Corpus Christi, ratione unionis hypostaticae (cf. C. Luna, *loc. laud.*, p. 123-128 et 174-178). 18-19 ypostasis — corpore : cf. *III*^{a}, q.50, a.2. 28-29 in quodam — disputat : *Sermo Arianorum*, n. 7 (P.L., 42, 679) : « Is et in cruce pendens, uoluntate et praecepto Patris carnem humanam, quam de sancta uirgine Maria suscepit, in manus hominum dereliquit, et diuinitatem suam in manus Patris commendauit »; Augustinus, *Contra sermonem Arianorum*, c. IX (ibid., 689-690). 30 Galanitarum : Pro « Gaianus » et « Gaianitae » fere scribit Thomas « Galanus » et « Galanite » : *In primam decretalem*, u. 602 et 606 (ed. Leon., t. XL, p. E 37a); *Quodl. III*, q.2, a.2 [4], u. 61; attamen in *De articulis fidei*, I, 496 (ed. Leon., t. XLII, p. 251) et in *III*^{a}, q.50, a.5 (ed. Leon., t. XI, p. 484, cum adn. γ) uariant codd. — Ipse Thomas refert ad Damascenum, infra, u. 39-40, cum adn., et ad Isidorum (*Etym.*, VIII v 67, ed. Lindsay), laud. in *Decreto*, II P., Causa XXIV, q.III, c. 39 (Friedberg, I, 1005, § 66), *III*^{a}, q.50, a.5. 30-31 que — dampnata : Cf. uetus translatio Latina epistulae sancti Sophronii in Concilio oecumenico VI (Constantinopolitano III, anno 681), actione XI, lecta et actione XIII adprobata (Mansi, XI 502; P.G., 87, 3191 C) : « ... Iulianus Halicarnasseus, Felicissimus, Gaianus Alexandrinus, a quibus Gaianitarum siue Iulianistarum superinuenta est haeresis ... ». 36 Psalmi : 15, 10. 39-40 per Damascenum in III libro : cf. supra, *Quodl. III*, q.2, a.2 [4]; u. 51-66, cum adn.

A.9 9 Augustinus ... VIII super Genesim ad litteram : *De Genesi ad litteram*, VIII 12 (CSEL 28, p. 250, 2-6). Animaduertendum tamen est Thomam Augustini uerba legisse in quodam codice propinquo codici quo usa est editio princeps (Basileae 1506 = *b*); cf. u. 12 (Thomae) non *Th, b* : non autem *cett* — set etiam *Th, b* : si etiam *S* : etiam *cett.* Insuper ad u. 14, pro « continue » scripsit « continuo » Nicolaï (*Ed*^{30}) et adnotat : « Sicut in Augustini textu, id est statim, non *continue* ut prius hic alio sensu, id est perseueranter uel successiue ». Re uera Thomas uerba Augustini sic recte intellexisse uidetur, *I*^{a}, q.104, a.1, ut ex contextu patet : « *statim* cessat lumen, cessante actione solis », et similiter *statim* tenebratur homo, si a Deo discedit. Sed hic forte aliter intellexit : tam diu homo illuminatur per graciam quam diu Deus illi est praesens, et tam diu Deus est absens, quamdiu tenebratur, id est in absencia Dei *perpetuo* tenebratur (cf. infra, u. 43-44). Ceteroquin, inter « continuo » et « continue » Thomam acriter distinxisse, non liquet. Igitur non est cur uerbum « continue » contra codices emendemus. Cf. supra, adn. ad *Quodl. III*, q.5, a.1 [11], u. 99-100.

absente lumine, lucidus maneret, sic homo, Deo sibi presente, illuminatur, absente autem, continue *tenebratur, a quo non locorum interuallis, set uoluntatis auersione disceditur*; set sol semper facit nouum lumen in aere; ergo Deus semper facit nouam graciam in anima.

Set contra. Nobilioris creature nobilius est esse; set gracia est nobilissima creatura, quia est perfectio nature rationalis create; ergo eius esse est nobilissimum; non ergo durat solum in momento, et ita non semper Deus facit nouam graciam.

Responsio. Dicendum quod duplex est actio. Quedam quidem que fit cum motu. Et talis actio semper est cum aliqua innouatione, quia semper in motu aliquid fit et aliquid desinit esse, in quantum acceditur ad terminum et receditur a termino; et propter hoc Philosophus dicit in VIII Phisicorum quod in omni motu est quodam modo *fieri et corrumpi*. — Alia autem actio est que est sine motu, per simplicem communicationem forme, in quantum scilicet agens suam similitudinem imprimit recipienti disposito. Et talis actio in principio quidem est cum innouatione, secundum quod de nouo acquiritur forma in subiecto, set continuatio ipsius actionis, sicut nullum habet motum adiunctum, set simplicem influxum siue communicationem, ita etiam nullam habet innouationem.

Et hoc modo causatur gracia a Deo in anima. Vnde dicendum est quod, quandiu durat gracia in anima, Deus in anima operatur causans eam, non tamen ita quod faciat semper nouam graciam et quod singulis momentis gracia prius existens corrumpatur, set quia eandem graciam quam primo infudit, semper operatur in anima, conseruans ipsam. Quod quidem difficile est ad intelligendum non ualentibus abstrahere consideratio- nem suam ab actionibus que sunt cum motu, in quibus semper aliquid innouatur, ut dictum est.

Ad primum ergo dicendum quod lumen semper fit in aere, quia semper actione solis illuminantis conseruatur, non quod semper fiat aliud et aliud lumen.

<Questio 7>

Deinde quesitum est de sacramentis gracie.

Et primo de sacramento penitencie, utrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa; secundo de sacramento matrimonii, utrum uir possit accipere crucem, si timeatur de incontinencia uxoris non ualentis uirum sequi.

<a. 1 [10]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod per absolutionem sacerdotis culpa remittatur.

<1> Dicit enim Hugo de Sancto Victore, in libro De sacramentis, quod *sententiam Petri* sequitur *sentencia celi*; set sentencia celi est de remissione culpe; ergo remissio culpe sequitur sententiam Petri, que est sacerdotis absoluentis.

<2> Preterea. Sacramenta sunt medicine contra peccata; set per medicinam sanantur uulnera uel egritudines; ergo egritudo uel uulnus

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* : Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 14 continue] continencie *L* : cotidie Φ^{2bp}(- *Kr*[5], *BuKr*[2]*Kr*[7]) : continuo *BoWbBs*, Φ^{2bg}(- *Lb*[2]), *Kr*[5], *BuKr*[2]*Kr*[7], *N*[a], *Ed*[30] *(cf. app. fontium)* 21 create] creature Φ^{2ab}(- *EP*[9]), *C*[b]*O*[5]*M*[7], *pr.m. W* 26 quidem] *om.* Φ^{2b} 29 receditur] acceditur Φ (ceditur *E* : creditur *pr.m. P*[1] : receditur *rest. multi dett, Ed*[2,4ss]) 42 causatur gracia] *inu.* Ψ 45 faciat semper] *inu.* Ψ *(cf. Préf., p.* 131*a) 46 gracia prius] *om.* Φ 48-49 conseruans] seruans Φ^{2ab} 13 celi[2]] petri Ψ (celi *rest. super ras. O*[5]) 14 sequitur] + per Φ(- *NhP*[8], *Pr*[1]*Lb*[1], *Pr*[2]*Wr*[4]*Wr*[3]*Wr*[1] *: del. sec.m. Gf*[1]*W*[1] *: om. Ed*[30], *Ed*[34-36]), *V*[1]

30-31 Philosophus ... in VIII Phisicorum : Cf. Ar., *Phys.*, VIII, 254a11-14, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 289, 8-11) : « Fere autem et moueri fieri quiddam et corrumpi uidetur omnibus : in quod quidem enim mutatur, fit hoc aut in hoc, ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc aut abhinc », a Thoma iam in adagium redactum, *C.G.*, III 72, n. 6 (t. XIV, p. 214b14-16) : « In omni motu est quedam generatio et corruptio; nam in eo quod mouetur, aliquid incipit et aliquid desinit esse » ; cf. etiam Thomas, *In ep. ad Rom.*, VIII, lect. 4 : « in qualibet mutatione est aliqua corruptio, ut Augustinus dicit et etiam Philosophus ... corruptio que ammiscetur motui locali, prout scilicet desinit esse in hoc ubi, et incipit esse in alio ». 52 ut dictum est : Supra, u. 26-27. 53-56 lumen — lumen : Cf. Thomas, *In II Sent.*, d.15, q.3, a.1, ad 4.

A.10 Parall. : *In IV Sent.*, d.14, q.2, a.1, qla 1 ; d.17, q.3, a.5 ; d.18, q.1, a.1, qla 1 ; d.22, q.2, a.1, qla 3 ; *Q. de uer.*, q.28, a.8, ad 2 ; *C.G.*, IV 72, n. 12-14 (XV, p. 226a55-b49) ; *In Mathei eu.*, in c. XVI 19 ; *In Iohannis eu.*, XX, lect.4, in uersic. 23 ; *III[a]*, q.86, a.6. 11-12 Hugo de Sancto Victore, in libro De sacramentis : Lib. II, pars 14, c. 8 (P.L., 176, 566 B-C) : « Hinc est quod Petro principi apostolorum dicit : *Tibi dabo claues regni caelorum. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcunque solueris super terram erit ligatum et in caelis* (Matth. XVI 19). Non dixit : 'quodcunque solueris' (hoc est, ut illi aiunt, solutum ostenderis) 'fuit solutum', sed 'erit solutum', quia sententiam Petri non praecedit, sed subsequitur sententia caeli », iam c. 1245-49 diligentius laud. a Guillelmo de Militona, *Questiones de sacramentis*, tr. VI, pars 3, q.15 (ed. G. Gal, Quaracchi 1961, p. 1055, 20-26).

peccati sanatur per sacramentum penitencie; set sacramentum penitencie consummatur in hoc quod sacerdos dicit : *Ego te absoluo*, sicut sacramentum baptismi in hoc quod dicit : *Ego te baptizo*; ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa.

Set contra est quia per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Psalmi : *Dixi confitebor aduersum me iniusticias meas Domino et tu remisisti impietatem peccati mei*; set contritio precedit absolutionem sacerdotis, quia sacerdos non debet aliquem absoluere, nisi estimet eum contritum; ergo remissio culpe precedit absolutionem sacerdotis; non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur.

Responsio. Dicendum quod sacramenta dupliciter operantur, uno modo secundum quod exhibentur in actu, alio modo secundum quod habentur in uoto. Et hoc ideo quia sacramenta operantur ut instrumenta diuine misericordie iustificantis, Dei autem est respicere ad hominis cor, secundum illud I Regum XVI : Homines uident *ea que parent, Deus autem intuetur cor*; et ideo, quamuis res naturales non agant nisi presencialiter adhibite, sacramenta tamen agunt etiam secundum quod sunt in uoto; set plenius sacramentalem effectum inducunt quando actu exhibentur.

Sicut patet in baptismo : nam cathecuminus, si sit adultus et habeat baptismum in uoto, iam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem a peccato et consecutionem gracie, que est proprius effectus Dei; set quando actu baptismum suscipit, consequitur plenius quosdam sacramentales effectus, quia suscipit caracterem et remissionem totius pene. Si quis tamen esset qui non prius haberet baptismum in uoto quam actu baptizaretur, sicut precipue patet in pueris, simul recipit per baptismum graciam remittentem culpam et omnem alium sacramenti effectum. Et hoc etiam contingeret in adulto, si simul cum baptizatur, uotum baptismi habere inciperet.

Et idem est etiam in sacramento penitencie, quod consummatur in dispensatione ministri absoluentis : cum enim aliquis actu absoluitur, consequitur plenarie sacramenti effectum; set, si ante quam absoluatur, habeat hoc sacramentum in uoto, quando scilicet proponit se subicere clauibus ecclesie, iam uirtus clauium operatur in ipso, et consequitur remissionem culpe. Si quis tamen in ipsa absolutione inciperet conteri et claues ecclesie habere in uoto, in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimitteretur per graciam, que infunditur in hoc sacramento sicut in aliis sacramentis noue legis. Vnde quandoque contingit quod aliqui non perfecte contriti, uirtute clauium graciam contritionis consecuntur, dum modo non ponant obicem Spiritui sancto; et idem est in aliis sacramentis noue legis, in quibus gracia confertur.

Videtur tamen esse differencia inter baptismum et penitenciam, propter hoc quod sacramentum penitencie semper exhibetur adultis, in quibus ut plurimum contritio precedit tempore confessionem et absolutionem, baptismus autem multociens confertur pueris, in quibus uotum baptismi non precedit. Omnino autem simile appareret, si etiam baptismus semper exhiberetur adultis.

Ad primum ergo dicendum quod uerbum Hugonis non est sic intelligendum quasi sentencia Petri in sacerdote absoluente precedat tempore sentenciam celi, id est Dei, remittentis culpam, set quia sentenciam Petri approbat sentencia Dei.

Ad secundum dicendum quod medicina sacramentalis operatur non solum actu adhibita, set etiam in proposito existens; et ideo quandoque sanatio uulneris precedit sacramentalem absolutionem.

Ad tercium dicendum quod nunquam potest

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* : Ψ *(C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 19 sanatur] sanantur *O*, Ψ(- *F*) 24 quia] quod *P, BaE, F* 26 Domino] *om.* Ψ(- *F*) 29 aliquem absoluere] *inu.* Ψ 42 tamen] *om.* Φ^1 43-44 sacramentalem effectum] *inu.* Ψ 51 suscipit *P, BaE,* Ψ : accipit *AsO, Ba*^{1}, *V*^{4} : uel suscipit accipit (uel *et* accipit *exp.*) P^1 : uel suscipit *mg. pr.m.* accipit *in textu* P^9 52 suscipit] recipit *P* 59 baptizatur] baptizaretur *O*^{5}, *Ed*^{2,4ss} 63 absoluitur] absoluatur *As*, Φ^{2b} : absoluetur *O* 66 quando] dum Ψ 69 inciperet] incipit Φ *(cf. Préf., p.* 131*b) 71 dimitteretur] dimittitur *E, Ed*^{5ss} *(cf. adn. sup.)* 72 in^2] et Φ (- *EP*^{9} : et in *sec.m. BaP*^{1}, *Ed*^{30ss}) 82 precedit] precedat Φ 86 semper] *om.* Φ *(cf. Préf., p.* 131*b) 92-93 sententiam ... sentencia] *inu. Ed*$^{2,4\text{-}29}$, *Ed*^{31} 92 sententiam] per sententiam *sec.m. P*^{1}, *M*^{1}*M*^{3}, *Ed*^{1}*Ed*^{3} *(cf. adn. inseq.)* approbat] apparebat Φ(- *E, Ed*^{2,4ss}) : approbatur *M*^{1}*M*^{3} 95 adhibita] adhibito Ψ

19-22 set — baptizo : Cf. Thomas, *De forma absolutionis*, c. 1, 20-30; c. 2, 26-33 (ed. Leon., t. XL, p. C 33 et 35). 24-32 Set contra — remittitur : Cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.5, qla 1, arg.1. 25 Psalmi : 31 (30), 5 (*Biblia sacra* ..., t. X, p. 95 ; « iniustitiam meam » in textu, quod habet etiam Liturgia O.P. tempore Thomae, Cod. Arch. Gen. O.P., XIV. L. 1, f. 73va ; sed « iniustitias meas » hab. codd *K, pr.m.* Ψ^b, cum Psalterio Romano). 39 I Regum XVI : Samuhel XVI 7 (*Biblia sacra* ..., t. V, p. 148) : « homo enim uidet ea quae parent, Dominus (Deus *B*) autem intuetur cor ».

esse uera contritio sine uoto clauium Ecclesie, quantumcunque sit dolor de peccato preterito et propositum abstinendi in futurum, et ideo in contritione culpa remittitur.

<Q. 7, a. 2 [11]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod uir possit accipere crucem ad transfretandum ultra mare nolente uxore, etiam si de eius incontinencia timeatur.

<1> Non debet enim homo pretermittere propriam salutem pro salute aliena; set homo procurat salutem propriam per hoc quod crucesignatur, consequens plenam remissionem peccatorum; ergo non debet hoc pretermittere ut prouideat saluti uxoris.

Set contra est quod Augustinus dicit : *Si abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei* fornicationis *licenciam, et peccatum illius tue imputabitur abstinencie*; set accipiendo crucem, impeditur a redditione debiti; ergo uidetur quod peccatum uxoris, si non contineat, uiro imputatur.

Responsio. Dicendum quod ea que sunt necessitatis non sunt pretermittenda propter ea que sunt proprie uoluntatis; unde etiam Dominus, Mathei XV, reprehendit phariseos, qui docebant pretermittere mandatum de honoratione parentum ut alique uoluntarie oblationes Deo offerrentur. Ex necessitate autem uiro inminet ut gerat curam uxoris, quia *caput mulieris uir*, ut dicitur I ad Corinthios XI; set quod accipiat crucem ad transfretandum subiacet proprie uoluntati. Vnde, si uxor sit talis que sequi non possit propter aliquod legitimum impedimentum et de eius incontinencia timeatur, non est ei consulendum ut accipiat crucem et dimittat uxorem. Secus autem est si uxor continere uoluntarie proponat, uel uelit et possit sequi uirum suum.

Ad primum ergo dicendum quod hoc etiam ad salutem propriam uiri pertinet ut gerat curam de salute uxoris, que uiri regimini committitur.

<Questio 8>

Deinde quesitum est de actibus humanis; et primo de actibus pertinentibus ad prelatos; secundo de actibus qui possunt pertinere ad omnes.

Pertinet autem ad prelatos precipere, dispensare in precepto, excommunicare rebellantes preceptis, et beneficia ecclesiastica conferre. Vnde circa primum queruntur quatuor : primo de obediencia ad precepta prelatorum, utrum scilicet

Φ (pecia 7) : Φ^{1} *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*[1]*)*, Φ^{2b} *(BaEP*[1]*P*[9]*V*[4]*)* ; Ψ *(C*[b]*O*[5]*FLiM*[7]*W)* 4 etiam] *om.* Φ 8-9 crucesignatur] crucesignatum Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 133*a) 17 non contineat Ψ (non timeat M^{7} : 16-17 uidetur — imputatur : etc. N^{a}) : non contingat Φ (contingat *BxIn*[1]*P*[12], *Lo*[1]*V*[6], *BoC*[2]*NbO*[1], $Ed^{2,4ss}$: contingit $O^{2}Ve$: non abstineat M^{2} : non contineat *rest. P*[2]*PrSa, Gf*[1]*V*[2], *LoV*[5], *C*[1]*O*[3], *BB*[1]*BwGfL*[1]*Wb, RV*[9], *SiHeUt, Av, Bs*, Φ^{2bGg} [non continuet *MUa*], Φ^{2bp}, *sec.m. P*[10a]*P*[1]*V*[4]*TsMd*[b]) 20 etiam] et Ψ 21 docebant] dicebant Φ, *primo C*[b] : docerunt (!) O^{5} : docebant *rest.* Ed^{10ss} 25 uxoris] mulieris Ψ uir] est *praem.* Φ^{2b}, *W, add.* O^{5} 28 possit] posset Φ (possit *rest.* $Ed^{2,4ss}$) 32 continere uoluntarie] *inu.* Ψ 33 uel — suum] *om.* Ψ

A.11 Parall. : *In IV Sent.*, d.32, q.1, a.4, arg.1 et ad 1 (de crucesignatis, cf. etiam *Quodl. II*, q.8, a.2 [16]; *Quodl. V*, q.7, a.2 [14]; *De perf. spir. uite*, c. 13, u. 180-181; *II*[a] *II*[ae], q.188, a.3, ad 3; q.189, a.3, arg.3 et ad 3). — Quaestio orta est ex litteris Innocentii III, *Ex multa* (*Decretales*, ed. Friedberg, II, 595) : « In tanta quoque necessitate populi christiani, ne terrae sanctae impediatur subsidium penitus uel diutius differatur, uiri praeter uxorum assensum ... huius peregrinationis propositum uouere libere ualent et quod uouerint libere adimplere. Vt autem consentiant sunt attentius commonendae ». Vnde Alexander de Hales, *Glossa in IV librum Sent.*, d.32, n. 6 (ed. Quaracchi 1957, p. 509) : « ... uidetur quod uir non possit crucesignari nisi ex consensu uxoris ... Qualiter ergo datur talis indulgentia contra preceptum Apostoli? Respondendum uidetur quod *uir* est *caput mulieris* et propter hoc potest crucesignari sine uxoris consensu precedente, quia mulier, si non uult fraudari debito, debet sequi uirum suum ... Hec autem indulgentia fit ratione maioris boni, scilicet ... ratione liberationis terre sancte »; Bonauentura, *In IV Sent.*, d.32, a.1, q.1, opp. 1 et ad opp. 1 (p. 731) : « Licitum est uiro, uxore etiam prohibente, accipere crucem in subsidium terre sancte ... hoc factum est in fauorem et necessitatem terre sancte, nec facta est omnino derogatio iuri mulieris, quia debet mulier uelle pro necessitate tanta continere ad tempus; quod si nolit, potest uirum suum sequi »; Henricus de Segusio, card. Hostiensis, *Summa aurea*, lib. III, De uoto, n. 8 (ed. Lugduni 1556, f. 261ra) : « nec uotum peregrinationis potest unus (coniugum) facere sine consensu alterius, argu. XXVII, q.II, *Si tu*; XXXIII, q.V, *Quod Deo.* — Fallit hoc in uoto transmarino, quod maritus preter uoluntatem uxoris potest emittere; uxor tamen ut consentiat est attentius admonenda, c. eodem *Ex multa* § *Quod autem*. Et que non uult remanere, sequatur uirum suum, c. eodem, *Quod super his*, § fin. [Friedberg, II 594] »; Thomas, *In IV Sent.*, d.32, q.1, a.4, arg.1 (ed. Piana, VII 2, f. 167rb D) : « licitum est etiam uiro uxore prohibente accipere crucem in subsidium terre sancte »; ad 1 (f. 167va) : « satis probabile est quod uxor debet uelle continere ad tempus pro subueniendo necessitati Ecclesie generalis, et ideo in fauorem negotii pro quo crux sibi datur institutum est quod uir possit absque consensu uxoris crucem accipere ... nec tamen in hoc omnino subtrahitur mulieri ius suum, quia uxor potest eum sequi ... ». Postquam in suo Sententiarum commentario Bonauenturam fere secutus est Thomas, hic quaestionem cautius soluit, u. 30 : « non est ei consulendum ». 12 Augustinus : Ex Gratiano, *Decretum*, II P., Causa XXVI, q.II, c. 24 (Friedberg, I 1070) : « Item Augustinus de adulterinis coniugiis : Si tu abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et peccatum illius tuae inputabitur abstinentiae », cum adn. 255a in Friedberg : (Augustinus ... coniugiis) *« imo ex apocrypha Hom. 1 Joannis Chrysost. in Psalm. 50 »* (cf. P.G., 55, 574, 10-7 ab imo; *Clauis Patrum Graecorum*, n. 4544). 21 Mathei XV : 5-6. 26 I ad Corinthios XI : 3.

religiosus teneatur obedire prelato suo precipienti ei in uirtute obediencie quod reuelet ei crimen fratris occultum; secundo circa dispensationem, utrum Papa possit dispensare in bigamia; tercio circa excommunicationem, utrum aliquis teneatur uitare excommunicatos illos de quorum excommunicatione etiam inter peritos est diuersa sentencia, quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse et aliis non esse; quarto circa collationem beneficiorum, utrum prelatus ecclesie licite possit dare beneficium consanguineo suo ydoneo existenti, si equa facilitate occurrat ei alius magis ydoneus.

<Q. 8, a. 1 [12]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod subditus non teneatur obedire prelato precipienti reuelationem criminis occulti.

Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio; set occulta non subduntur iudicio humano, set soli iudicio diuino; ergo circa eorum reuelationem nullus tenetur obedire prelato precipienti.

Set contra est quod prelatus in capitulo religiosis potest precipere id de quo iudex secularis uel ecclesiasticus potest exigere iuramentum; set quandoque iudex secularis uel ecclesiasticus exigit iuramentum ab aliquo ut reuelet id quod scit de aliquo occulto, ut dicit quedam decretalis de purgationibus; ergo, pari ratione, prelatus in capitulo potest religiosis precipere in uirtute obediencie ut dicant ei si quid sciunt de aliquo crimine occulto.

Responsio. Dicendum quod peccatum dupliciter potest esse occultum.

Vno modo simpliciter, ita scilicet quod ad multorum noticiam nullo modo peruenit, et tale peccatum occultum nocet soli facienti. Et ideo qui tale peccatum occultum fratris scit, solum hoc debet intendere ut fratris peccantis salutem procuret. Vnde institutum est a Domino ordo correctionis fraterne, ut primo quidem corripiat aliquis fratrem occulte peccantem *inter* se *et ipsum solum*, postmodum adhibeat *duos* uel tres testes, et tunc tandem, si non corrigatur, dicat *ecclesie*. Contra quem ordinem si prelatus precipiat ut peccatum fratris occultum ei dicatur, non est obediendum, et ipse peccat precipiendo, quia *oportet Deo magis quam hominibus obedire*.

Si autem peccatum fratris non sit adeo occultum quin per aliquas suspiciones in multitudinis noticiam ueniat, unde multorum scandalum oriatur, iam peccatum non solum nocet illi, set multis; et quia bonum multitudinis prefertur bono unius, ideo prelatus debet disquirere uerita-

Φ (pecia 7) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(Ba*^{1}*)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ* *(C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 11 prelato suo] *inu.* Ψ* *(cf. Préf., p.* 131*b) 30 soli] solum Ψ*(- *O*^{5}*)* 33-34 religiosis (*cf.u.* 40)] religiosorum Φ *(cf. Préf., p.* 131*b) 51 fraterne] *om.* Ψ*

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ* *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 57 et ipse *Incipit pecia 8*^{a} *in* Φ 60 quin *P, Ba*^{1}*EP*^{1}*P*^{9} : quin et *O, Ba, sec.m.* P^1 : et V^4 : *obsc. As* : set Ψ* *(cf. Préf., p.* 134*b) 62 illi] uni *As*

A.12 Parall. : *In IV Sent.*, d.19, q.2, a.3, qla 1, ad 2 et ad 5; *Quodl. XI*, q.10, a.2 [13]; *Quodl. I*, q.8, a.2 [16]; *De secreto* (ed. Leon., t. XLII, p. 487-488); *Q. de corr. fraterna*, a.2, arg.13 et ad 13; *II*^{a} *II*^{ae}, q.33, a.7, arg.5 et ad 5; a.8, ad 1; q.70, a.1. 29-30 occulta — diuino : Cf. *Decretum*, I P., d.32, c. 11 Erubescant (Friedberg, I 120) : « De manifestis quidem loquimur; secretorum enim cognitor et iudex est Deus »; II P., Causa II, q.V, c. 20 Consuluisti (Friedberg, I 463) : « Occulta uero et incognita sunt illi relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum »; *Decretales Gregorii IX*, Lib. V, tit. III, c. 33 (Friedberg, II 763, u. 13-15) : « si excessus eorum esset Ecclesiae manifestus, quae non iudicat de occultis, poena essent canonica feriendi »; c. 34 (ibid., u. 18) : « nobis datum est de manifestis tantum iudicare ». 38-39 quedam decretalis de purgationibus : Non inuenitur in *Decretales Gregorii IX*, Lib. V, tit. XXXIV, De purgatione canonica (Friedberg, II 869-877). In locis parallelis (cf. praecipue *Q. de corr. fraterna*, a.2, ad 13, nec non supra *Quodl. XI*, a.13 et *Quodl. I*, a.16) loquitur Thomas de modis procedendi in iudiciis; attamen, ipsa lex excipit ut de occultis iuramentum non exigitur, *Decretales Gregorii IX*, Lib. V, tit. 1, c. 17 Qualiter (Friedberg, II 739) : « iurent ... quod super his quae sciunt ... *exceptis occultis criminibus*, meram et plenam dicant ueritatem ». 43-44 peccatum — occultum : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, Lib. III (ed. Ribaillier, p. 1041, 62-64) : « Si peccatum occultum, hoc contingit tripliciter. Est enim occultum, si solus Deus scit; et est occultum, si tu solus scis; et est occultum, si pauci sciunt »; Humbertus de Romanis, *Expositio regule beati Augustini*, c. 97 (ed. J. J. Berthier, Romae 1888, p. 304) : « Sed queret aliquis ... An liceat culpam fratris indicare prelato uel fratribus aliquibus uel in capitulo proclamare publice, non premissa secreta admonitione? Videtur quod non, quia dicunt iura quod denuntiationem precedere debet caritatiua admonitio ... »; (p. 306) : « Ad questionem ergo propositam responde sic et distingue, quia culpa uel est manifesta uel occulta. In primo casu non requiritur quod fiat secreta correctio ... In secundo casu iterum distingue, quia culpa occulta aut est de minimis, aut de maioribus que habent infamiam secum. In primo casu non requiritur etiam admonitio secreta. In secundo casu iterum distinguitur, quia aut presumitur quod prosit correctio secreta sufficienter, et tunc non potest sine peccato dimitti; aut non presumitur, et hoc iterum dupliciter, quia uel presumitur quod non prosit sufficienter, et tamen non est occasio mali, et tunc potest et dimitti et fieri; uel presumitur quod sit occasio mali, et tunc potest et debet dimitti. — Ad illud quod in contrarium dictum est, quod denuntiationem precedere debet caritatiua admonitio, dicendum est quod hoc, licet sit uerum in genere, tamen habet exceptiones in casibus, sicut et alie multe regule generales, quia precepta affirmatiua non obligant in omni casu, set in casu oportuno ». 50 a Domino : In *Matthaei eu.*, XVIII, 15-17 58 oportet — obedire : *Actuum* V, 26 : « Oboedire oportet Deo magis quam hominibus ».

tem de facto, ut scandalum multitudinis sedet uel per penam peccantis uel per eius excusationem. Et ideo in tali casu potest precipere scienti crimen fratris quod manifestet, et ille cui precipitur tenetur prelato obedire. Sic enim cum non sit omnino occultum crimen, pertinet ad iudicium prelati. Et in hoc casu loquitur decretalis, non autem in primo.

Vnde patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [13]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Papa non possit dispensare in bigamie irregularitate.

<1> Non enim potest ab homine dispensari in hiis que sunt *diuinitus* instituta, ut Bernardus dicit in libro De dispensatione et precepto; set doctrina Apostoli, in qua continetur quod bigamus non promoueatur, ut patet I ad Timotheum III et Titum I, est diuinitus promulgata, secundum illud Apostoli, II ad Timotheum ultimo : *An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus?*; ergo Papa non potest cum bigamis dispensare.

Set contra est quod in Decretis, d. L, dicitur quod Papa cum quodam bigamo dispensauit.

Responsio. Dicendum quod Papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia, ita scilicet quod quecunque sunt instituta per ecclesiam uel ecclesie prelatos sunt dispensabilia a Papa : hec enim sunt que dicuntur esse iuris humani uel iuris positiui; circa ea uero que sunt iuris diuini uel iuris naturalis, dispensare non potest, quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Ius autem diuinum est quod pertinet ad legem nouam uel ueterem. Set hec est differencia inter legem utramque, quod lex uetus determinabat multa tam in preceptis cerimonialibus pertinentibus ad cultum Dei quam etiam in preceptis iudicialibus pertinentibus ad iusticiam inter homines conseruandam, set lex noua, que est lex libertatis, huiusmodi determinationes non habet. Set est contenta preceptis moralibus naturalis legis et articulis fidei et sacramentis gracie, unde et dicitur lex fidei et lex gracie, propter determinationem articulorum fidei et efficaciam sacra-

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 65 sedet] cedet *Ba, LiAn* : sedat P^9 : cesset O^5, *Ed*^{4ss} *(sed cf. II*^{a} *II*^{ae}, q.43, a.8 : « uel aliter scandalum sedandum » ; q.66, a.5, ad 3 : « ut scandalum ... sedetur » ; *In Iohannis eu.*, VI, lect. 8, intr. : « Dominus sedat scandalum discipulorum » ; in uersic. 62 : « ad sedandum scandalum ») 70 pertinet] pertineret Φ 72 autem] quod $C^bO^5LiWF^1$ *: om.* N^aAn

3 in bigamie] in bigamis $C^bLiM^7F^1F^2$: cum bigamis in N^a : cum bigamis de O^5 : in bigamia M^1M^3 7 et] a Φ (et *rest. sec.m.* P^1) 11 ad Timotheum] Corinthiorum N^a : ad Corinthios *Ed*^{20} *(cf. app. fontium)* 27 legem utramque] *inu.* Ψ quod] quia *O*, Φ^{2b}(- *E*)

A.13 Parall. : *In IV Sent.*, d.27, q.3, a.3. — De hac quaestione controuersia fuerat inter iuristas, cf. Henricus de Segusio, Card. Hostiensis, *Summa aurea*, Lib. I, De bigamis non ordinandis (ed. Lugduni 1556, f. 60vb) : « Et an cum bigamo ualeat dispensari? Non uidetur, quia contra Apostolum est [*Decretales Gregorii IX*, Lib. I, tit. XXI, c. 2] *Super eo*, et c. *Nuper* etc., circa finem [Friedberg, II, 146 et 147]. — Set contra [*Decretum*], XXXIII dist., [c. 18] *Lector* [Friedberg, I, 130]; L dist., [c. 56] *Quicunque* [Friedberg, I, 199]. — Solutio. Dispensare potest Papa, qui loco Petri successit, et ideo est maior Paulo in administratione [*Decretum*], XXI dist., § 1 et c. 1 *In nouo* [Friedberg, I, 69], et [Causa] II, q.VII, [c. 35] *Puto* [I, 494]. Nam, etsi Petrus hoc prohibuisset, tamen par in parem non habuit imperium [*Decretales Gregorii IX*, Lib. I, tit. VI] De electione, [c. 20] *Innotuit* [Friedberg, II, 62, u. 48-49]. — Alii dicunt contrarium. Vnde Martinus Papa qui dispensauit, in Decretis, c. *Lector* [Friedberg, I, 130], non fuit Martinus Papa, set Martinus capra. Ideo Nicolaus Furiosus [iurista Bononiensis, c. finem saec. XII] scripsit non sine furore quod si bigamus ex dispensatione ordinaretur, non reciperet characterem, sicut nec asinus, et est ratio quia, sicut oculum amissum non posset tibi Papa reddere, sic nec defectum sacramenti, quia facti cause infecte fieri non possunt [*Decretum*], [Causa] XXXII, q.V [c. 11] *Si Paulus* [Friedberg, I, 1135]; [*Digesta*, XLIX 15] *De captiuis et de postliminio* [ed. Mommsen, n. 12, p. 885b1-2] ... Set ubi de dispensatione agitur et queritur utrum ualeat, quantum ad Ecclesiam militantem, quis dubitabit de plenitudine potestatis, secundum quam Papa potest de iure supra ius ... ». — Quaestionem tractauerant etiam theologi, uelut Albertus, *In IV Sent.*, d.27, a.22 (ed. Borgnet, t. 30, p. 182-184); Bonauentura, *In IV Sent.*, d.25, a.2, q.3 (IV, p. 653-655). 6 Bernardus : *De praecepto et dispensatione*, III 6 (ed. Cist., t. III, p. 257-258) : « Necessarium deinde, quod inuiolabile nominaui, illud intelligo quod non ab homine traditum, sed *diuinitus* promulgatum, nisi a Deo qui tradidit, mutari omnino non patitur ... quae, etsi nullam prorsus humanam dispensationem admittunt ... ». 9-10 I ad Timotheum III : 2 « Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum ... ». 10 Titum I : 6 « Si quis sine crimine est, unius uxoris uir ... ». 11-12 II ad Timotheum ultimo : Immo II *ad Corinthios*, XIII 3. 15 in Decretis, d. L : *Decretum*, I Pars, d. L, c. 56 (Friedberg, I, 199) : « Quicumque penitens, quicumque bigamus, quicumque uiduae maritus ad sacram miliciam indebite et incompetenter irrepserit, hoc sibi condicione a nobis ueniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis in hoc quo inuenitur ordine perpetua stabilitate permaneat ». — Rectius ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.27, q.3, a.3, s.c. : « Set in contrarium est quod Lucius Papa dispensauit cum Panormitano episcopo, qui erat bigamus » ; iam Albertus, *In IV Sent.*, d.27, a.22, s.c. (30, p. 183a) : « Communiter dicitur quod Lucius Papa dispensauit cum Panormitano episcopo, qui fuit bigamus » ; communiter dicitur a iuristis : Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. III, tit. 3 (ed. Ochoa-Diez, c. 580, n. 3) ; Hostiensis, *Summa aurea, loc. laud.* (ed. Lugduni 1556, f. 60vb, u. 8 ab imo). 31-32 lex libertatis : Cf. *Epistula Iacobi*, I 25 : « in lege perfecta libertatis » ; II 12 : « per legem libertatis ».

mentorum; cetera uero, que pertinent ad determinationem humanorum iudiciorum uel ad determinationem diuini cultus, libere permisit Christus, qui est noue legis lator, prelatis ecclesie et principibus christiani populi determinanda. Vnde omnes huiusmodi determinationes pertinent ad ius humanum, in quo Papa potest dispensare; in solis uero hiis que sunt de lege nature et in articulis fidei et sacramentis noue legis dispensare non potest : hoc enim non esset posse *pro ueritate*, set contra *ueritatem*.

Manifestum est autem quod bigamum non promoueri neque est de lege nature neque pertinet ad articulos fidei neque etiam est de necessitate sacramenti (quod patet ex hoc quod si bigamus ordinetur, recipit ordinis sacramentum), set hoc pertinet ad quandam determinationem diuini cultus. Vnde circa hoc potest Papa dispensare, licet dispensare non debeat nisi ex magna et euidenti causa, sicut etiam posset dispensare circa hoc quod aliquis sacerdos non indutus uestibus sacris consecraret corpus Christi. Et eadem ratio est de omnibus aliis huiusmodi, que ex institutione humana processerunt.

Ad primum ergo dicendum quod Apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit : quedam quidem sicut promulgans ius diuinum, sicut illud quod habetur Galatarum V : *Si circumcidimini, Christus uobis nichil proderit*, et multa alia huiusmodi, et in hoc Papa non potest dispensare; quedam uero sicut propria auctoritate aliqua statuens : nam ipse dicit, I ad Corinthios XI : *Cetera, cum uenero, disponam*; et infra, XVI, mandauit ut collecte *que fiunt in sanctos, per unam sabbati* fiant, quod non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiam quod dicit de bigamo non promouendo, non est iuris diuini, set institutio auctoritatis humane diuinitus sibi concesse.

<Q. 8, a. 3 [14]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod non debeant uitari illi excommunicati circa quorum excommunicationem sapientes contraria opinantur.

Quia, secundum iura, episcopus non potest auferre beneficium, quod clerico concessit, sine culpa; set non minus debetur communio fidelium cuilibet fideli quam beneficium clerico sibi ab episcopo collatum; ergo nec communio fidelium est alicui subtrahenda sine culpa. Set quando dubitatur an causa subsit, promptior debet esse animus boni uiri ad interpretandum in mitiorem partem. Ergo, ex quo dubitatur de excommunicatione aliquorum, magis debet aliquis pro hoc stare quod non sunt excommunicati, et ita non debet eos uitare.

Set contra est quod, si aliquis percussus in

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*Q*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 51-52 si bigamus] *inu.* Ψ (si *om. As, M*^{7}) 56 posset] possit Ψ(- *E* : posset *rest. sec.m. P*^{1}) 57 indutus] induens (*uel* indicens) Φ(- *P* : indutus *rest. sec.m. P*^{1}) 74 sibi] omni Φ^1 : homini Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 134*b)

3-4 circa quorum excommunicationem] de quorum excommunicatione Ψ 16 pro (*scr.* : per *codd*) hoc stare Φ : presumere uel pro (per) hoc stare Ψ (uel pro hoc stare *om. N*^{a}*Li*); *cf. Préf., p.* 134*b

46-47 posse — ueritatem : Cf. *II ad Corinthios*, XIII 8 : « Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate ». 64 Galatarum V : 2 (Si circumcidamini ...; ed. Wordsworth-White, t. II, p. 393). 68 I ad Corinthios XI : 34. 69 infra, XVI : *I ad Cor.*, XVI 1-2.

A.14 7-8 sine culpa : Id est, nisi ipse clericus culpam commiserit; cf. *Decretales Gregorii IX*, Lib. V, tit. I, c. 12 *Si constiterit*, in fine (Friedberg, II 735) : « Ceterum si eidem *D.* fuit ecclesia ipsa canonice concessa et tradita, et postea de crimine aliquo non fuit conuictus, propter quod de iure debeat spoliari, uel post appellationem, sicut aliquando allegauit, ecclesia illa fuerit spoliatus, ipsam ei faciatis restitui et in pace dimitti ». 12 an causa subsit : Cf. supra, *Quodl. II*, q.8, a.2 [16], ad 2, 102. 13 boni uiri : Voce « bonus uir » iam usus erat Thomas, *Quodl. II*, q.5, a.2 [10], ex Cicerone (cf. adn. ad hunc art. 10, u. 21); qua uoce ipse Cicero reddiderat uerbum graecum σπουδαῖος, quo usi erant Stoici ad designandum non illum perfectum Sapientem, qui uix exsistit, sed hunc sapientem secundi ordinis, qui saec. XVII Gallice uocabatur « l'honnête homme ». 13-14 ad interpretandum in mitiorem partem : Quod, secundum Ciceronem, ipse Cato fecisset, si non Sapiens, sed uir bonus tantum esse uoluisset : « mitiorem in partem interpretarere » (*Pro L. Murena*, xxxi 64; *Discours*, t. XI, Coll.... Budé, Paris 1967, p. 70). Dominus ipse praecepit ut dubia « in meliorem partem interpretemur », secundum Augustinum, *De sermone Domini in monte*, II, 18,59 (CCSL 35, p. 154, 1353-1354), e quo pendent Beda, Rabanus Maurus, Florus (laud. ibid., in adn.), *Glosa ord.* (in *Rom.*, XIX 3, t. IV, p. 302), *Glosa* Petri Lombardi (P.L. 191, 1512), *Decretales* (lib. V, tit. XLI, c. 2, Friedberg, II 927) et ipse Thomas, *II*^{a} *II*^{ae}, q.60, a.4. 18-21 si — secundum iura : Cf. Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, Lib. II, tit. I, De homicidio (ed. Veronae 1744, p. 144; ed. Ochoa-Diez, c. 448-449) : « Quid, si plures inter se rixati sunt uel in conflictu fuerunt et aliquis est ibi interfectus nec apparet a quo uel ex cuius uulnere; numquid omnes iudicabuntur homicide uel irregulares, uel nullus?... Quantum ad irregularitatem autem, dico quod omnes indistincte repellendos qui fuerunt ex parte iniuriantium, et etiam omnes qui fuerunt ex parte illorum quibus fiebat iniuria, si clerici erant et ibi mouerunt arma. [*Decretum*, I Pars], d. LI, c. [4] *Si quis post acceptum* [Friedberg. I, 204]; Extra. *De clerico percussore* [*Decretales Gregorii IX*, lib. V, tit. XXV, c. 3], *Presentium*; [c. 4] *Continentia* [Friedberg, II, 826] »; tit. II, *De torneamentis* (ed. Veronae 1744, p. 154; ed. Ochoa-Diez, c. 457-458) : « Quid de militibus qui interfuerunt ibi, neminem tamen occiderunt? Quid etiam de

bello moriatur, si ignoretur quis eum percusserit, propter dubium quilibet qui bello interfuit, irregularis habetur secundum iura; ergo a simili uidetur quod, ex quo dubium est de aliquibus an sint excommunicati, quod propter maiorem cautelam sunt uitandi.

Responsio. Dicendum quod dubitatio de excommunicatione aliquorum aut precedit sententiam iudicum aut sequitur.

Si precedit, puta cum nondum est declaratum per iudicum consensum aliquos esse excommunicatos, non sunt uitandi, quousque certo iudicio terminetur. In hoc enim casu uerum est quod in mitiorem partem interpretari debemus. Vnde et Deuteronomii XXVII dicitur : *Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris... et iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari... uenies ad sacerdotes... et ad iudicem... queresque ab eis... et facies quodcunque dixerint.*

Set, si ambiguum oriatur post concordem iudicum determinationem, magis standum est sententie iudicum, duplici ratione. Primo quidem, quia iudices sollicitius discutientes negocium, plenius possunt percipere ueritatem, etiam si sint minus periti, quam alii qui perfunctorie consuluntur et extraordinarie. Secundo, quia hoc esset in magnum nocumentum utilitatis communis status hominum, si sentencie non staretur, set quilibet pro suo libitu uellet sentencie calumpniam ingerere, quia sic litigia essent interminabilia. Et ideo in tali casu magis est standum sentencie iudicum, nisi forte sit per appellationem suspensa.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 4 [15]>

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod prelatus ecclesie non possit ecclesie curam committere suo consanguineo, quamuis ydoneo, postposito meliori.

<1> Pater enim sue filie querit sponsum quam maxime potest ydoneum, et sponsus sue sponse querit fidelissimum custodem pro posse; set maior prelatus ad ecclesiam sibi subiectam comparatur uel sicut pater ad filiam uel sicut sponsus ad sponsam; ergo debet ei de persona ydonea prouidere quantum melius potest.

<2> Preterea. Iohannes euangelista maxime fuit ydoneus et tamen, quia consanguineus Christi erat secundum carnem, pretulit ei Petrum in regimine ecclesie; ergo etiam prelatus, si habeat consanguineum eque ydoneum, non debet ei prouidere in ecclesia magis quam alii eque ydoneo, multo igitur minus si sit minus ydoneus.

Set contra est quod secundum ordinem rectum caritatis homo plus debet diligere sibi magis coniunctos; set hiis quos magis ex caritate diligi-

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 20 bello] in bello *OP, V*^{4}*, F* 28 cum] si Ψ : *om. Ba* (*qui pro* nondum *hab.* dum non) 33 XXVII *codd* : XVII *corr. sec.m. P*^{1}*; cf. app. fontium* 34 apud te iudicium] iudicium apud te (a potestate *F*) Ψ 34 esse] *om. As, primo* O, Ψ 35 uerba] *om.* Ψ (sententiam *suppl. N*^{a}) 36 iudicem] iudices Ψ 43 consuluntur *P*, Ψ : consistuntur *AsO* : constituuntur *Ba, sec.m. P*^{1} : diuersuntur *? P*^{9} : *lac. Ba*^{1}*EV*^{4} 48 interminabilia] indeterminabilia Ψ(- *M*^{7}*W, SlAnV*^{1} : innumerabilia *M*^{1}*M*^{3})

7 quam maxime potest *scr.* : quem magis potest *codd (cett), Ed*^{2} : quam magis potest *N*^{a}, *? sec.m. P*^{1}, *Ed*^{4ss} : quem magis putat *O*^{5}, *M*^{1}*M*^{3} 16-19 etiam — ydoneus] etc. *N*^{a} 16-17 si habeat] non habet *C*^{b} : cum non habeat *O*^{5} : habens *F* : si habet *LiM*^{7}*WF*^{1}*F*^{2}*SlAnV*^{1} : si habuerit *M*^{1}*M*^{3} 18 magis in ecclesia *tr.* Φ^{2b}(- *E* : magis quam alii in ecclesia *V*^{4}) 22-23 diligimus] + et Φ

his qui interfuerunt exercitibus et bellis, nunc uolunt promoueri ad ordines, numquid poterunt? Ad hoc dicas quod si interfuerunt bello licito nec ibi occiderunt aliquem, nec mutilauerunt, poterunt promoueri, si alias sunt idonei. Si uero in bello illicito et homines sunt ibi occisi, etiam si non per istos, eis imputatur propter culpam precedentem, et ita non poterunt promoueri. [*Decretum*, Causa] 15, q.1, c. ult. [13; Friedberg, I, 749]; [Causa XXXIII, q.III] *De penitencia*, d.1, [c.9, Gratianus] *Is qui cum telo* [Friedberg, I, 1160]»; Henricus de Segusio, Card. Hostiensis, *Summa aurea*, Lib. V, De homicidio (ed. Lugduni 1556, f. 359vb) : «Quid ergo si quis in rixa mortuus fuerit et nescitur quis interfecerit, numquid omnes rixantes iudicabuntur homicide?... Sed numquid omnes hi sunt irregulares et ab ordinibus repelluntur? Videtur quod sic, quia omnes homicide iudicandi sunt, ad minus quo ad promotionem et ordines, indistincte, propter incertitudinem. Argumen. [*Decretum*, Causa] XXIII, q.ult. [VIII], c. ult. [34], *Si quatuor* [Friedberg, I 965]; [Digesta, IX 2], *Ad legem Aquiliam* [n. 11], *Item Mela*, § [2] *Sed si plures* [ed. Mommsen-Krueger, p. 157a]; et [IX 3] *De his qui deiecerint et effuderint*, l. II, § ult. et l. seq. [p. 163] «... nec dicas aliud secundum canones, immo idem...». 33 Deuteronomii XXVII : Immo XVII, 8-10 (*Biblia sacra*, t. III, p. 441).

A.15 Parall. : *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. VI*, q.5, a.3 [9]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.63, a.2; q.185, a.3. 8 fidelissimum custodem : Qualis fuit ille miles qui, anno 1250, rege Ludouico capto, reginam Margaritam in Damiata custodiuit, ut refert Joinville, *Histoire de saint Louis*, c. LXXXVIII, § 397 (ed. N. de Wailly, Paris 1906, p. 166) : «elle fesoit gesir devant son lit un chevalier ancien de l'aage de quatre-vins ans, qui la tenoit par la main. Toutes les fois que la royne s'escrioit, il disoit : Dame, n'aiés garde; car je suis ci». 22-24 set — crescat : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, IX, 1169a32-34, a Roberto Grosseteste transl., cum comm. Thomae, *In Eth.*, IX 9, 194-199 (ed. Leon., t. XLVII 2, p. 523).

mus, magis debemus prouidere unde eorum meritum crescat; cum igitur ex bona dispensatione ecclesie crescat meritum bene administrantis, uidetur quod prelatus magis debeat suis quam extraneis prouidere, etiam si sint minus ydonei.

Responsio. Dicendum quod aliter est dicendum de consanguineo prelati eque ydoneo et aliter de minus ydoneo.

Si enim sit eque ydoneus, potest prelatus suum consanguineum preferre (nisi forte ex hoc scandalum oriatur, uel aliqui exinde malum exemplum accipiant, ut probabiliter presumi possit quod alii prelati hoc exemplo inducantur ad dandum suis consanguineis etiam minus dignis). Et hoc ideo quia, ex quo nichil deperit utilitati ecclesie dum eque ydoneo prouidetur, licet circa huiusmodi prouisionem etiam amori naturali satisfacere, qui non est contrarius caritati, set magis caritate informatur. Et hoc significatur Genesis XLVIII, ubi Pharao dixit ad Ioseph de fratribus suis : *Si nosti in eis uiros industrios, constitue* eos *magistros pecorum meorum.*

Si uero sit minus ydoneus consanguineus prelati, non debet eum preficere ad curam ecclesie, postposito meliori, duplici ratione. Primo quidem, quia hoc uidetur esse contra fidelitatem quam in bono dispensatore Dominus requirit : non enim faceret fideliter negocium alicuius domini qui posset rem eius meliorare, si hoc pretermitteret ut suis consanguineis satisfaceret. Secundo, quia hoc uidetur ad personarum acceptionem pertinere, que consistit in hoc quod aliquis accipit pro causa condicionem persone que non facit ad negocium, sicut si aliquis daret sentenciam pro aliquo quia diues est et non quia iusticiam habet, que est condicio faciens ad negocium; esse autem consanguineum non est aliqua condicio pertinens ad curam ecclesie, que non obtinetur iure sanguinis, set diuino munere. Esset autem condicio faciens ad negocium circa dispensationem patrimonialium bonorum; unde, si episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat suo consanguineo minus ydoneo, non est acceptio personarum. Set si ratione consanguinitatis magis ei prouideat in patrimonio Crucifixi, non caret uitio personarum acceptionis. Quam Augustinus dicit esse in ecclesiasticis gradibus dispensandis, exponens illud quod habetur Iacobi II : *Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Ihesu Christi.* Ieronimus etiam dicit, et habetur VIII, q. I : *Extraneus* ex *alia tribu* a Moyse *eligitur... ut* significaret *principatum in populos non sanguini deferendum esse, set uite. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, ut non querant eos in ecclesie columpnas erigere quos plus cognoscant ecclesie prodesse, set quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti.*

<Questio 9>

Deinde quesitum est de actibus qui possunt ad omnes homines pertinere; et primo de actibus pertinentibus ad uim intellectiuam; secundo de actibus pertinentibus ad uim appetitiuam.

Circa primum quesita sunt tria : primo, utrum possit aliquis sine peccato appetere scire sciencias magicas; secundo, utrum enunciabile quod semel est uerum, semper sit uerum; tercio, utrum magister determinando questiones theologicas magis debeat uti ratione uel auctoritate.

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 32-33 scandalum ex hoc *tr.* Ψ (ex scandalum *?W*) 38 dum] cum Φ, M^7 : *om. W* 42 XLVIII (48 N^a)] XVIII *O*, Ba^1 : XLIII *Ba, sec.m.* P^1 : XLVII *An*, Ed^1, Ed^3, Ed^{31ss} 46 preficere] preferre Ba^1, O^5 48 quia] *om.* Φ *(suppl.* Ed^{10ss}*)* 54 que] si Φ^1 : non *Ba* 69 esse] *om.* Φ (cauendam *suppl. sec.m. Dl*) 74 significaret] signaret *AsP*, Ba^1P^1, M^7 *: obsc.* (sig^{a}ret *uel* sig^{ret}) *O*, *BaEV*^{4}, *FW* 75 deferendum] differendum Φ(- EV^4) 77 erigere $C^bO^5WF^1F^2M^1M^3Sl$: exigere M^7 : eligere Φ, $N^aFLiAnV^1$ 77-78 cognoscant] cognoscunt *As*, Ψ

42 Genesis XLVIII : Immo XLVII 6 (*Biblia sacra*, t. I, p. 371; nosti + esse — eos : illos). 48-49 fidelitatem — requirit : Cf. *Lucae eu.*, XII 42 : « Quis, putas, est fidelis dispensator quem constituit Dominus super familiam suam ». 62-66 Esset — personarum : Cf. Albertus, *Summa theologie*, II P., tr. XXI, q.130 (ed. Borgnet, t. XXXIII, p. 431b) : « In patrimonialibus autem bonis preponendus est magis coniunctus sanguine minus coniuncto; et hoc non est personarum acceptio, set iusticie ordo ». 69 Augustinus : Cf. supra, *Quodl. VI*, a.9, u. 30-36, cum adn. 71 Iacobi II : 1. 72 Ieronimus : *In ep. ad Titum*, I 5 (P.L., 26, 562 B), quem tamen laud. Thomas ex *Decreto* (adn. inseq.) 73 VIII, q.I : *Decretum*, II Pars, Causa VIII, q.1, c. 6 (Friedberg, I 591) : « Moises amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, potuit utique successores principatus filios suos facere, et posteris propriam relinquere dignitatem; sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed uitae. Ac (*uar.* At) nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium (*uar.* beneficio) facere, ut non querant eos in ecclesia columpnas erigere (*uar.* eligere) quos plus cognoscant ecclesiae prodesse, sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, et, ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent muneribus inpetrarunt ». Verba *Decreti* a Thoma liberius laudata correxerunt uel suppleuerunt non nulli codices, uelut : u. 74 eligitur + Ihesus *mg. sec.m.* V^1; u. 74 significaret : sciremus *mg. sec.m.* V^1 : u. 79 deliniti + uel pro quibus — inpetrarunt *mg. sec.m.* V^1, *Dl.*

<a. 1 [16]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod homo sine peccato possit appetere scire sciencias magicas.

<1> Non enim est peccatum appetere illud per quod ponitur intellectus hominis in optimo; set per quamlibet scienciam ponitur intellectus hominis in optimo, quia uerum est bonum intellectus, ut dicitur in VI Ethicorum, sciencia autem uerorum est; ergo homo potest licite appetere scire quamcunque scienciam, et ita sine peccato potest homo appetere scire sciencias magicas.

<2> Set contra. Prohibitio non est nisi de illicito; set sciencie magice sunt prohibite; ergo illicitum est appetere eas scire.

Responsio. Dicendum quod actus humanus potest dici bonus dupliciter: uno modo ex genere, alio modo ex circumstancia.

Ex genere quidem dicitur esse actus bonus ex eo quod actus cadit supra debitam materiam; debita autem materia appetitus est bonum; unde appetere quodcunque bonum, est bonum in genere. Omnis autem sciencia siue quecunque cognitio bonum aliquid est (alioquin Deus, cui nichil mali inest, non haberet omnem scienciam, tam bonorum quam malorum); unde appetere quamcunque scienciam uel noticiam quarumcunque rerum siue bonarum siue malarum, est bonum in genere.

Set tamen secundum diuersas circumstancias additas potest esse bonum uel malum. Et precipue hoc diuersificatur secundum intentionem finis: nam si aliquis appetat scire sciencias magicas ut eis utatur, est malum; si autem appetat eas scire ut eas confutet et reprobet, sic est bonum et licitum. Similiter etiam ex condicione persone potest hoc diuersificari, uel etiam ex modo appetendi: si enim aliquis sic appetat scire huiusmodi sciencias ut earum noticiam preferat aliis utilioribus rebus, inordinatus est appetitus, et similiter si sit talis persona ad quam non pertineat hoc scire, inordinate hoc appetit.

Ad primum ergo dicendum quod omnis sciencia ponit intellectum in aliquo sui bono, quia omne uerum est quoddam bonum intellectus, set non omnis sciencia ponit intellectum in sui optimo, set illa sola que est circa primam ueritatem. Nec etiam uerum est quod magice artes sint sciencie, set potius sunt quedam fallacie demonum.

Ad secundum dicendum quod huiusmodi artes sunt prohibite quantum ad suum usum. Si uero prohiberetur alicui etiam earum studium propter periculum utendi, tunc esset malum quia prohibitum.

<a. 2 [17]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non oportet enunciabile quod semel est uerum, semper futurum esse uerum.

<1> Si enim hoc esset uerum in aliis enunciabilibus, pari ratione hoc esset uerum in enun-

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 17 ponitur] apponitur *O*, Φ^{2b} 36 omnem *As, BaBa*^{1}, *N*^{a}*FM*^{1}*M*^{3}*V*^{1} : omnium *cett* (omnem *multi dett, uelut* Φ^{2Gg}, *Ed*^{2,4ss}) 45 eis] + etiam Φ^{2b}(- *E* : etiam *post* utatur *P*^{9} : *pro* etiam *hab.* autem *BaV*^{4} *: del. sec.m. V*^{4}); *cf. Préf., p.* 135*a 51 inordinatus est] *inu.* Ψ 60 sint] sunt Ψ(- *N*^{a}*F*) 64 alicui etiam] *inu.* Ψ (etiam *om. N*^{a})
6 esset] erit Ψ

A.16 Parall. : *In II Sent.*, d.7, q.3, a.2; d.39, q.1, a.2, arg.5 et ad 5; *In III Sent.*, d.35, q.2, a.3, qla 3 (praecipue sol., ed. Moos, p. 1205, n. 173); *C.G.*, III 104-107; *Comp. theol.*, I 136, 31-34; *Q. de pot.*, q.6, a.3 et 10; *I*^{a}, q.110, a.4, ad 2; *In Mathei eu.*, in IV 24 lunaticos; *II*^{a} *II*^{ae}, q.167, a.1, arg.1 et ad 1. — Cf. etiam supra, *Quodl. II*, a.13, u. 74, cum adn. 19-20 uerum est bonum intellectus : Adagium erutum ex Ar., *Eth. Nic.*, VI, 1139a27-28, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 254, 13-14), et a Thoma saepius laud., uelut : *In II Sent.*, d.39, q.1, a.2; *Q. de uer.*, q.1, a.10, ad 4 contra, u. 243-245; q.18, a.6, u. 188; *C.G.*, I 59, n. 5 (XIII, p. 168b3); II 84, n. 4 (p. 531a3); III 118, n. 5 (XIV, p. 368b18); *Q. de anima*, q.3, arg.1; *I*^{a}, q.94, a.4; *I*^{a} *II*^{ae}, q.5, a.4; q.57, a.2, ad 3; q.109, a.2, arg.3; *In Eth.*, I 12, 16-17; VI 3, 27; *II*^{a} *II*^{ae}, q.1, a.3, ad 1; q.4, a.5, ad 1; q.60, a.4, ad 2. 20-21 sciencia ... uerorum est : Cf. Ar., *Anal. post.*, II, 100b5-8, a Iacobo Veneto transl. (A.L., IV 1-4, p. 106, 17-20) : « Quoniam autem circa intelligenciam habituum, quibus uerum dicimus, alii quidem *semper ueri* sunt, alii autem recipiunt falsitatem, ut opinio et ratio, uera autem sunt semper sciencia et intellectus ... »; ueri simile est Thomam uerbum « ueri », qui est casus rectus pluralis (« des habitus *vrais* ») intellexisse ut casum genetiuum singularem (« des habitus *du vrai* »); unde : *In II Sent.*, d.39, q.3, a.2, arg.4 : « sciencia *semper uerorum* est, ut patet I Posteriorum »; *In III Sent.*, d.1, q.1, a.2 : « cum ... sciencia ... non sit nisi uerorum »; *C.G.*, I 63 : « sciencia ... solum uerorum est »; *I*^{a}, q.14, prol. : « sciencia uerorum est »; q.16, prol. : « sciencia uerorum est »; *In Eth.*, VI 8, 90-91 : « in sciencia non contingit esse peccatum, cum sit *semper uerorum* »; *In Post.*, I 44, u. 8-11 : « in prima agit de comparatione sciencie ad opinionem, que est uerorum et falsorum; in secunda de comparatione sciencie ad alios habitus qui sunt *semper uerorum* ». 59-61 Nec — demonum : Attamen earum fallaciarum potest haberi uera notitia, quae est bonum in genere, cf. u. 37-40.

ciabilibus de futuro; set in istis hoc non est uerum, quia, ut dicit Philosophus in II De generatione : *Futurus quis incedere, non incedet*; ergo non oportet enunciabile quod semel est uerum, semper esse futurum uerum.

<2> Preterea. Si partes sunt eedem, et totum est idem; set partes enunciabilis sunt predicatum et subiectum et compositio; ergo idem est enunciabile existente eodem predicato et subiecto et compositione; set taliter existente eodem enunciabili, contingit quod sit quandoque uerum et quandoque falsum, sicut hoc enunciabile : Sortem sedere, est uerum eo sedente et falsum eo non sedente, secundum illud Philosophi in Predicamentis : Ex *eo* quod *res est uel non est, oratio* est *uera uel falsa*; ergo enunciabile quod semel est uerum, non propter hoc semper est uerum.

Set contra. Ista enunciabilia : Sortem currere, et : Sortem cucurrisse, et : Sortem fore cursurum, non differunt nisi secundum diuersam consignificationem temporis; set diuersa consignificatio non tollit ydemptitatem nominis : idem enim nomen dicitur esse per omnes casus et in singulari et in plurali numero; ergo etiam predicta tria enunciabilia sunt unum enunciabile. Set si unum horum semel sit uerum, semper oportet quod aliquod eorum sit uerum, quia si semel est uerum quod Sortes currit, prius erat uerum quod Sortes curret et postea erit uerum quod Sortes cucurrit. Ergo si enunciabile aliquod semel est uerum, semper erit uerum.

Responsio. Dicendum quod huius dubitationis uis in hoc consistit ut sciatur utrum sit idem enunciabile quod est de presenti, preterito et futuro. Si enim hoc uerum sit, consequens erit quod enunciabile quod semel est uerum, semper erit uerum, licet forte hoc dubitationem aliquam habere possit circa enunciabilia de futuro contingenti; set hoc est altioris inquisitionis. Si uero sint diuersa enunciabilia de presenti, preterito et futuro (est autem idem enunciabile quod est de presenti, qualitercunque res se habeat), manifestum est quod idem enunciabile quandoque est uerum, quandoque falsum, secundum quod Philosophus dicit in Predicamentis quod eadem oratio et opinio quandoque est uera, quandoque falsa.

Ad cuius euidenciam sciendum est quod secundum Philosophum in I Peryermenias, tria quedam per ordinem inueniuntur : nam uoces sunt signa intellectuum, intellectus autem sunt rerum similitudines. Manifestum est autem quod unitas uocis significatiue uel diuersitas non dependet ex unitate uel diuersitate rei significate, alioquin non esset aliquod nomen equiuocum : secundum hoc enim, si sint diuerse res, essent diuersa nomina et non idem nomen. Dependet igitur unitas uel diuersitas uocis significatiue,

Φ (pecia 8) : Φ^{1} *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 11 futurum] *om.* Ψ 17-18 uerum ... falsum] *inu.* Ψ(- *F* : et quandoque uerum *om. N*^{a}*LiAn*) 22 semel] semper Φ(- *BaBa*^{1} : *om. E* : 22-23 semel — hoc *om. O*) 35 erit uerum] *inu.* Ψ(- *O*^{5}*W*) 43 hoc] homo Ψ dubitationem aliquam] *inu. O*^{2}*Ve*, Φ^{2bG}, Ψ : aliquam *om. V*^{6} 59 uocis significatiue] significate uocis Ψ *(inu. M*^{7}*W)*

A.17 Parall. : *In I Sent.*, d.41, q.un., a.5; *In III Sent.*, d.24, q.un., a.1, qla 2, ad 5; *Q. de uer.*, q.1, a.6, arg.6 et ad 6; q.14, a.12; *I*^{a}, q.14, a.15, ad 3; *II*^{a} *II*^{ae}, q.1, a.2. — De usu axiomatis « semper esse uerum, quod semel est uerum » (Iohannes Saresberiensis, *Metalogicon*, IV 32, u. 24, CCCM 98, p. 169) in quaestionibus theologicis de immutabilitate scientiae Dei et de immutabilitate fidei, egregie scripsit M.-D. Chenu, *Contribution à l'histoire du traité de la foi. Commentaire historique de la II*^{a} *II*^{ae}*, q.1, a.2*, in *Mélanges thomistes* (Bibl. thomiste III), Paris 1934, p. 122-140; *Grammaire et théologie aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, in *Arch. hist. doctr. litt. M.A.*, t. X (1935-36), p. 5-28 (ex parte, quo ad saec. XII, retract. in *La théologie au douzième siècle*, Paris 1957, p. 90-107); attamen hi loci adlati hodie legendi sunt : Aristoteles, *Cat.*, 4a22-28, non in P.L., 64, 198 B-C (quae translationem Boethii praebet saec. XVI correctam), sed in A.L., I, 1-5 (p. 12, p. 53, uel etiam p. 91-92); Iohannes Saresberiensis, *Metalogicon*, III 2 (ed. J. B. Hall, CCCM 98, p. 105-109, praesertim p. 106-107, u. 29-47); Petrus Abaelardus, *Theologia Scholarium*, III, n. 61-64 (CCCM 13, p. 526-527); Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, Lib. I, tr. IX, c. 2 (ed. Ribaillier, t. I, p. 180-181); Lib. III, tr. I, c. 3, q.9 (ed. Ribaillier, t. III 1, p. 47, u. 139-146); tr. XII, c.7, q.2 (ibid., p. 219-222); Philippus Cancellarius, *Summa de bono* (ed. N. Wicki, Pars posterior, p. 614-618). Recentiora studia recensuerunt I. Yukio et S. Ebbesen, in *Vivarium*, XXX (1992), p. 207, adn. 65. 8-9 Philosophus in II De generatione : Ar., *De gen. et corr.*, II, 337b7, ab Anonymo transl. (A.L., IX 1, p. 78, 6-7) : « futurus enim utique incedere quis, non incedet ». 14 compositio : Vt recte adnotat Nicolaï in *Ed*^{30}, uerbum « compositio » hic idem ualere uidetur ac « copula » (uerbalis, quo uerbo in hoc sensu sexies tantum usus est Thomas, cf. adn. ad Thomam, *In Peryerm.*, II 2, 34-52, in ed. Leon., t. I* 1, p. 87-88); eundem sensum habere uidetur uerbum « compositio » in *C.G.*, I 36 : « Et ideo rei unitatem proponit per compositionem uerbalem, que est identitatis nota, cum dicit : Deus est bonus ». 20-21 in Predicamentis : Ar., *Cat.*, 4b8-10, a Boethio transl., A.L., I 1-5, p. 13, 9-10 : « Eo enim quo res est uel non est, eo oratio uel uera uel falsa dicitur (cf. p. 54, 6-7; p. 92, 18-19); cf. etiam 14b21-22 (ibid., p. 38, 14; p. 76, 19-20; p. 115, 1-2). 45 altioris inquisitionis : Cf. ipse Thomas, *In Peryermenias*, I 13-14. 51 in Predicamentis : Ar., *Cat.*, 4a36-b2, a Boethio transl., A.L., I 1-5, p. 13, 1-3 : « oratio enim permanet eadem sedere aliquem, re uero mota aliquotiens quidem uera fit aliquotiens falsa; similiter autem et in opinione » (cf. ed. composita, p. 53, 24-27; translatio Guillelmi, p. 92, 9-12 : « oratio quidem enim permanet eadem sedere quendam, re autem mota quandoque quidem uera, quandoque autem falsa fit; similiter autem et in opinione »). 55 in I Peryermenias : Cf. Ar., *De interpretatione*, 16a3-8, cum comm. Thomae, *In Peryermenias*, I 2.

siue complexe siue incomplexe, ex unitate uel diuersitate uocis aut intellectus, quorum unum, scilicet uox, est signum et non significatum [tantum], intellectus autem signum et significatum [sicut res]. Potest igitur nomen uel enunciabile esse aliud et aliud, uel propter diuersitatem uocis tantum, sicuti est in synonimis in quibus est diuersa uox set idem significatum omnino, uel etiam cum diuersitate uocis potest esse diuersitas intellectuum, siue propter diuersitatem rei intellecte, siue propter diuersitatem modi intelligendi. Et hoc contingit quandocunque est diuersitas consignificationis, que consequitur diuersum modum intelligendi unam et eandem rem, et precipue hoc apparet in tempore, quod per se amiscetur operationi intellectus humani componentis et diuidentis, ut dicitur in III De anima.

Et ideo dicendum quod non est idem enunciabile Sortem sedere, et Sortem sedisse uel sessurum esse; set Sortem sedere est idem enunciabile, quia est eadem uox et idem modus significandi. Et ideo patet quod idem enunciabile potest quandoque esse uerum, quandoque falsum.

Vnde duo prima concedimus.

Ad tercium dicendum quod diuersitas consignificationis tollit nominis ydemptitatem, in tantum quod obliqui, secundum Philosophum, *non sunt nomina*, dicuntur tamen unum nomen, non simpliciter, set in quantum conueniunt in uno ordine declinationis.

<Q. 9, a. 3 [18]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod magister determinans questiones theologicas magis debeat uti auctoritatibus quam rationibus.

Quia in qualibet sciencia questiones optime determinantur per prima principia illius sciencie; set prima principia sciencie theologice sunt articuli fidei, qui nobis per auctoritates innotescunt; ergo maxime questiones theologice sunt determinande per auctoritates.

Sed contra est quod dicitur <ad> Titum 1 : *Vt sit potens exhortari in doctrina sana et contradicentes reuincere*; set contradicentes melius reuincuntur rationibus quam auctoritatibus; ergo magis oportet determinare questiones per rationes quam per auctoritates.

Responsio. Dicendum quod quilibet actus exsequendus est secundum quod conuenit ad suum finem. Disputatio autem ad duplicem finem potest ordinari.

Quedam enim disputatio ordinatur ad remouendum dubitationem an ita sit, et in tali disputatione theologica maxime utendum est auctoritatibus quas recipiant illi cum quibus disputatur. Puta, si cum Iudeis disputetur, oportet inducere auctoritates Veteris Testamenti; si cum Manicheis, qui Vetus Testamentum respuunt,

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 67-68 tantum *et* 69 sicut res *secl. : cf. Préf., p.* 135*-136* 79-80 amiscetur (admi- *P, N*^{a} : ammi- *C*^{b}*O*^{5}*FM*^{7}*W*)] commiscetur *Ed*^{2,4ss} 83 uel] et Sortem Φ^{2bGg}, Ψ *(cf. Préf., p.* 134*b) 91 obliqui] aliqui Φ^1 *(cf. Préf., p.* 135*a) 92 dicuntur] sunt Φ

11 <ad> Titum *scr.* : Titum (Tytum, Thitum) *codd* 13 contradicentes] contradictiones Ψ^c (- *N*^{a}*O*^{5}*AnV*^{1}) 17 quilibet] *om.* Ψ^c *(suppl. mg. O*^{5}*)* 25 disputetur] disputare Ψ (= *N*^{a}*C*^{b}*O*^{5}*F*^{1}*F*^{2}*, pr.m. V*^{1} : disputatur *FM*^{7}*WM*^{1}*M*^{3}; disputetur *Li*) 27 respuunt] respiciunt *V*^{4}, *W* : despiciunt *E* : non recipiunt *N*^{a}

81 in III De anima : Ar., *De anima*, III, 430a31-b1, a Michaele Scoto transl. : « Et si fuerint preterita aut futura, tunc cum hoc intelligit tempus, et componit ipsum », cum comm. Auerrois, III 22 : « Et si illa intellecta singularia fuerint rerum que innate sunt esse aut in preterito tempore aut in futuro, tunc intellectus intelligit cum illis rebus tempus in quo sunt, et postea componet ipsum cum eis, et iudicabit quod ille res fuerunt aut erunt ... » (ed. F. St. Crawford, p. 456); a Guillelmo de Moerbeke retract., in Thoma *In De anima*, III 5 (ed. Leon. XLV 1, p. 224) : « Si autem factorum et futurorum, tempus cointelligens et componens », cum comm. Thomae, u. 54-60. 91 secundum Philosophum : Cf. Ar., *De interpretatione*, 16a33-b1, a Boethio transl., A.L., II 1-2, p. 6, 16-17 : « 'Catonis' autem uel 'Catoni' et quaecumque talia sunt, non sunt nomina, sed casus nominis », cum comm. Thomae, *In Peryermenias*, I 4, u. 242-249 : « Et dicit quod *'Catonis' uel 'Catoni'* et alia huiusmodi *non sunt nomina*, set solus nominatiuus dicitur principaliter nomen, per quem facta est impositio nominis ad aliquid significandum; huiusmodi autem obliqui uocantur *casus nominis*, quia quasi cadunt per quandam declinationis originem a nominatiuo, qui dicitur 'rectus', eo quo non cadit ».

A.18 Parall. : *In I Sent.*, prol., a.5; *In Boethium De Trinitate*, q.2, a.1 et 3; *C.G.*, I, 2 et 9; *I*^{a}, q.1, a.8; *II*^{a} *II*^{ae}, q.1, a.5, ad 2. 11 ad Titum 1 : 9. Cf. *Vetus Latina*, t. 25, 2, p. 869-871; pro « contradicentes reuincere » habet Vulgata : « eos qui contradicunt arguere »; Vulgatam laud. Thomas *In I Sent.*, prol., a.5, s.c.2; *I*^{a}, q.1, a.8, s.c.; *II*^{a} *II*^{ae}, q.10, a.7, ad 3; q.188, a.5; sed Veterem Latinam, *In Boethium De Trin.*, q.2, a.1, s.c.2 (ed. Leon., t. L, p. 93); *I*^{a} *II*^{ae}, q.111, a.4, ad 4; *II*^{a} *II*^{ae}, q.9, a.1, ad 2. Cf. ed. Leon., t. XLV 1, Préf., p. 289*-290*. 19-20 Disputatio — ordinari : Cf. Humbertus de Romanis, *Expositio regule beati Augustini*, c. CLIII (ed. Berthier, Romae 1888, p. 464) : « triplex est disputatio, scilicet scolastica, ecclesiastica et extraordinaria. Scolastica est que in scolis magistrorum fit ad indagationem ueritatis ... ; (p. 466) Ecclesiastica disputatio est que fit pro fide defendenda cum infidelibus ... (p. 470) Extraordinaria disputatio est que oritur interdum incidenter occasione aliqua ... ».

oportet uti solum auctoritatibus Noui Testamenti; si autem cum scismaticis, qui recipiunt Vetus et Nouum Testamentum, non autem doctrinam sanctorum nostrorum, sicut sunt Greci, oportet cum eis disputare ex auctoritatibus Noui uel Veteris Testamenti et illorum doctorum quos recipiunt; si autem nullam auctoritatem recipiunt, oportet ad eos conuincendos ad rationes naturales confugere.

Quedam uero disputatio est magistralis in scolis, non ad remouendum errorem, set ad instruendum auditores ut inducantur ad intellectum ueritatis quam credunt, et tunc oportet rationibus inniti inuestigantibus ueritatis radicem, et facientibus scire quo modo sit uerum quod dicitur. Alioquin, si nudis auctoritatibus magister questionem determinet, certificabitur quidem auditor quod ita est, set nichil sciencie uel intellectus acquiret, set uacuus abscedet.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 10>

Deinde quesitum est de rebus pertinentibus ad uim appetitiuam; et primo de bonis; secundo de malis.

Circa primum queruntur duo de martirio : primo, utrum aliquis absque perfecta caritate possit se ad martirium offerre; secundo, utrum sustinere martirium pro Christo sit in precepto.

<a. 1 [19]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod aliquis absque caritate perfecta possit se martirio offerre.

Quia, super illud Psalmi : *Ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion*, dicit Glosa quod minima *caritas* plus *diligit legem Dei quam ... milia auri et argenti*, et eadem ratione, quam omnia temporalia; set illud quod minus diligimus, exponimus pro eo quod magis diligimus; ergo et omnia temporalia et etiam propriam uitam potest exponere pro Christo qui habet minimam caritatem.

Set contra. Si aliquis absque caritate perfecta potest se offerre martirio, ergo pari ratione poterit martirium sustinere absque caritate perfecta; set hoc uidetur esse falsum, secundum illud Iohannis XV : *Maiorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*; ergo aliquis absque caritate perfecta non potest se ad martirium offerre.

Responsio. Dicendum quod in operibus uirtutum duo sunt attendenda, scilicet id quod fit et modus faciendi. Contingit autem idem factum quod fit secundum aliquam perfectam uirtutem fieri etiam non solum ab habente paruam uirtutem, set etiam a non habente uirtutem, sicut aliquis non habens iusticiam potest facere aliquod opus iustum. Set, si attendamus ad modum

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 29 scismaticis] saracenis O^2 recipiunt] respiciunt *primo* despiciunt *corr. E* : respuunt Ψ (= $N^aC^bO^5FLiF^1F^2$: non respuunt M^7 : 29-30 si — Testamentum *hom.om. W*); *cf. Préf., p.* 134*b 34-35 recipiunt] recipiant Ψ 35 conuincendos] conuertendos N^a 37 est magistralis] *inu.* Ψ 40 quam *As*, P^9, *FW* : quem *cett* 40 credunt] reducit Φ^1 : intendit Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 134*b) 41 inniti] uti P^9, Ψ 46 set uacuus abscedet] *om.* Ψ *(suppl. M*^{1}*M*^{3}*, AnV*^{1}*)*

5 queruntur] quesita sunt Ψ 8 pro Christo sit] proximo sit Φ^1 : prosit *Ba*^{1}*E* : sit *pr.m.* P^1 : pro Christo V^4 11 martirio] ad martirium Ψ 15 quam] quam cupiditas *suppl. Ed*^{30} *(ex Augustino : cf. app. fontium)* 18 et] *om.* Ψ 19 propriam uitam] *inu.* Ψ (uitam eternam propriam *Li*) 20 pro Christo] proximo Φ^1 : *om. Ba*^{1} 22-23 poterit] potest Ψ 32 perfectam uirtutem] *inu.* Ψ 33-34 etiam — uirtutem] a non habente uirtutem et non solum ab habente paruam (perfectam N^a) uirtutem Ψ

39-40 ut inducantur ad intellectum ueritatis quam credunt : Cf. Thomas, *In III Sent.*, d.23, q.2, a.2, qla 1, ad 2 : « alia uero (cogitatio) tendit ad intellectum eorum que iam credit »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.181, a.3, ad 2 : « In tantum enim ad sapientem uel scientem pertinet posse docere, in quantum potest interiorem conceptum uerbis exprimere, ad hoc quod possit alium adducere ad intellectum ueritatis ».

A.19 Parall. : *II*^{a} *II*^{ae}, q.124, a.2, arg.2 et ad 2. 13 Psalmi : 118, 127. 14 Glosa : Re uera in Ps. 118, 72 : « Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti », *Glosa interl.* (t. II, p. 613) et *Glosa* Petri Lombardi (P.L., 191, 1079 A-B) : « Amplius diligit caritas legem Dei quam cupiditas milia auri at argenti »; ex Augustino, *Enarr. in Ps. 118*, 72 (Sermo XVII, n. 10; CCSL 40, p. 1722) : « ut amplius diligat caritas legem Dei quam cupiditas milia auri et argenti ». 25 Iohannis XV : 13 (ed. Wordsworth-White, t. I, p. 611-612) : « Maiorem hac dilectionem (*uar.* caritatem) nemo habet (*uar.* + quam) ut animam suam quis ponat (*uar.* ponat quis) pro amicis suis ». Thomas fere scribit « habet quam » et « ponat quis », sed quandoque « dilectionem » (uelut *II*^{a} *II*^{ae}, q.124, a.2, arg.2; q.184, a.2, ad 3; a.5, arg.3), quandoque « caritatem » (uelut *C.G.*, IV 55, t. XV, p. 181a32-34; *II*^{a} *II*^{ae}, q.26, a.5, arg.2; q.124, a.3, c. in fine). 29-41 in operibus — habet : Doctrina est Aristotelis in compluribus locis : *Eth. Nic.*, I, 1099a7-21, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 153, 12-28), praecipue pro « delectabiliter »; II, 1105a28-b9 (p. 168, 1-11), praecipue pro « firmiter », quod plus quam semel add. Thomas; V, 1137a4-9 (p. 247, 21-25), praecipue pro « faciliter »; cf. *In III Sent.*, d.40, q.1, a.4, qla 3, ad 2 : « uirtuosus ea que ad uirtutem pertinent delectabiliter exequitur, ut dicitur in I Ethicorum »; *III*^{a}, q.89, a.1, arg.3 : « habens uirtutem sine difficultate et delectabiliter actus uirtutum operatur; unde Philosophus dicit in I Ethicorum [A.L. XXVI, p. 153, 24] quod non est iustus qui non gaudet *iusta operatione* »; *In II Sent.*, d.27, q.1, a.1 : « non enim qui *caste* operatur quocunque modo castus est, set qui faciliter et delectabiliter, ut ex II Ethicorum habetur » (hic ex *Ethica*

faciendi, ille qui non habet uirtutem non potest operari sicut ille qui habet nec ille qui habet paruam sicut ille qui habet magnam, qui operatur faciliter et prompte et delectabiliter, quod non ita facit ille qui caret uirtute uel qui paruam habet.

Sic ergo dicendum est quod hoc opus quod est offerre se martirio uel etiam martirium sufferre, postest facere non solum caritas perfecta, set etiam inperfecta, et, quod plus est, etiam ille qui caret caritate, secundum illud Apostoli, I ad Corinthios XIII : *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non* habeam etc. Set caritas perfecta hoc facit prompte et delectabiliter, sicut patet de Laurentio et Vincentio, qui in tormentis hylaritatem ostenderunt; hoc autem non potest facere caritas inperfecta, uel etiam ille qui caritate caret.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [20]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod pati martirium propter Christum non sit in precepto.

Minus enim uidetur quod homo det sua quam quod proprium corpus ponat, ut dicit Gregorius in illa omelia *Ego sum pastor bonus*; set dimittere omnia sua propter Christum non cadit sub precepto, set sub consilio; ergo etiam exponere corpus suum martirio non cadit sub precepto.

Set contra est quod Augustinus dicit, XIII De ciuitate Dei : *Tunc dictum est homini : Morieris, si peccaueris; nunc dicitur martiri : Morere, ne pecces*; set illud quod oportet nos facere ne peccemus, cadit sub precepto; ergo mors martirum cadit sub precepto.

Responsio. Dicendum quod aliquid cadit sub precepto dupliciter : uno modo absolute; alio modo secundum animi preparationem. Quia enim preceptum importat rationem debiti, illud absolute cadit sub precepto quod est debitum propter aliquid preexistens, sicut preceptum de honoratione parentum uel de amando Deum. Set quandoque contingit quod id quod facit aliquid esse debitum nondum precessit, set potest occurrere : unde hoc cadit sub precepto non absolute, set secundum preparationem animi, ita scilicet ut homo habeat animum paratum ad faciendum illud quod debitum redditur ex aliqua causa occurrente. Et hoc modo exponit Augustinus illa Domini precepta que ponuntur Mathei V : *Si quis percusserit te in* unam *maxillam, prebe* ei *et* aliam; quia scilicet si opus esset et hoc exigeret salus aliorum, homo debet esse paratus ad hoc faciendum.

Et per hunc modum sustinere martirium propter Christum cadit sub precepto, quia scilicet homo debet habere animum paratum ut prius permitteret se occidi quam Christum negaret uel mortaliter peccaret. Et sic etiam relinquere propria bona cadit sub precepto, quia debet esse paratus animus christiani magis sustinere *rapinam bonorum* suorum quam Christum negare uel mortaliter peccare.

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiM*^{7}*W)* 48 autem] *om.* Φ^1 51 ostenderunt] *om.* Ψ (= $N^aC^bLiM^7F^1F^2$: *spatium uac.* N^aC^b : habuerunt *suppl.* $O^5M^1M^3$: habebant *F* : fecerunt *W*) 5 enim] *om.* Φ^1 uidetur] est Ψ 6 quod] *om.* *BaBa*^{1}, Ψ 11 dicit] *om.* Φ^1 *(ante* Augustinus *suppl. P)* XIII] XVII Ψ (XXII N^a : XVIII M^7) 12 Tunc] cum Φ, O^5 : nunc C^bW 26 hoc] *om.* Ψ *(suppl. sec.m. O*^{5}*)* 38 animum] + ita *Ed*^{20}

uetere, 1105a29-31, A.L., XXVI, p. 10, 19-20); *II*^{a} *II*^{ae}, q.123, a.2 : « sicut Philosophus dicit in II Ethicorum, ad uirtutem requiritur firmiter et immobiliter operari »; *I*^{a} *II*^{ae}, q.107, a.4 : « sicut etiam Philosophus dicit in V Ethicorum, quod operari ea que iustus operatur, facile est; set operari ea eo modo quo iustus operatur, scilicet delectabiliter et prompte, est difficile non habenti iusticiam »; *In Eth.*, V 15, u. 100-114; unde saepius sine auctoris nec loci indicatione, uelut : *In III Sent.*, d.33, q.3, a.2, qla 1, ad 1; *Q. de uer.*, q.14, a.4, u. 142-144 (adn. in app. fontium non est ad rem); *C.G.*, I 100 (XIII, p. 265a38b1); III 116, n. 4 (XIV, p. 365b17-19); *I*^{a}, q.89, a.6, ad 3; *Q. de uirt. in comm.*, a.1, ad 13; a.9, ad 13; *Q. de caritate*, a.2; *II*^{a} *II*^{ae}, q.32, a.1, ad 1. 46-47 I ad Corinthios XIII : 3 (habeam : habuero). 50 de Laurentio : Cf. Thomas, *In ep. II ad Cor.*, VIII, lect. 1, in uersic. 2 : « Alia est quod in ipsis tribulationibus gaudeat, sicut legitur de beato Laurentio ». 51 hylaritatem : Cf. *Acta S. Vincentii martyris*, in *Acta sanctorum*, Ianuarii II (Antverpiae 1643, p. 396a) : « percurisse illum universa supplicia hilari uultu ».

A.20 Parall. : *In IV Sent.*, d.49, q.5, a.3, qla 2, ad 1; *II*^{a} *II*^{ae}, q.124, a.1, ad 3; a.3, ad 1. 6 Gregorius : Cf. Gregorius, *In euangelia*, Lib. I, hom. 14 (P.L., 76, 1127 C-D) : « Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere, postremum uero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo peruenitur ad postremum maius. Sed, cum incomparabiliter longe sit melior anima qua uiuimus terrena substantia quam exterius possidemus, qui non dat pro ouibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? ». 11-12 Augustinus ... XIII De ciuitate Dei : c. IV, 20-22 (CCSL 48, p. 388). 19 secundum animi preparationem : Cf. supra, *Quodl. VI*, q.7, a.1 [12], u. 89, cum adn. 30-31 Augustinus : Cf. supra, *Quodl. VI*, q.7, a.1 [12], u. 85-86, cum adn. 31-32 Mathei V : 39. Cf. supra, *Quodl. VI*, q.7, a.1 [12], u. 86-87, cum adn. 42-43 rapinam bonorum : Cf. *Ep. ad Hebraeos*, X, 34 : « rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis ».

<Questio 11>

Deinde quesitum est de actibus malis, scilicet de primis motibus.

Circa quos quesita sunt duo : primo, utrum primi motus semper sint peccata; secundo, utrum in infidelibus sint peccata mortalia.

<a. 1 [21]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod primus motus semper sit peccatum.

<1> Dicit enim Magister, 21 d. II libri Sentenciarum, quo *temptatio* a *carne non* potest esse *sine peccato*; set quandocunque est primus motus, est temptatio a carne; ergo primus motus non potest esse sine peccato.

<2> Set contra est quod Romanorum VI, super illud : *Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore*, dicit Glosa : *Non prohibet concupiscenciam*, que uitari non potest; set id quod non potest uitari, non est peccatum; ergo concupiscencia, que est primus motus, non est peccatum.

Responsio. Dicendum quod motus importat inclinationem quandam ad terminum, que quidem inclinatio pertinet ad appetitum in humanis actibus. Est autem in homine triplex appetitus : unus quidem naturalis, secundum quod uis appetitiua pertinet ad animam uegetabilem sicut et uis digestiua et expulsiua et retentiua; secundus appetitus est sensualitatis, qui mouetur secundum apprehensionem sensus; tercius appetitus est uoluntatis, qui mouetur secundum iudicium rationis.

Peccatum autem quod habet rationem culpe, de quo nunc loquimur, non potest esse nisi in actu uoluntario, qui scilicet est aliqualiter in potestate peccantis. — Actus autem appetitus naturalis non subiacet imperio rationis, sicut nec actus aliarum potenciarum uegetabilis anime, et ideo in actu talis appetitus non potest consistere culpa, sicut quod homo esuriat uel siciat, absque culpa est; et idem dicendum est in aliis huiusmodi. — Set actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis, quia ratio preueniens ipsum, potest eum imperare uel etiam impedire, et ideo talis motus potest iam habere rationem culpe. Et, si sequatur iudicium rationis, poterit etiam esse peccatum mortale, sicut et motus exteriorum membrorum imperati a ratione. Si autem preueniat iudicium rationis, est quidem peccatum si tendat in aliquid illicitum, quia in potestate hominis fuit ipsum cohibere; *est* tamen *ueniale peccatum et leuissimum*, ut patet per Augustinum,

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ (*N*^{a}, *C*^{b}*O*^{5}*FLiW*, *M*^{7} u. 1-28) 12 quandocunque] quandoque Ψ 13 est] *om.* Ψ (*hab. Li, sed om.* 12 est) 24 Est autem] *om.* Φ^{2b}(- *E ; cf. Préf., p.* 135*a) 25 uis] mens Ψ(- *N*^{a} : uirtus *F* : uis *rest. sec.m. O*^{5}) 28 appetitus est] appetitus etc. Expliciunt illi questiones et non sunt integraliter hic etc. *M*^{7} qui] que Φ (qui *rest. dett, Ed*^{2,4ss}), *N*^{a} 30 qui] que *E*, *N*^{a} 33 in] *om.* Ψ 50 fuit] erat Ψ

A.21 Parall. : *In II Sent.*, d.21, q.1, a.2 ; d.24, q.3, a.2 ; d.41, q.2, a.1 ; *Q. de uer.*, q.25, a.5 ; *Q. de malo*, q.7, a.6 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.74, a.3. — Cf. Th. Deman, *Le péché de sensualité*, in *Mélanges Mandonnet*, t. I, Paris 1930, p. 265-283 ; O. Lottin, *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. II, Louvain 1948, p. 491-589. 10 Magister : Petrus Lombardus, *Sent.*, lib. II, d.29, c.6, n. 3 (ed. Brady, p. 437, 9) : « Ideoque tentatio quae est ex carne, non fit sine peccato ». 15 Romanorum VI : 12. 17 Glosa : *Glosa ord.* (t. IV, p. 286) : *Glosa Lombardi* (P.L., 191, 1407 D) : « Hic non prohibet concupiscenciam, quae est in primo motu, quia non est in potestate nostra quin surgat ». 18-19 set — peccatum : Adagium, erutum ex Augustino, *De libero arbitrio*, III XVIII 50 (CCSL 29, p. 304, n. 171, u. 9-10) : « Quis enim peccat in eo quod *nullo modo caueri* potest » (cf. *De natura et gratia*, LXVII 80, CSEL 60, p. 293, 26-27 ; sed *Contra Iulianum opus imperf.*, CSEL 85, 1, p. 84, 10-11 : « nemo propter hoc reus est quod uitare non potuit » sunt uerba Iuliani ; idem *De perf. iustitiae hom.*, VI 15, CSEL 42, p. 13, uerba sunt aduersarii). Vnde Praepositinus Cremonensis (ed. Lottin, *loc. laud.*, p. 503, 41-42) : « Quis peccat in eo quod *uitare non* potest ? » (cf. *ibid.*, p. 508, 12 ; 514, 14 ; 543, 64) ; Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, Lib. II, tr. XV, c. 2, q.1 (ed. Lottin, p. 523, 22 ; ed. Ribaillier, II 2, p. 526, 19-20) : « *Nemo* peccat in eo quod non potest uitare » ; Anonymus (ed. Lottin, p. 551, 34-35) : « Nemo peccat in eo quod uitare non potest » (idem Odo Rigaldus, ed. Lottin, p. 561, 79 ; Guillelmus de Militona, *ibid.*, p. 567, 69). Vnde Thomas, *Q. de uer.*, q.25, a.5, arg.6 : « *Nullus* peccat in eo quod uitare non potest » (idem *Q. de malo*, q.7, a.6, arg.8 ; q.14, a.1, arg.1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.109, a.8, arg.1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.148, a.1, arg.2). 25-27 uis appetitiua — retentiua : Quattuor partes uirtutis nutritiuae, quas distinxerat Galenus, nominatae sunt, in translationibus Burgundionis Pisani, attractiua (quae Graece erat ἑλκτική), contentiua, alteratiua et expulsiua (*Galenus Latinus*, I, *De complexionibus*, Berlin 1976, p. 104, 10-13 ; Nemesius, *De natura hominis*, c. XXII, ed. Verbeke-Moncho, p. 105, 70-71 ; Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, c. 30, ed. Buytaert, p. 123, 23-26) ; in translatione uero Auicennae (*Auicenna Latinus. Liber de anima*, I 5, ed. S. Van Riet, Louvain 1972, p. 101, 6-9), hae sunt attractiua, retentiua, digestiua et expulsiua ; sed interpres Moysi Maimonidis uerbum ἑλκτική (mediante Arabo) reddidit « appetitiua », *Dux perplexorum* , I 71 (Arab. 72) : « Iste quatuor uirtutes quae inueniuntur in omni corpore nutribili, scilicet appetitiua, retentiua, digestiua, expulsiua » (ed. Paris 1520, f. 31v), ex quo effectum est ut Thomas in anima uegetabili inuenire posset quendam « appetitum » (cum re uera uis « attractiua » non sit appetitus nisi aequiuoce) ; cf. *Q. de malo*, q.14, a.1, ad 4 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.148, a.1, ad 3. 50-51 est — leuissimum : Petrus Lombardus, *Sent.*, Lib. II, d.24, c.9, n. 3 (ed. Brady, p. 457, 5-6) : « Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur, ueniale ac leuissimum est peccatum ». 51-52 Augustinum... XII De Trinitate : c. X 15 (CCSL 50, p. 369, 9-10) : « Hoc enim peccatum extra corpus est nec fornicationi deputatur, et propterea facillime ignoscitur » ; XII 18 (p. 372, 37-41) : « Nec sane cum sola cognitatione mens oblectatur inlicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen et uolens

XII De Trinitate. Et hic dicitur primus motus peccati. — Motus autem superioris appetitus, id est uoluntatis, consequens iudicium rationis, iam potest esse peccatum mortale.

Primum ergo concedimus.

Ad secundum dicendum quod concupiscencia non potest uitari sic quod nullus concupiscencie motus surgat, quia, dum resistitur uni, insurgit alius; possunt tamen uitari singuli, et ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati, licet non habeat rationem perfecti peccati, quod est peccatum mortale.

<a. 2 [22]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod primi motus in infidelibus sint peccata mortalia.

<1> Quia, sicut Anselmus dicit in libro De gracia et libero arbitrio : *Eos qui non sunt in Christo* Ihesu sequitur dampnatio si *senciunt* concupiscenciam, *etiamsi non* consenciant; set sentire concupiscenciam est habere primum concupiscencie motum; ergo infideles, qui non sunt in Christo Ihesu, peccant mortaliter secundum primos motus, quia dampnatio non debetur nisi peccato mortali.

<2> Preterea. Quilibet homo debet habere originalem iusticiam, per quam concupiscencia reprimebatur; sed contra hoc debitum est quilibet concupiscencie motus; ergo quilibet concupiscencie motus est peccatum mortale : omne enim quod est contra debitum, habet peccati mortalis rationem.

Set contra. *Quanto est gradus altior, tanto est casus grauior*; set altior est gradus fidelis quam infidelis; cum ergo primi motus fidelium non sint peccata mortalia, multo minus primi motus infidelium.

Responsio. Dicendum quod primus motus, sicut dictum est, est motus sensualitatis preueniens deliberationem rationis; eadem autem natura sensualitatis est et rationis in fidelibus et in infidelibus; ad naturam autem sensualitatis et rationis pertinet quod motus sensualitatis qui est absque deliberatione rationis non possit esse peccatum mortale, quia peccatum mortale est quod consistit in auersione a Deo, ad quem conuerti non potest homo nisi per rationem, et per consequens auersio a Deo, que constituit peccatum mortale, non potest esse nisi in ratione, ut patet per Augustinum, XII De Trinitate.

Et ideo dicendum est quod primi motus infidelium non sunt peccata mortalia, set uenialia.

Ad primum ergo dicendum quod dictum Anselmi dependet ex uerbo Apostoli qui concludit, ad Romanos VIII, quod *nichil est dampnationis hiis qui sunt in Christo Ihesu, qui non secundum carnem ambulant* : uidetur ergo quod hiis qui non sunt in Christo Ihesu sit aliquid dampnationis etiamsi non secundum carnem ambulent motibus carnis consentientes, alioquin nichil plus haberent hii qui sunt in Christo Ihesu quam alii; est ergo aliquid dampnationis hiis qui non sunt in Christo Ihesu si senciant motus carnis, quamuis non consenciant. — Quod quidem qualiter sit intelligendum, ex processu Apostoli apparet. Premiserat enim reparationem gracie inchoatam esse in

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ (*N*^{a}, *C*^{b}*O*^{5}*FLiW*, *M*^{7} u. 1-28) 52 hic : hic *uel* hoc *obsc. multi codd* : hoc *edd*

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ (*N*^{a}, *C*^{b}*O*^{5}*FLiW*) 14 per] secundum Φ 28 sensualitatis est] *inu.* Ψ (est *ante* natura *N*^{a}) 28 et rationis] hominis Ψ (*om. N*^{a}) 29-30 et rationis] hominis Ψ (29-30 et — sensualitatis *hom.om. EV*^{4} : et rationis *om. pr.m. P*^{1}) 51 consenciant] consenciunt Φ(- *E*) 53 inchoatam] reparatam Ψ (incoatam *rest. sec.m. O*^{5})

libenter quae statim ut attigerunt animum respui debuerunt, negandum est esse peccatum sed longe minus quam si et opere statuatur implendum». Sed cf. Thomas, *I*^{a} *II*^{ae}, q.74, a.8, arg.6 et ad 6.

A.22 Parall. : *Q. de malo*, q.7, a.3, ad 17; a.8; *In ep. ad Rom.*, VIII, lect. 1; *I*^{a} *II*^{ae}, q.89, a.5. 4-5 Anselmus... in libro De gracia et libero arbitrio : Sic inscribitur in codd. quaestio 3 libri *De concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae Dei cum libero arbitrio* (cf. ed. Schmitt, vol. 2, p. 263); § VII (*ibid.*, p. 274, 14-15) : «sine dubio significat eos qui non sunt in Christo sequi damnationem, quotiens sentiunt carnem, etiam si non secundum illam ambulant», a Thoma laud. etiam *Q. de malo*, q.7, a.8, arg.1; *I*^{a} *II*^{ae}, q.89, a.5, arg.2. 13-15 Quilibet — reprimebatur : Quam sententiam etiam Anselmo attribuit Thomas, *Q. de malo*, q.7, a.8, arg.3; *I*^{a} *II*^{ae}, q.89, a.5, arg.3; cf. Anselmus, *De gratia et libero arbitrio*, § VII (ed. Schmitt, vol. 2, p. 274, 7-11 et 16) : «Quippe cum de solo motu irae sine opere uel uoce dicit Dominus : 'Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio', aperte monstrat esse culpam non leuem quam tam grauis, scilicet mortis, sequitur damnatio. Ac si dicat : Qui facit quod homo non debet facere, nec faceret si non peccasset, auferri debet ex hominibus... quoniam sic factus est homo ut eam (carnem) sentire, sicut de ira dixi, non deberet». 20-21 Quanto — grauior : Prouerbium (cf. H. Walther, *Prouerbia sententiaeque Latinitatis Medii Aeui*, IV, Göttingen 1966, n. 23589) : «Quanto gradus altior, tanto casus grauior» (Gallice : De grande montée, grande chute). Cf. Horatius, *Carmina*, II X 10-11 : «... celsae grauiore casu / decidunt turres»; Iuo Carnotensis, *Ep. 10*, c. 1091-92 (ed. J. Leclercq, *Yves de Chartres, Correspondance*, t. I, Paris 1949, p. 40) : «quanto superior est gradus, tanto grauior est casus»; Humbertus de Romanis, *Expositio regule beati Augustini*, c. 180 (ed. J. J. Berthier, *Opera...*, t. I, p. 550, § 2) : «Quanto status altior, tanto casus grauior». 26 dictum est : Supra, a.21, u. 48-53. 37 per Augustinum, XII De Trinitate : c. XII (CCSL 50, p. 371-373). 42 ad Romanos VIII : 1.

hiis qui sunt in Christo Ihesu quantum ad mentem licet non quantum ad carnem : premiserat enim : *Igitur ego ipse mente* quidem *seruio legi Dei, carne autem legi peccati*, scilicet propter legem fomitis que adhuc manet in corporis membris. Ne igitur hii qui sunt in Christo Ihesu uiderentur adhuc pristine dampnationi subiacere propter fomitis motus, concludit Apostolus quod nichil est dampnationis hiis qui sunt in Christo Ihesu, si non secundum carnem ambulant, quia dampnatio originalis peccati soluta est per graciam Christi, quamuis actu remaneat fomes peccati; dampnationem uero actualis peccati non incurrunt, quia non ambulant secundum carnem; in infidelibus autem manet peccatum originale non solum actu, set etiam reatu, et ideo est eis aliquid dampnationis ex parte originalis peccati, non autem ex parte actualis, si concupiscenciis non consenciant. Ex hoc ergo non sequitur quod in infidelibus primus motus inducat dampnationem peccati mortalis, set sequitur quod habeat annexam dampnationem originalis peccati.

Ad secundum dicendum quod debitum originalis iusticie pertinet ad ipsam personam infidelis ratione humane nature quam a primo parente traxit, cui collata est originalis iusticia, et ideo id quod pertinet ad defectum originalis iusticie, pertinet ad peccatum nature, scilicet ad peccatum originale, non autem ad peccatum actuale, quale est peccatum mortale.

<Questio 12>

<a. 1 [23]>

Questio est utrum pueri non exercitati in preceptis sint recipiendi uel obligandi uoto uel iuramento uel beneficiis alliciendi ad ingressum religionis.

Et uidetur quod non.

<1> Perfectio enim consiliorum, ad quam ordinantur religiones, a Christo exordium sumpsit; set Christus primo consilium perfectionis dedit adolescenti qui precepta seruauerat, ut patet Mathei XIX; ergo soli illi qui sunt exercitati in preceptis sunt ad religionem obligandi uel recipiendi.

<2> Preterea. Gregorius dicit super Ezechielem : *Nemo repente fit summus, set in bona conuersatione a minimis quis inchoat, ut ad magna perueniat*; set magna sunt consilia, que pertinent ad perfectionem uite, minora autem sunt precepta, que pertinent ad communem iusticiam; ergo prius debent pueri exercitari in preceptis quam ad consilia inducantur.

<3> Preterea. Exodi XXI dicitur : *Si quis aperuerit cisternam ... ecciderit*que *bos uel asinus in ea, dominus cisterne reddet precium iumentorum*; set ille qui aliquem puerum nondum in preceptis exercitatum ad religionem inducit, quodam modo ape-

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*, C*^{b}*O*^{5}*FLiW)* 59 igitur] ergo Ψ hii] *om.* Ψ 69 eis] in eis Ψ, *sec.m.* *P*^{1}, *Ed*^{2,4ss} 82 quale] quod Ψ

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 3 Questio] *Rubr.* Questio est de pueris non exercitatis in preceptis *praem. O, Ba*^{1}*P*^{1} *(qui singulis fere questionibus uel articulis similes Rubricas praem.)* 3-4 Questio — preceptis] Questio est de pueris non exercitatis in preceptis utrum *P (cf. adn. sup.)* 20 communem Ψ(- *V*^{1}), *nec non sec.m. P*^{10a}, *P*^{2}, *Wb* : ecclesie *pr.m. V*^{1} : omnem Φ *(cett), sec.m. V*^{1} ; *sed cf. a.24, u.* 18 *et* 319 24 ecciderit*que*] decideritque *P*, Φ^{2b}(- *EV*^{4}) : dederitque *pr.m. V*^{1} ea] eam *V*^{4}, *N*^{a}*F, sec.m. V*^{1} : ea .n. (= enim) *pr.m. V*^{1}

55 Premiserat : *Ad Romanos*, VII 25.

Questio 12 : In margine codicis *V*^{1} scriptam legimus manu cuiusdam uiri docti saeculi XIV ineuntis (cf. supra, adn. ad *Quodl. III*, q.5) adnotationem : « Isti duo articuli fuerunt disputati a fratre thoma contra geroldum in principio quadragesime ». A.23 Parall. : Cf. supra ad *Quodl. III*, a.11 et 13 ; add. *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1. 8-14 Perfectio — recipiendi : Cf. *Quodl. III*, a.13, u. 5-7; *Contra doctr. retr.*, c. 2, arg.1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, arg.1 12 Mathei XIX : 16-21 15 Gregorius ... super Ezechielem : Lib. II, hom. III, n. 3 (CCSL 142, p. 238, 53-55), a Thoma laud. etiam *Contra doctr. retr.*, c.2, u. 96-99 ; *Quodl. V*, q.11, a.1 [21], arg.1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, arg.2. 16-17 Nemo — perueniat : Eadem dicit Gregorius, *Moralia in Iob*, lib. XXII, XIX 46 (CCSL 143 A, p. 1125, 18-21) : « Nemo autem infima deserens, repente fit summus, quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum cotidie mens in altum ducitur, ad hoc procul dubio uelut ascensionis quibusdam gradibus peruenitur », ad quem locum adludere plerumque uidentur theologi. — Verba Gregorii iam saepius ex parte laudauerat Bernardus (*Super Cantica*, s.3, n. 4, ed. Cist., t. I, p. 16, 14-15 ; *De gradibus humilitatis*, n. 26, t. III, p. 36, 24 ; *Sermo 1 in Natali S. Andreae*, n. 10, t. V, p. 433, 22), unde ex Bernardo ipse Thomas, *In II Sent.*, d.43, q.1, a.5, arg.1 ; ex Gregorio in Ezechielem ex parte etiam Thomas, *Q. de uirt. card.*, a.2, arg.18. — Ex uerbis Gregorii argumentum sumpsisse aduersarios ordinum mendicantium iam dixerat Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.23 et ad 23 (ed. Oliger, p. 418 et 437) : « Ergo contra exemplum patriarche Dauid est homines obligare ad grandia, ad que experti non sunt, maxime cum dicat auctoritas : *Nemo repente fit summus* ... Set dicunt quod *nemo repente fit summus* ». Postea hoc argumentum saepius adferet Nicolaus Lexouiensis (*Hanc questionem*, pars 1, u. ult., ed. Clasen, p. 249 ; *Liber de ordine preceptorum ad consilia*, ed. Bierbaum, p. 231 ; *De perfectione* ..., lib. I, c. 4, Ms. Paris Sorb. 228, f. 22ora). Post Iohannem Pecham, argumentum saepius recitat et refutat Thomas : *Sermo Exiit* (ed. Kaeppeli, AFP 43, 1943, p. 80) ; *Contra doctr. retr.*, c. 2, arg.8 ; c. 7, 291-293 ; *Quodl. V*, a.21, arg.1 et ad 1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, arg.2 et ad 2. 20 ad communem iusticiam : Cf. infra, adn. ad a.24, u. 18-19. 23 Exodi XXI : 33-34 (*Biblia sacra*, t. II, p. 189 : uar. « in ea » habent etiam Thomae codices *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.2, arg.3, etsi editores lectionem communem « in eam » restituerunt).

rit ei cisternam, quia plerumque tales religionem ingredientes egrediuntur et in desperationem incidunt, quasi in quandam spiritualem cisternam; ergo uidetur quod illi qui eum inducit, hoc imputetur ad peccatum.

<4> Preterea. Illud quod est expediens communi utilitati, non est tollendum; set expedit communi utilitati quod homines propria libertate utantur ad bonum faciendum; ergo non est aliquibus auferenda talis libertas per obligationem uoti uel iuramenti.

<5> Preterea. Beatus Benedictus, monachorum institutor almificus, in sua regula statuit quod uenientibus ad religionem non sit *facilis* prebendus *ingressus*, set probandum sit an spiritus a Deo sit; ergo multo minus sunt aliqui muneribus uel beneficiis alliciendi.

<6> Preterea. Gregorius dicit, et habetur in Decretis, d. XLVIII : *Scimus quod edificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi a nouitatis sue humore siccentur, ne, si ante pondera quam solidentur accipiant, cunctam simul ad terram fabricam deponant*; set pueri qui nondum sunt exercitati in preceptis, sunt quasi parietes nondum desiccati; ergo non sunt eis imponenda tigna, id est grauia religionis instituta.

<7> Preterea. Status religionis est status penitencie; set pueri excipiuntur ab omni penitencie cohercione, ut habetur in Decretis, De penitencia, d. IV; ergo non sunt ad religionem inducendi.

<8> Preterea. Sicut dicitur XX, q. III : *Quod quis non optat nec eligit, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contempnit*; set pueri ante quam sint exercitati, non habent firmam electionem, ergo nec firmam dilectionem; facile igitur religionem contempnent, si in tali etate ad religionem inducantur.

<9> Preterea. Prouerbiorum XIIII dicitur : *Substancia festinata minuetur*; set uidetur esse nimia festinancia quod aliquis ad consilia conuolet nondum in preceptis exercitatus; ergo uidetur quod horum spiritualis substancia de facili minuatur; non ergo sunt ad religionem inducendi.

<10> Preterea. Non minor cura est adhibenda in ingressu religionis quam in susceptione ordinis; set in ordinibus prohibentur ad maiores accedere qui minores non acceperunt; ergo etiam non debet aliquis ad obseruanciam consiliorum in religione transire, nisi prius preceptis obseruatis.

<11> Preterea. Duo sunt homini necessaria, scilicet intelligere uerum et operari bonum; set in intelligendo uerum, stultus reputaretur qui prius ad difficiliora se transferret quam leuiora intelligeret; ergo stultum est in operatione boni quod aliquis prius transeat ad consilia quam in preceptis exercitetur.

<12> Preterea. Cuilibet in religione existenti conuenit curam agere aliorum uel saltem sui ipsius; set in hiis qui eliguntur ad aliquam curam ecclesiasticam oportet eligere meliores; ergo oportet eos qui ad religionem assumuntur eligere meliores; hii autem sunt qui sunt exercitati in preceptis; ergo tales sunt ad religionem inducendi.

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 28 plerumque] plerique Φ, V^{10} 31 illi *scr. cum* $M^2Bx^2P^2P^{12}$, C^1O^3, *PrBs, sec.m. BxIn*^{1}O^4P^{10a} : alii LoV^5 : ille *cett (om. B, WrWr*^{2}*)* 31 hoc] + ei Φ^{2b} (ei hoc *tr.* Φ^{2bp}), *nec non* $LP^{5a}Sa$, *sec.m.* C^2Gf^1; *cf. adn. sup.* 39 Preterea] Vnde Φ^1 43 a] ex N^a, *sec.m.* V^1 *(om. pr.m.* V^1*); cf. app. fontium* 56-57 De penitencia] *om.* N^a *(cf. app. fontium)* 66 XIIII] XIII *As* (cf. *app. fontium*) 76 non] nec $Ed^{2,4ss}$ 77 in religione] religione Ed^{10} : religionem Ed^{20} : religionis Ed^{31ss} 81 in] *om.* Φ(-*P*; *rest. sec.m.* P^1)

28-30 plerumque — incidunt : Cf. adn. ad *Quodl. III*, a.11, u. 41-47, 48-50, 51-52, nec non infra adn. ad u. 39-44. 33-38 Illud — iuramenti : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.32 (ed. Oliger, p. 419) : « Item, utilitas publica preferenda est priuate; set utilitas publica est quod dimittantur in sua libertate; ergo etc. ». 39-40 Beatus Benedictus ... in sua regula : c. 58 (ed. J. Neufville, *La règle de saint Benoît*, SC 182, Paris 1972, p. 626) : « LVIII. De disciplina suscipiendorum fratrum. Nouiter ueniens quis ad conuersationem, non ei facilis tribuatur ingressus, sed sicut ait apostolus [I Johannis 4, 1] : Probate spiritus si ex Deo sunt ». 39-44 Beatus — alliciendi : Cf. Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.1 (ed. Clasen, p. 195-196; Ms. Paris B.N. lat. 16297, f. 165va-vb) : « Vnde beatus Benedictus in regula sua, c. De disciplina suscipiendorum fratrum : Nouiter ueniens quis ad conuersionem, non ei facilis tribuatur ingressus nec nutum, quia tales facile mutant uoluntatem et propositum, quia *adolescencia et uoluptas uana sunt*, Ecclesiastes XI [10], et ideo plerumque de uolentibus fiunt nolentes » ; (p. 197; f. 165vb) : « Beatus Benedictus, ibi supra, allegat illud apostoli, I Iohannis IV : *Probate*, inquit, *spiritus si ex Deo sunt* » ; unde Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.31 (ed. Oliger, p. 419; cf. p. 424, 6); Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 8, arg.5. 45 Gregorius : *Registrum epistularum*, V 58 (CCSL 140, p. 356, 60-63. 45-46 in Decretis, d.XLVIII : c. 11, Sicut neophitus (Friedberg, I, 174). 46-49 Scimus — deponant : A Thoma laud. *Contra doctr. retr.*, c. 2, 109-113 (fabricam ad terram *Greg. et Decr.* : ad terram fabricam *tr. Thomas*). 54-55 Status — penitencie : Cf. supra, *Quodl. III*, q.5, a.3 [13], u. 25-26; *II*^{a} *II*^{ae}, q.186, a.1, arg.4 et ad 4; q.187, a.6; q.188, a.3, arg.3; q.189, a.5, ad 2. 56-57 in Decretis, De penitencia, d.IV : Re uera *Decr.*, III Pars, De consecratione, d.IV, c. 118. *Eos quos episcopos*, § 2 (Friedberg, I, 1398) : « Pueris ... reddenda est communio, nec eorum exspectanda est penitentia, quos excipit ad cohercionem censura ». 59 XX, q.III : *Decr.*, II Pars, Causa XX, q.III, c. 4 *Presens* (Friedberg, I, 850, u. 22-24 : non eligit, nec optat). 66 Prouerbiorum XIIII : Immo XIII 11; bis laud. a Nicolao Lexouiensi, *Liber de ordine preceptorum ad consilia* (ed. Bierbaum, p. 233) : « Ideo et Sapiens ait : Substantia festinata minuetur, que autem paulatim colligitur, multiplicabitur » ; *De perfectione* ..., lib. I, c. 4 (Paris Sorb. 228, f. 220va).

<13> Preterea. Illud quod est in se bonum, si ex eo sumatur peccati occasio, est abiciendum; sicut serpens eneus quem Moyses fecerat ex mandato Domini ad sanandum filios Israel, ut habetur Numeri XXI, Ezechias combussit, quia ex eo sumebatur ydolatrie occasio; similiter etiam, quamuis benedictio sit secundum se bona, tamen reprehenditur, si minor presente maiore benedicit; cum ergo aliqui inexercitati in preceptis sumant occasionem peccati ex ingressu religionis, ab ea recedentes, quamuis religio sit secundum se bona, tamen uidetur quod huiusmodi inexercitatos ad religionem inducere sit uitandum.

<14> Preterea. Gregorius dicit, et habetur in Decretis, d. XLVIII : *Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum*; set procedere ad consilia non obseruatis preceptis est postponere gradum; ergo uidetur quod hoc sit casum querere, et ita ad hoc non sunt aliqui inducenti.

<15> Preterea. Damascenus dicit in II libro quod *Non* est *utile inexpertum existentem et inprobatum incorruptione frui, ut non in superbiam incidat et iudicium dyaboli*; ergo pari ratione non est utile inprobatos et inexpertos in preceptis ad statum contemplationis assumi, ad quem religio ordinatur.

<16> Preterea. Gregorius dicit in VI Moralium : *Post Lye* amplexus *ad Rachelem Iacob peruenit, quia perfectus quisque ante actiue uite ad fecunditatem iungitur et post contemplatiue ad requiem copulatur*; set actiua uita consistit in obseruancia preceptorum, status autem religionis pertinet ad uitam contemplatiuam; ergo non sunt aliqui ad religionem inducendi ante quam sint in preceptis exercitati.

<17> Preterea. Nulla promissio est facienda cuius solutio non est licita; set soluere aliquid alicui pro ingressu religionis non est licitum : dicitur I, q. II : *Nunquam legimus Domini discipulos uel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse*; ergo non sunt aliqui promissionibus ad religionem alliciendi.

<18> Preterea. Nullus qui non est exercitatus in armis, secundum leges, est admittendus ad miliciam corporalem; set religio est status milicie

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa* ^{1}*EP* ^{1}*P* ^{9}*V* ^{4}*)*; Ψ *(N* ^{a}*FV* ^{1}*V* ^{10}*)* 105-106 huiusmodi inexercitatos Φ^1 *(cett)*, Ψ(- N^a), *nec non Sl* : huiusmodi exercitatos *AsAmP* ^{3}, *pr.m.* P^{10a}, C^1 : non exercitatos M^2C^3 : h *(lac.)* exercitatos *O* : inexercitatos PO^4, Φ^{2b} : huiusmodi N^a 115 utile] inutile Φ(- *Ba*) 116 superbiam] superbia Φ 117 iudicium] in laqueum Ed^{20} 133 Domini] Deum *E*, V^{10}, $Ed^{2,4ss}$(- Ed^{30} : dn̄ *uel* dn̄i *obsc. multi codd*)

98 Numeri XXI : 19. 107 Gregorius : *Registrum epistularum*, IX 219 (CCSL 140 A, p. 787, u. 119-121). 108 in Decretis, d.XLVIII : c. II, *Sicut neophitus* (Friedberg, I, 174). 108-110 Casum — ascensum : A Thoma laud. *Contra doctr. retr.*, c. 2, 115-117. — In Decreto haec uerba inmediate praecedunt uerba « Scimus — deponant », laud. supra u. 46-49, et cum his coniunguntur in uno c.; in argumentis Thomae distinguuntur et ordine praepostero afferuntur (*Contra doctr. retr.*, c.2, arg.9 et 10; hic arg.6 et 14). 114 Damascenus... in II libro : Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, c. 44 (II 30; ed. Kotter, p. 105, 50-52), a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 164, 57-59). 121-122 Gregorius... in VI Moralium : XXXVII 61 (CCSL 143, p. 330, 187-190 : amplexus *codd. Thomae* : complexus *Greg.*). 121-129 Gregorius — exercitati : Argumentum 7 in Thomae *Contra doctr. retr.*, c. 2, u. 81-85, sed u. 85-92 huius septimi argumenti hic transferuntur ad a.24, arg.5, u. 45-53. — Pro sua parte Gregorium laudat Nicolaus Lexouiensis, *Liber de ordine preceptorum ad consilia* (ed. Bierbaum, p. 225, 7 ab imo), sed fusius *De perfectione...*, lib. I, c. 4 (Paris Sorb. 228, f. 220ra-rb) : « Inde est quod illis qui desiderant altitudinem uite contemplatiue et iungi Rachelis amplexibus, primitus ingerendus est labor actiue, ut de illa mandatorum opera patiantur. Vnde Gregorius VI Moralium in fine : 'Quid, inquit, per Rachelem, nisi contemplatiua uita, quid per Lyam, nisi actiua uita signatur? Rachel quippe uisum principium, Lya autem laboriosa dicitur. In contemplatione quippe principium, quod Deus est, queritur, in operatione autem sub graui necessitatis fasce laboratur; post Lye, inquit, ergo complexus, ad Rachelem Iacob peruenit, quia perfectus quisque ante actiue uite ad feconditatem iungitur, et post contemplatiue ad requiem copulatur'. Iste quippe due filie Laban, id est dealbationis peccatorum, sunt ambe libere, set Lya, id est uita actiua, est prior tempore, licet sit lippa et posterior dignitate; Rachel uero, id est contemplatiua, licet sit posterior tempore, formosa est et prior dignitate ». 133 I, q.II : *Decr.*, II Pars, Causa I, q.II, c. 2 *Quam pio* (Friedberg, I 408), a Thoma iam laud. *Contra doctr. retr.*, c. 11, arg.6, u. 72-77. 137-142 Nullus — armis : Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.2 (ed. Clasen, p. 200, 6-8) : « Vnde Dauid non potuit pugnare in armis Saulis, quia nimis erant ponderosa et grauia, nec habebat incedendi consuetudinem nec experientiam »; Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.23 (ed. Oliger, p. 418) : « Item ad hoc est exemplum Dauid, qui recusauit pugnare in armis Saul, nec enim habebat usum armorum talium, sicut patet I Regum XVII [38-39] »; ipse Thomas, *Sermo in Sexagesima* [16 feb. 1270] *Exiit* (AFP 13, 1943, p. 82) : « Set dices : Aliud monet me, quare in puericia nolo relinquere mundum : puer sum, non possum portare arma. <Arma religionis non sunt arma> Saulis, set Dauid, id est Christi. Arma Saulis sunt obseruancie ueteris legis que sunt arma grauia, unde beatus Petrus : *Hoc est onus quod neque nos neque patres nostri portare potuerunt* [Act., XV 10]. Obseruancie noue legis et religionis sunt arma leuia, unde Dominus : *Iugum meum suaue et onus meum leue* [Mt XI 30] ». 138 secundum leges : Non inuenitur in Corpore Iuris Ciuilis, etsi Nicolaï in Ed^{30} refert ad *Codicem Iustinianum*, XII 43, De tironibus (ed. Krueger, *Corpus Iuris Ciuilis*, t. II, p. 477) et J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas*, Paris 1955, p. 37, adn. 2, ad *Dig.* XXIX I 1, in fine (ed. Mommsen-Krueger, CIC I, p. 435), qui loci non sunt ad rem. — Re uera « leges » romanas in hac materia fuisse coniecisse uidetur Thomas ex Vegetio; cf. infra, ad 18, u. 638-639, cum adn. in app. fontium. 139-140 religio — spiritualis : Immo tota uita christiana est status militiae spiritualis; cf. ipse Thomas, *In Iob*, VII 1, u. 23-29; *In ep. II ad Cor.*, X, lect. 1, in uersic. 3-4; *In ep. I ad Tim.*, I, lect. 4, in uersic. 18; *C.G.*, IV 60, n. 3; 91, n. 3; 92, n. 2; *Contra impugn.*, c. 2, u. 228-242; c. 4, u. 907-914; *II*^{a} *II*^{ae}, q.188, a.3 (nec non *Sermo Beatus uir*, in festo B. Martini, ed. Vivès, t. XXXII, p. 806).

spiritualis; ergo non sunt aliqui recipiendi ad religionem, nisi prius exercitati in preceptis quasi in quibusdam spiritualibus armis.

<19> Preterea. Qui non potest se obligare ad minus, non potest se obligare ad maius, nisi sit necessarium; set puer ante quartum decimum annum non potest se obligare ad matrimonium, quod minus est; ergo multo minus ad religionem.

<20> Preterea. Legitur Marci V quod Dominus demoniacum curatum non permisit secum intrare nauim, que significat crucem et religionem, per demoniacum autem curatum significantur homines a peccatis conuersi; ergo non sunt ad religionem accipiendi peccatores statim conuersi, ante quam in preceptis exercitentur.

<21> Preterea. Bonorum operum fructus habere debemus quando de Egypto eximus, ut dicit quedam glosa Exodi XII; set exire de Egypto est exire de mundo religionem intrando; ergo illi qui uolunt religionem intrare, debent prius fructum bonorum operum habere per obseruanciam preceptorum.

<22> Preterea. Augustinus dicit in libro De sermone Domini in monte quod omnis presumptio est cohercenda; set magna presumptio uidetur esse quod aliquis uelit ascendere ad arcem consiliorum nondum obseruatis preceptis; ergo tales sunt cohercendi et non alliciendi ad religionis ingressum.

<23> Preterea. Augustinus dicit in eodem libro quod *maiora maioribus* et *minora minoribus* sunt exhibenda; set consilia sunt maiora; ergo non sunt pueris inexercitatis exhibenda, et ita pueri nondum exercitati in preceptis non sunt ad religionem trahendi.

Set contra est quod dicitur XX, q. II : *Si in qualibet*, et infra : *Parentibus sane filios suos religioni tradere non amplius quam* ultra quartum *decimum etatis* sue *annum licencia esse poterit*; *postea uero*, aut *cum uoluntate parentum* eorum, aut *si sue deuotionis sit solitarium uotum, erit filiis licitum religionis assumere cultum*; set post .XIIII. annum non statim sunt homines in preceptis exercitati; ergo possunt religionem ingredi pueri ante quam sint in preceptis exercitati.

<2> Preterea. Maius est quod aliquis assumatur ad regimen sui et aliorum quam quod recipiatur in religione, in qua sub regimine alterius uiuit; set Salomon adhuc puer existens assumptus est ad regimen sui et aliorum, unde dicitur I Paralipomenon XXIX : *Locutus est Dauid rex ad omnem ecclesiam : Salomonem filium meum* eligit *Deus adhuc puerum et tenellum*; ergo multo magis possunt pueri non exercitati in preceptis ad religionem recipi uel induci.

<3> Preterea. Illud uotum non est illicitum ex quo non redduntur aliqui rei, si soluant; set, sicut dicit Ambrosius : Ille que in puellaribus

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*; Ψ^c *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 165-166 uidetur esse] *inu.* Ψ^c 177 religioni] religionem *O, Ed*^{2,4} : ad religionem *Ed*^{10} 186-187 assumatur (sumatur *F*)] assumat Φ(-atur *sec.m. Ba*^{1}*P*^{1})

143-148 Qui — religionem : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.11-13 et Contra 2 (ed. Oliger, p. 416 et 420). 145-146 puer — matrimonium : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.27, q.2, a.2 (= *Suppl.* q.43, a.2); *Decretales Gregorii IX*, Lib. IV, tit. II, c. 3 et 10 (Friedberg, II, 673 et 676). 149 Marci V : 19. 151-155 que — exercitentur : Quis hanc interpretationem proposuerit, nescio. 158 glosa Exodi XII : Immo *Glosa ordinaria* in Ex. XV. 17 *Introduces eos et plantabis* (t. I, p. 141b), sumpta ex Origene, *In Exodum* a Rufino transl., hom. VI 10 (ed. W. A. Baehrens, *Origenes Werke*, VI 1, GCS 29, p. 202, 10-15) : « *Cedros Dei* ego prophetas et Apostolos puto, quibus nos si adiungamur uitis, quam *de Aegypto transtulit* Deus, et per ramos eorum nostri palmites diffundantur atque ipsis innisi traduces quaedam efficiamur caritatis ad inuicem uinculis nexi, fructum sine dubio plurimum adferemus ». 163-164 Augustinus ... in libro De sermone Domini in monte : Non inuenitur in hoc libro nec alibi apud Augustinum, nisi audeat quis dicere hoc esse adagium erutum ex libro *De sermone Domini in monte*, I 1,3 (CCSL 35, p. 3, 57-60) : « Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium : *Omnia uanitas et praesumptio spiritus* [Eccles. I, 14]; praesumptio autem spiritus audaciam et superbiam significat ». 170 Augustinus ... in eodem libro : *De sermone Domini in monte*, I 1,2 (CCSL 35, p. 2, 32-41) : « Si quaeritur, quid significet mons, bene intellegitur significare maiora praecepta iustitiae, quia minora erant quae Iudaeis data sunt. Vnus tamen deus per sanctos prophetas et famulos suos secundum ordinatissimam distributionem temporum dedit minora praecepta populo quem timore adhuc alligari oportebat, et per filium suum maiora populo quem caritate iam liberari conuenerat. Cum autem *minora minoribus maiora maioribus dantur*, ab eo dantur qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam ». — In *Contra doctr. retr.*, c. 2, u. 102-105, Augustino perperam attribuit Thomas quandam glossam quae sua esse uidetur, in *Catena in Matheum*, V 19 (ubi recte laudat Thomas Augustinum, *De sermone Domini in monte*, I, 8, 20, u. 437-443 et 445-446, CCSL 35, p. 20-21). 170-175 Augustinus — trahendi : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, arg.16 (ed. Oliger, p. 417) : « Item Augustinus in omelia : Dominus Ihesus precepta minora dedit minoribus et maiora maioribus; sed uotum religionis est de maximis; ergo contra Christi exempla est hoc imponere infirmis ». 176 XX, q.II : *Decr.*, II Pars, Causa XX, q.II, c. 1 *Si in qualibet*, § 1 (Friedberg, I, 847 — tradere *uar. pro* contradere — ultra *Th.* : usque *Decr.* : *om. Iuonis Panormia* : quartum decimum *Iuonis Panormia* : decimum, duodecimum *uar. cett*). 190-191 I Paralipomenon XXIX : 1 (*Biblia sacra*, t. VII, p. 169 : elegit). 198 Ambrosius : Re uera in *Decreto*, II Pars, Causa XXXII, q.II, c. 13 *Honorantur* (Friedberg, I 1124) laudatur Ambrosius, sed uerba hic adlata liberius deprompta sunt ex canone insequenti, c. 14 *Mulier* (Friedberg, *ibid.*), in quo laudatur *Liber Numerorum* (a Thoma diligentius laud. infra, s.c.6, u. 230-239); sed pro uero uerbo *Libri Numerorum* : « uoti » (cf. infra, u. 235) habet *Decretum* : « non »; unde uerba hic liberius contracta in *Decreto* erant : « Mulier, si quippiam uouerit ... in etate adhuc puellari ... *non rea erit*, quicquid pollicita ... opere complebit ».

annis continenciam uouerunt, non constituuntur ree si uotum exsoluunt; ergo quod aliqui uoto astringantur ad religionem in puerilibus annis, non est illicitum.

<4> Preterea. Nichil est illicitum per quod aliquis a bono non retrahitur; set qui prouocatur ad meliora, non retrahitur a bono; ergo, cum status religionis sit melior, in quo obseruantur consilia, quam status uite secularis, in quo simpliciter obseruantur precepta, uidetur quod non sit illicitum inducere pueros ad religionem uoto uel iuramento aut etiam beneficiis, ante quam sint in preceptis exercitati.

<5> Preterea. XX, q. 1, dicitur : *Firma tunc erit uirginitatis professio, ex quo adulta iam etas esse ceperit, et que solet apta nuptiis deputari*; set non statim in hac etate uiri uel mulieres sunt in preceptis exercitati; ergo ante quam aliqui in preceptis exercitentur, licite possunt religioni astringi etiam uoto uel iuramento.

<6> Preterea. Si talis obligatio esset illicita, scilicet qua pueri non exercitati in preceptis uoto uel iuramento ad religionem obligantur, aut hoc esset quia est secundum se mala, aut quia est prohibita. Set non est secundum se mala, quia sic exsecutio siue adimpletio promissionis esset peior et perseuerancia pessima, cuius contrarium uidemus, quia adimplentes ea que promiserant in puerilibus annis, et in hiis promissis perseuerantes, maxime commendatur. Similiter etiam non est illicita talis obligatio quia prohibita. Non enim prohibetur lege ueteri : dicitur enim Numeri XXX : *Mulier, si quippiam uouerit et se constrinxerit iuramento, que est in domo patris sui et in etate adhuc puellari, si cognouerit pater uotum quod pollicita est et iuramentum quo obligauit animam suam et tacuerit, uoti rea erit : quicquid pollicita est et iurauit, opere complebit; sin autem ... ut audierit, contradixerit pater, et uota et iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater.* Similiter etiam non est prohibitum iure canonum, quia in decreto Leonis Pape hec eadem auctoritas inducitur. Similiter etiam non est prohibitum lege euangelii, que maxime inducit homines ad recedendum a mundo et sequendum perfectionis opera. Ergo licitum est obligare uoto uel iuramento pueros nondum exercitatos in preceptis ad religionem.

Responsio. Dicendum quod hoc quod pro questione hic inducitur, dubitationem non habet, nisi quod quidam contentioni studentes ueritatem obnubilare conantur. Vnde hic locum habent uerba que Augustinus dicit in II De ciuitate Dei : *Quoniam ille est maior et tetrior insipientium morbus* animarum, *quo irrationabiles motus suos, etiam post rationem plene redditam ..., siue nimia cecitate, qua nec aperta cernuntur ... non feruntur*, eamque, scilicet cecitatem, *tanquam ... ueritatem defendunt, fit necessitas copiosius dicendi plerumque res claras, uelut eas non spectantibus intuendas, set quodam modo tangendas palpantibus ... offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit ..., si respondendum esse respondentibus ... existimemus? Nam qui uel non possunt intelligere quod dicitur, uel tam duri sunt aduersitate mentis ut, etiamsi intellexerint, non obediant, respondent ... et loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter uani sunt. Quorum dicta contraria si tociens uelimus refellere, quo-*

Φ (pecia 8) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*EP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 200 exsoluunt] soluant V^{10} : exsoluant N^a, *Ed*^{8ss} 216-218 ante — iuramento] etc. N^a 218 etiam Ψ *(deest* N^a*)*, *BaBa*^{1} : et Φ(- *BaBa*^{1} : *om. Ed*^{10ss})

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 227 et in hiis *Incipit pecia 9*^{a} *in* Φ 240 canonum] canonico Φ^{2b}, Φ^{2bc}, N^a 243 ad recedendum] a recedendo Φ(- *P*) 252 tetrior] deterior *E, mg. pr.m.* P^1, FV^{10} : certior interior *Ba*^{1} 253 irrationabiles] instabiles Φ, *pr.m.* V^1 254 redditam] redditum *AsO*, Φ^{2b} : redditam quam *Ba*^{1} (*cf. Préf., p.* 143*a) 254 qua] que Φ 255 cernuntur ... : *Lacunam indicaui; cf. Préf., p.* 143*a feruntur] fuerunt Φ^1, Φ^{2b} (feruntur *rest.* Φ^{2bc}), V^{10} (non feruntur *om.* N^a) 256 ... ueritatem] ipsam rationem ueritatemque Φ^{2bc} 258 spectantibus] expectantibus Φ^1, Φ^{2b} (spectantibus *rest.* Φ^{2bc}), *pr.m.* V^1 259 palpantibus ...] palpantibus et contuentibus Φ^{2bc} 260 erit ...] et loquendi modus erit Φ^{2bc} 260-261 respondentibus ...] respondentibus semper Φ^{2bc} 263 respondet ...] respondent ut scriptum est Φ^{2bc}

212 XX, q.1 : *Decr.*, II Pars, Causa XX, q.1, c. 1 (Friedberg I 843), iam laud. a Thoma, *Quodl. III*, a.11, s.c.2, u. 80-82. 231 Numeri XXX : 4-6 (*Biblia sacra*, t. III, p. 247-248 ; u. 236 autem + statim ; « statim » habet Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 12, u. 175). 240 in decreto Leonis Pape : laud. a Gratiano, *Decr.*, II Pars, Causa XXXII, q.II, c. 11-15 (Friedberg, I 1123-1124) ; auctoritas libri Numerorum inducitur in c. 14. — Re uera c. 11-12 tantum sunt Leonis Papae, sed in codicibus *Decreti* diuisio obscura est ; cf. adn. 147 in Friedberg, nec non supra, adn. ad u. 198. 251 Augustinus ... in II De ciuitate Dei : c. 1, 7-25 (CCSL 47, p. 35) : « Nunc uero quoniam ille est maior et taetrior insipientium morbus *animorum*, quo inrationabiles motus suos, etiam post rationem plene redditam, *quanta hominibus ab homine debetur*, siue nimia caecitate, qua nec aperta cernuntur, *siue obstinatissima peruicacia, qua et ea quae cernuntur* non feruntur, tamquam *ipsam rationem* ueritatem*que* defendunt, fit necessitas copiosius dicendi plerumque res claras, uelut eas non spectantibus intuendas, sed quodam modo tangendas palpantibus *et coniuentibus* [cohibentibus *uar.*] offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit *et loquendi modus*, si respondendum esse respondentibus *semper* existimemus ? Nam qui uel non possunt intellegere quod dicitur, uel tam duri sunt aduersitate mentis ut, etiamsi intellexerint, non oboediant, respondent, *ut scriptum est*, et loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter uani sunt. Quorum dicta contraria si totiens uelimus refellere, quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare [curare *uar.*] quid dicant, dum quocumque modo nostris disputationibus contradicant, quam sit infinitum et aerumnosum et infructuosum uides ».

ciens obnixa fronte statuerint non cogitare quid dicant, dum quocunque modo nostris disputationibus contradicant, quam sit infinitum et erumpnosum et infructuosum uides. — Erit igitur hic modus seruandus ut ueritas manifeste et quasi palpabiliter ostendatur, et si qua in contrarium dicta fuerint que aliquod pondus non habeant, contempnantur, ne semper oporteat inutiliter eadem replicare. Set si quis contrarium dicere uoluerit, scribat quod dicit, ut alii intelligentes diiudicare possint an doceat ueritatem.

Primo igitur circa propositam questionem ut singula discutiamus, considerandum est quod pueros, etiam infra annos pubertatis, in religionem recipi non est secundum se malum, immo est expediens et fructuosum, quia illud quod a puericia assuescimus, semper perfectius et firmius tenemus, secundum illud Prouerbiorum XXII : *Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Et ideo Apostoli instituerunt ut pueri, etiam infantes, ad christianam religionem reciperentur, ut in ea nutriti, firmius et perfectius ei inhererent; et hoc est quod Dionisius dicit in ultimo capitulo Ecclesiastice ierarchie : *Secundum legem sanctam* consummati *infantes ad habitum sanctum habebunt consuetudinem, ab omni remoti errore et inmunde uite expertes; hoc diuinis nostris ducibus*, id est Apostolis, *ad mentem uenit, et uisum est suscipere infantes.* Multo autem magis excedit uita christiana infidelium uitam quam uita religiosorum uitam secularium, presertim cum in primitiua ecclesia omnium christianorum erat perfectissimus religionis status, secundum illud Actuum IV : *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat, set erant illis omnia communia*, ad cuius uite exemplar omnes religiones sunt institute. Et ideo religionum institutores ex eadem causa qua et Apostoli moti sunt ad recipiendum infantes in religione, ut patet de beato Benedicto qui, ut in II Dyalogorum legitur, recepit nutriendum in religione Maurum duodennem et Placidum septennem.

Est tamen quedam differencia circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum, propter hoc quod paciuntur discretionis defectum, secundum quam possint bene regere se ipsos. Et ideo in hac etate possunt quidem religioni tradi, si a parentibus offerantur, et erit rata traditio, precipue si, cum ad annos pubertatis peruenerint, ratam habuerint paternam oblationem; unde Gregorius dicit, et habetur XX, q. I : *Addidisti, si pater uel mater filium filiamue intra septa monasterii in infancie annis sub regulari tradiderint disciplina, utrum liceat eis, postquam pubertatis impleuerint annos, egredi et matrimonio copulari. Hoc omnino deuitamus, quia nephas est ut oblatis a parentibus Deo filiis uoluntatis frena relaxentur.* — Si autem in hac etate propria sponte se religioni tradiderint, potest hoc per assensum uel dissimulationem parentum ratum esse; unde dicitur XX, q. I : *Si in qualibet minori etate uel religionis tonsuram uel* religionis *uestem debitam utroque sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint* aut *forte uel nolentibus uel nescientibus*, scilicet parentibus, a *se susceptam non mox uisam in filiis abdicauerint, set uel coram se uel episcopo palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reuerti habitum filiis ipsis quandoque penitus non licebit.* — Si uero pueri annos pubertatis transcenderint, possunt etiam inuitis parentibus ad religionem transire nec sunt repellendi, immo

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)*; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 266 quid dicant] quid et quantum dicant Φ^{2b} (quid dicant et quantum dicant P^9 : et quantum *om.* Φ^{2bc}) 271 aliquod *scr. cum Ba*^{1} : aliud *cett* 290 consummati] confirmati Φ *(cf. app. fontium)* 305 religione] religionem *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{31ss} 307 Placidum (-tum *F*)] Placidam Φ, V^1 311 sub] super Φ^1, *BaP*^{9}*V*^{4} 327 I] II V^1 *(cf. app. fontium)* 328 religionis] religioni *Ed*^{2,4ss} 328-329 debitam] debitum Φ, N^a 333 eosdem] eodem Φ(-Φ^{2bF}, Φ^{2bp}, *Ed*^{3})

274 scribat quod dicit : Ex contrario Thomae uitio quod suos errores scribere audeat dat Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione*..., Lib. I, c. 5 (Paris Sorb. 228, f. 221ra) : « quidam et in scriptis redigunt et publice predicare non erubescunt ». 281-285 illud — ab ea : Cf. Iohannes Pecham, *Q. de pueris oblatis*, Contra 2 (ed. Oliger, p. 420) : « Ergo non est aliquod genus discipline faciliter tante efficacie, sicut quod inchoatur ante tempus adholescentie; sed hoc fit inducendo ad religionem in tenera <etate> ; ergo etc. Ad hoc est uerbum illud Prouerbiorum XXII [6] : *Prouerbium est : Adholescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea* ». 283 Prouerbiorum XXII : 6. 288-289 Dionisius... in ultimo capitulo Ecclesiastice ierarchie : a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, II, 1469, 2-4; consummati *? Thomas* : sursumacti *Sarr. nec non ipse Thomas, Contra doctr. retr.*, c. 3, u. 65). 298-299 Actuum IV : 32. 306 II Dyalogorum : Ps.-Gregorius, *Dialogorum liber II*, c. III, n. 14 (ed. A. de Vogüe, *Grégoire le Grand. Dialogues*, SC 260, p. 150) : « Tunc quoque bonae spei suas soboles Euthicius Maurum, Tertullus uero patricius Placidum tradidit. E quibus Maurus iuuenior, cum bonis polleret moribus, magistri adiutor coepit existere, Placidus uero puerilis adhuc indolis annos gerebat », quae uerba diligenter exscripserat Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 3, u. 48-57, hic autem ea breuiter contrahit, sed suo Marte annorum numerum definit. 310-311 Nam — parentum : Cf. supra, *Quodl. II*, a.7, u. 96-97. 317 Gregorius : Gregorius II Papa, *Ep. ad Bonifacium*, data anno 726, sed quis esset ille Gregorius utrum sciret Thomas, non liquet. 318 XX, q.I : *Decr.*, II Pars, Causa XX, q.I, c. 2 (Friedberg, I, 843-844). Cf. supra, adn. ad *Quodl. III*, a.11, u. 125-126. 327 XX, q.I : Re uera q.II = *Decr.*, II Pars, Causa XX, q.II, c. 1 (Friedberg, I, 847; religionis : religioni).

magis aduocandi : ut enim Gregorius dicit in quadam omelia : *Ad uitam bonam alius in puericia, alius in adolescencia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur.* Et sic, cum in nulla etate sint repellendi, minus tamen sunt repellendi in puericia : dicit enim Crisostomus super Matheum : *Quis* meretur *appropinquare Christo, si* repelletur *ab eo simplex infancia ?... Nam si sancti futuri sunt, quid uetatis filios ad patrem uenire ? Si autem peccatores futuri sunt, ut quid sentenciam condempnationis profertis ante quam culpam uideatis ?* Quam quidem sentenciam dampnationis proferunt aliqui cum dicunt : Non sunt recipiendi pueri ad religionem, quia exibunt et peiores efficientur.

Set quod addunt quidam, quod oportet pueros prius exercitari in preceptis et postea transire ad consilia obseruanda in religione, ex falso intellectu procedit. Arbitrantur enim quod precepta parent uiam ad consilia, non est autem sic, immo potius consilia parant uiam ad precepta seruanda, quia per consilia remouetur homo a rebus seculi, circa quas occupatus difficile est quod innocenciam seruet. Vnde Hylarius dicit super Matheum : *Graue honus innocencia subit incrementis opum occupata ; rem enim seculi famulatus Dei non sine seculi... uiciis* assequetur. Et ideo Dominus dicit Mathei XIX quod *difficile* qui pecunias habent intrant *in regnum celorum*, quia difficile est quod homo precepta seruet, quibus intratur in regnum, nisi sequens consilia diuicias derelinquat. Et ideo pueri ad hoc quod innocenciam seruare possint in obseruancia mandatorum, sunt preparandi et quodam modo premuniendi in exercitio consiliorum, nec sunt repellendi, quamuis ineruditi uideantur in preceptis. Dicit enim Origenes super Matheum : Quidam *puerilem sermonem habentes... offerunt Saluatori pueros et infantes... Qui* autem *uidentur esse perfectiores... priusquam discant rationem iusticie... reprehendunt eos qui... pueros et infantes* adhuc minus eruditos *offerunt Christo.* Dominus autem hortatur *discipulos* suos *condescendere utilitatibus puerorum... Hec ergo debemus attendere, ne estimatione sapiencie excellentioris... contempnamus quasi magni pusillos ecclesie... prohibentes pueros uenire ad Ihesum.*

***

Set quod ulterius queritur, an ante religionis ingressum sint uoto uel iuramento ad religionem obligandi, manifeste patet quod sic. Sicut enim in malo quanto uoluntas est magis affirmata ad malum, tanto peior est, sicut in obstinatis patet et qui ex malicia peccant, ita etiam in bonis tanto uoluntas melior est quanto est magis firmata et astricta ad bonum ; cum igitur bonum sit quod pueri ad religionem ueniant, multo melius est quod eorum uoluntas sit ad hoc firmata, quod fit uoto uel iuramento. Vnde et Dauid dicebat : *Iuraui et statui custodire iudicia iusticie tue.* Et

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 344 meretur] mereretur *F* : mererit *Ed*^{20} : meruerit *Ed*^{30ss} 345 repelletur] repelleretur *P*^{9}, *FV*^{1} : repellentur *O* : repellatur *N*^{a}, *sec.m. P*^{1} 362 subit] sensit Φ^{2b}(-*P*^{9}*V*^{4}) 363 seculi] solius Φ, *N*^{a} 364 assequetur] assequatur Φ 370 seruare] obseruare Ψ(-*N*^{a}) 376 esse] *om.* Φ(-*Gf*, Φ^{2bF}) 377 discant rationem] distant ratione Φ^1, Φ^{2b}

338-339 Gregorius... in quadam omelia : *In euangelia*, lib. I, hom. XIX, n. 2 (P.L., 76, 1155 C). 343-344 Crisostomus... super Matheum : Ps.- Iohannes Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matheum*, hom. 32 (P.G., 56, 804-805) : « Nam quis mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo infantia simplex... (post 11 uersus) Nam — uideatis ». Haec eadem extracta laudantur a Thoma, *Contra doctr. retr.*, c. 3, 82-88, sed paulo diligentius (tr. etiam « simplex infancia », sed habet « mereatur » et « repellitur ». 350 dicunt : Cf. supra, u. 28-30, cum adn. 353 quidam : Iam Geraldus de Abbatisuilla, *Duplex questio*, q.2, in fine (ed. Clasen, p. 200) ; cf. supra, adn. ad u. 137-142 ; infra, adn. ad initium articuli 24. 361-362 Hylarius... super Matheum : C. XIX, n. 9 (ed. J. Doignon, *Hilaire de Poitiers, Sur Matthieu*, t. II, SC 258, p. 98) : « Sed periculosa cura est uelle ditescere et graue onus innocentia subit incrementis opum occupata. Rem enim saeculi famulatus Dei non sine saeculi ipsius uitiis adsequitur ». 365 Mathei XIX : 23. 374 Origenes super Matheum : Origenes, *Commentariorum in Matthaeum Versio latina antiqua*, XV, n. 7-8, in Mt XIX 13-14 (ed. E. Klostermann et E. Benz, *Origenes Werke*, X, GCS 40, p. 366, 27 ; p. 367, 1-2, 12-13, 15-16, 18, 21-22 ; p. 368, 23-25 ; p. 370, 12-14, 16-17, 24-25). Longioris expositionis Origenis non laudat Thomas nisi breuissima excerpta, eadem fere atque in *Quodl. III*, a.11, u. 112-119 ; in *Contra doctr. retr.*, c. 3, 94-102 ; uerba Origenis plenius laudauerat in sua *Catena in Matheum*, XIX 13-14. 385-399 Set — compellit : Quaestionem iam tractauerat Thomas, *Quodl. III*, a.11, u. 145-162 ; cf. adn. ad hunc locum. 390 ex malicia : Cf. supra, *Quodl. IX*, a.4, u. 52, cum adn. 395 Dauid : Psalmus 118, 106, etiam laud. *Contra doctr. retr.*, c. 12, 32-34. — De quo tamen dubitauerat Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 383, « Quod iuramentum debet habere tres comites... Isti sunt... ueritas, iudicium et iusticia » (ed. A. Cortesi, p. 1155) ; unde dubium : « Dauid autem dixit : *Iuraui et statui custodire omnia iudicia tua*, id est mandata ; et sanctus Franciscus, quando audiuit illum uersiculum dixit, ut intellexi : *Istud bene feci : 'Statui' quoniam statui in ordine meo firmiter seruare mandata Dei ; sed istud nondum feci : 'Iuraui'*, et statim iurauit per sancta Dei euangelia quod obseruaret... uidetur quod illi peierant qui iurant quod obseruabunt Domini precepta, quia non est ibi iudicium. Ergo Dauid et sanctus Franciscus peierauerunt » (p. 1159) ; quod dubium sic soluit Rolandus : « Ad hoc dicimus quod etiam iusticia consistit in satisfaciendo sibi ; ipse autem non credit sibimet de hoc sine iuramento ; ergo est ibi iusticia. Et sic iurauit sanctus Franciscus aut timens quod non obseruaret, aut potius ex nimio feruore ; et ex quo fuit ibi nimius feruor, non querantur ibi illi comites : ille feruor supleuit locum illorum comitum. Ad illud quod Dauid iurauit custodire, dicimus quod non iurauit, sed talis est sensus : *Iuraui*, id est firmiter stabiliui in corde » (p. 1160).

Augustinus dicit in epistola ad Paulinam et Armentarium : *Felix necessitas que* ad *meliora compellit.*

***

Vltimo autem considerandum restat, an sint beneficiis alliciendi. Et si quidem conuentione uel pacto precium alicui detur uel quodcunque terrenum beneficum ut religionem intret, hoc est illicitum. Si autem aliquis ei aliqua beneficia temporalia conferat ut auferat impedimenta quibus impeditur a religionis ingressu, uel etiam ut eum nutriat et doceri faciat ad hoc quod sit religioni aptus, hoc non est illicitum, set est laudabile. Similiter etiam, si beneficiis temporalibus aliquem aliquis alliciat ut eum fauorabilem sibi reddat, non intendens gloriam propriam, set gloriam Dei et proximi salutem, laudabile est, sicut et Apostolus de se ipso dicit, I ad Corinthios X : *Per omnia omnibus placeo.* Deus etiam aliquos temporalibus beneficiis allicit ad bene agendum. In ecclesiis etiam quibusdam temporalium distributionibus alliciuntur aliqui ad ecclesie deseruiendum, non quod quasi premium accipiant, set sunt quedam secundario illectiua ad seruiendum Deo, sicut et Dominus dicit Mathei VI : *Primum querite regnum Dei et iusticiam eius, et hec omnia*, scilicet necessaria uite, *adicientur uobis.*

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Christus ad consilia inuitauit adolescentem in preceptis exercitatum, ita etiam uocauit Matheum publicanum non exercitatum in preceptis, set potius peccatis implicatum, ex quo accipere possumus quod ad consilia obseruanda in religione aduocandi sunt non solum exercitati in preceptis, set etiam non exercitati.

Ad secundum dicendum quod diuersitas graduum dupliciter attendi potest. Vno modo in diuersis statibus seu condicionibus, et sic non oportet qui tendit ad maiorem statum uel condicionem, quod prius exercitentur in minori statu uel condicione; sicut uidemus quod illi qui uolunt fieri milites non prius exercitantur in lanificio, set a puericia exercentur in milicia; similiter qui uolunt fieri clerici non prius exercentur in uita laicali, set a puericia instruuntur in uita clericali. Et hoc modo qui uolunt religiosi fieri non oportet quod prius exerceantur in uita seculari, set optimum est eis si a puericia exerceantur in uita religionis, quia magis poterunt in ea proficere; unde dicitur Trenorum III : *Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescencia sua.* — Alio modo possunt accipi diuersi gradus in eodem statu uel condicione, et hoc modo dicit Gregorius quod *in* qualibet *bona conuersatione* incipiendum est a minoribus ut ad maiora perueniatur : sicut enim milites a rudimentis milicie et clerici a rudimentis clericature, ita etiam et religiosi incipiunt a rudimentis religionis ut proficiant usque ad summum.

Ad tercium dicendum quod duplex est occasio, scilicet data et sumpta. Tunc quidem dat aliquis occasionem alicui ruendi uel in cisternam cadendi, quando facit aliquid uel dicit minus rectum, ex quo datur proximo occasio ruine; et tunc ruina proximi imputatur danti occasionem. Aliquando autem non est occasio data, set sumpta, puta cum aliquis inducit aliquem ad bonum et ipse ex hoc fit deterior, non est relinquenda monitio bona propter hoc quod ille sumit inde occasionem ruine. Vnde et Dominus non dimisit predicationem ueritatis propter scandalum Phariseorum, ut habetur Mathei XV. Et Augustinus

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 409 etiam *scr. cum N*^{a} *(nec non Bg, TsAv, V*^{3}*)* : etiam et Ψ(- *N*^{a}), *MdBs, Sl* : et Φ *(cett)* 410 sibi] filii *AsP, Ba* 413 se] *om.* Φ^1, Φ^{2b} 418 quod quasi *(inu. F)*] quod Φ 421-422 et iusticiam — uobis] etc. *N*^{a} 422 adicientur] adducentur Φ 423 sicut] *om.* Φ^1, Φ^{2b} (*suppl. sec.m. P*^{1}) 435 exercitentur] exercitetur *P, E, sec.m. P*^{1}, *Ba*^{1}, *N*^{a} 438 exercentur] exercitantur *N*^{a}*F* : exercitentur *V*^{10} 444 quia] quasi Φ^1(- *P*), Φ^{2b}(- *E*)

397 Augustinus : Cf. supra, *Quodl. III*, a.11, u. 159-160, cum adn. 413 I ad Corinthios X : 33. 420 Mathei VI : 33. 425 uocauit Matheum : Cf. supra, *Quodl. III*, a.13, s.c., u. 12-13, cum adn., nec non *Contra doctr. retr.*, c. 5, 6-17; c. 9, 20-22; *Quodl. V*, q.11, a.1 [21]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, s.c. — Ad Thomam respondet Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione...*, lib. I, c. 7 (Paris Sorb. 228, f. 224ra-rb) : « Quod uero obiciunt de Matheo, qui cum esset peccator et publicanus a Domino uocatus, sicut euangelium dicit, secutus est Dominum relictis omnibus, hoc debent intelligere, quia priuilegia paucorum non inducant legem communem, nec illi preiudicant legi communi quam Dominus dedit de perfectione. Nec enim legi communi penitencie preiudicari uoluit, qui latroni confitenti omnem penam peccatorum indulsit. — Preterea. Illud considerent quia, etsi Matheus corpore secutus est Dominum et mente, non tamen statim suis omnibus renunciauit, set omnia, ut euangelium dicit, ad tempus reliquit et secutus est Dominum, cum de illo statim dicat euangelium quod in domo sua, non aliena, set sua, magnum Domino fecit conuiuium. Nec enim a Domino, perfectionis magistro, adhuc audierat illud sanctum consilium : *Si uis esse perfectus, vade, vende omnia que habes et da pauperibus*; set tamen mentis affectu omnia contempserat, quod postmodum opere non inmerito creditur impleuisse et apostolatus graciam a Domino meruisse. Quod enim de sua uocatione per recapitulationis regulam dictum intelligitur, quia prius uocatus est a Domino et post in monte in apostolum cum ceteris est electus ». 445 Trenorum III : 27, etiam laud. a Thoma *Contra doctr. retr.*, c. 3, 122-123. 455-456 duplex — sumpta : Cf. *Q. de malo*, q.3, a.1, ad 13; *II*^{a} *II*^{ae}, q.115, a.2 (ubi pro « sumpta » hab. « accepta »). 467 Mathei XV : 12-15. 467-468 Augustinus... in epistola ad Bonifacium : *Ep. 185*, VIII 34 (CSEL 57, p. 31, 11-15).

dicit in epistola ad Bonifacium, et habetur XXIII, q. IV, *Ipsa pietas*, et infra : *Quod si plurimi essent in domo ruitura et inde saltem unus liberari posset atque, id* quia *facere conaremur, alii semet ipsos* precipitatione *necarent, doleremus de ceteris, uerum de unius saltem salute consolaremur.*

Ad quartum dicendum quod libertas necessitati coactionis opponitur, que est necessitas absoluta; et talis necessitas non est adhibenda. Set necessitas que est ex suppositione finis non opponitur libertati; et tali necessitate expedit uti ad communem utilitatem, alioquin nec pacta promissionibus firmata nec iuramenta in rebus humanis fieri deberent. Multo autem magis per huiusmodi expedit homines obligari ad diuina, que sunt meliora.

Ad quintum dicendum quod difficultas ingressus obseruatur in religionibus per hoc quod datur intrantibus annus probationis, in quo difficultates religionis experiuntur.

Ad sextum dicendum quod parieti nondum desiccato non est honus tignorum imponendum, tamen non prohibetur quin sit paries desiccandus. Desiccatur autem paries a prauo humore secularis affectus per religionem, et ideo conuenit quod prius exercitentur aliqui in religione quam eis honus prelationis aut sacrorum ordinum imponatur. De hoc onere loquitur Gregorius, ut patet per ea que precedunt in illo capitulo et in secunda omelia Ezechielis.

Ad septimum dicendum quod status religionis et est status penitencie et est exercitium siue scola perfectionis. Vnde ad religionem recipiendi sunt peccatores propter penitenciam, et recipiendi sunt pueri innocentes quasi in scola quadam perfectionis, ut perfectius innocenciam conseruent.

Ad octauum dicendum quod, si omnino inuiti pueri ad religionem inducerentur, timendum esset de casu futuro; set ex quo propria uoluntate se obligant et religionem ingrediuntur, non habet locum ratio inducta.

Ad nonum dicendum quod, sicut magnum et paruum, multum et paucum, secundum Philosophum, dicitur relatiue, ita etiam et festinatum siue uelox et tardum : nam festinatum siue *uelox est quod in* paruo tempore *multum mouetur*. Illa ergo substancia minuitur que est festinata in respectu ad debitum modum, puta si aliquis aliquem statum aggressus statim a principio, contemptis rudimentis illius status, ea que sunt perfectorum in statu illo attemptare uellet. Non est autem substancia festinata si exercitium perfectionis et quasi quandam scolam, que est religio, a puericia aliquis aggrediatur. Tantum est enim culmen christiane perfectionis, ut etiam si a puericia quis huiusmodi perfectionem aggrediatur, semper habet ubi proficiat, sicut et Augustinus dicit ad Volusianum de doctrina christiana : *Tanta est*, inquit, *christianarum profunditas litterarum ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte puericia usque ad decrepitam senectutem ... summo studio, meliore ingenio, conarer addiscere.*

Ad decimum dicendum quod diuersi ordines sunt quasi diuersi gradus unius clericalis uite, et ideo oportet ut a minoribus incipiat qui ad maiores tendit; non autem oportet quod qui tendit ad sacros ordines exercitetur in hiis que pertinent ad inferiorem statum, laicalis scilicet uite. Et similiter in uita religionis oportet quod a rudimentis eius incipiat qui religionem ingreditur, ut ad summum apicem religionis pertingere possit; non tamen oportet eum prius esse exercitatum in seculari uita.

Ad .XI. dicendum quod in intelligibilibus etiam oportet quod aliquis a minoribus in eadem sciencia incipiat ut ad maiora perueniat; non tamen oportet quicunque uult addiscere aliquam scienciam maiorem, quod exercitetur in qualibet

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 490 tamen] cum Φ^1, Φ^{2b} (tamen *rest. sec.m. P*^{1}) 497 Ezechielis] super ezechielem *F, Ed*^{30} : in Ezechielem *Ed*^{31ss} 499 scola] scala Φ^1 (scola *rest. sec.m. O*), Φ^{2b} (scola *sec.m. P*^{1}) 502 scola] scala Φ^{2b} (scola *sec.m. P*^{1}) 511 dicitur] dicuntur *P, sec. m. P*^{1}, *N*^{a}*V*^{1} etiam] *om.* Φ 522 christiane] *om.* Φ (521-523 Tantum — aggrediatur *hom. om. N*^{a}) 527 proficerem] proficerent Φ^{2b} 537 ut] *om.* Φ^1, *P*^{9} : quod *V*^{4} 539 prius esse] *inu.* Ψ 544 oportet] + quod Φ^{2b}(-*BaV*^{4}), Φ^{2bc}

469 XXIII, q.IV : *Decr.*, II Pars, Causa XXIII, q.IV, c. 24, § 5 (Friedberg, I, 909-910; quia *codd Thomae* : cum; conaremur *Aug.* : conarer *Decr.*; precipitatione *codd Thomae* : praecipitio *Aug., Decr.*; uerum *Decr.* : nostrum *Aug.*) 496 in illo capitulo : Hoc est capitulum *Sicut neophitus* Decreti, supra laud. in arg.6, u. 45-46; « ea que precedunt » excerpta sunt ex Gregorio, *Ep.*, IX, 219 (CCSL 140 A, p. 787, 115-119) et laudantur in initio capituli (Friedberg, I, 174) : « Sicut neophitus dicebatur, qui in initio sanctae fidei erat erudicione plantatus, sic modo neophitus habendus est qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos sacros ordines irrepserit. Ordinate ergo ad ordines ascendendum est ». 496-497 in secunda omelia Ezechielis : Gregorius, *In Hiezech.*, lib. I, hom. 2, n. 3 (CCSL 142, p. 18-19). 499-500 scola perfectionis : Haec uox apud Thomam non inuenitur nisi hic (cf. u. 502-503, 520). 510-511 secundum Philosophum : Ar., *Cat.*, 6b9, a Boethio transl. (A.L., I 1-5, p. 18, 16) : « magnum enim ad aliquid dicitur ». 512-513 uelox — mouetur : Ar., *Phys.*, IV, 218b16, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 172, 19-20) : « uelox quidem est quod in pauco multum mouetur ». 524-525 Augustinus ... ad Volusianum : *Ep. 137*, II 3 (CSEL 44, p. 99,14 - 100,2; senectutem + maximo otio).

minori, sicut qui uolunt addiscere liberales artes non oportet quod prius exercitentur in mechanicis, set solum hoc oportet quando minor sciencia parat uiam ad maiorem. Vita autem secularis non parat uiam ad religionem, set magis ab ea abducit. Vnde Gregorius dicit in principio Moralium : *Cum adhuc me cogeret animus presenti mundo quasi specie tenus deseruire, ceperunt multa ... ex eiusdem mundi cura succrescere, ut in eo iam non specie, set, quod est grauius, mente retinerer.* E conuerso autem obseruancia consiliorum parat uiam ad tutius et perfectius precepta diuina obseruanda, que necesse est etiam in seculari uita obseruari.

Ad .XII. dicendum quod ratio illa in multis deficit. Primo quidem quia ille qui religionem intrat non ad hoc eligitur ut sui uel alterius curam gerat magis quam ante, set magis ut sit sub obediencia et cura alterius. — Secundo, quia hoc non conceditur ab omnibus quod necesse sit eligere meliorem ad regimen prelationis, set, secundum quosdam, sufficit eligere bonum. — Tercio, quia, si oportet eligere meliorem ad prelationem, non quidem oportet simpliciter meliorem eligere, set meliorem, id est magis ydoneum, ad hoc ; pueri autem, etsi non sint meliores simpliciter quam adulti, sunt tamen magis ydonei ad hoc ut in religione nutriantur. Vnde Anselmus in libro De similitudinibus comparat eos qui a puericia nutriuntur in religione angelis, alios autem hominibus, quia angeli a principio, homines processu temporis ad uitam eternam perueniunt. — Quarto, quia ad episcopatum non eligitur nisi unus, et ideo maior necessitas est quod melior assumatur quam de intrantibus religionem, qui plures accipi possunt.

Ad .XIII. dicendum quod non solum illud quod est peccatum prebet occasionem ruine, set etiam illud quod habet speciem mali ; unde et Apostolus dicit, I ad Thessalonicenses, ultimo : *Ab omni specie mala abstinete uos.* — Et quia serpens eneus, etsi secundum se esset bonus ex sui institutione, tamen speciem habebat mali propter similitudinem ydolatrie, ideo apud eos qui erant ad ydolatriam proni, non erat dimittendus, set laudabiliter fuit subtractus. Introitus autem religionis nec est secundum se malum nec habet speciem mali. — Benedictio autem, etsi sit de genere suo bona, tamen ad hoc quod sit actus uirtutis, exigitur quod sit uestita debitis circumstanciis, id est ut sit conueniens et persone et loco et tempori ; non est autem conueniens persone quando minor presente maiore benedicit, quia, sicut dicitur Hebreorum VII : *Sine ulla contradictione, quod minus est a maiore benedicitur.*

Ad .XIV. dicendum quod ille qui accedit ad consilia non *querit ascensum per abrupta postpositis gradibus*, set magis resecat que possunt hominem impedire ab obseruatione preceptorum, sicut dictum est.

Ad .XV. dicendum quod secundum dictum Damasceni magis esset contrarium concludendum : ideo enim Deus hominibus etiam post regenerationem incorruptibilitatem non statim reddit, quia hoc non esset eis utile, set superbiendi occasio : habundancia enim temporalium et corporalium bonorum est materia superbie ; et ideo utile est homini ad superbiam uitandam ut ad consilia transeat, temporalium bonorum habundanciam derelinquens.

Ad .XVI. dicendum quod amplexus Rachelis significant quietem contemplationis, ad quam etiam consilia sequentes non statim a principio peruenire possunt, set post longum exercitium bonorum operum ; facilius tamen ad predictam quietem peruenitur per obseruanciam consiliorum quam per exercitium mandatorum in uita seculari.

Ad .XVII. dicendum quod, si beneficiis temporalibus aliqui alliciantur ad religionem cum pacto, sicut solet fieri in emptione et uenditione, est illicita solutio. Si autem aliquis alicui prouideat sine pacto, non est illicita solutio. Vnde post

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP^{1}P^{9}V^4)*, Φ^{2bc} *(Ba^1)* ; Ψ^c *(N^{a}FV^{1}V^{10})* 554 eo] eorum Φ, V^1 : eo et V^{10} 561 ad hoc] adhuc Φ (ad hoc *rest. Ed*^{2,4ss}) 594-595 id est] *om. Ed*^{19ss} 595 sit] *om.* Φ *(suppl. multi dett)* et 3] *om. AsO, BaP*^{1}, *Ba*^{1}, V^1V^{10} 599 a] et Φ^1(-*P*), Φ^{2b} (a *rest. sec.m. P*^{1}) 609 reddit] addit Φ (*cf. Préf., p.* 142*b) 625 solet fieri] patet *Ed*^{8ss}

551-552 Gregorius ... in principio Moralium : *Epistola ... Leandro* (CCSL 143, p. 1, 9-13 ; multa + contra me). 565-566 set — bonum : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6], u. 42, cum adn. ; *Quodl. VI*, q.5, a.3 [9], s.c. 572-573 Anselmus in libro De similitudinibus : Anonymus (Ps.-Eadmer), *Liber de S. Anselmi similitudinibus*, c. 78 (P.L., 159, 649-650), depromptum ex Anonymo, *Liber Anselmi archiepiscopi de humanis moribus per similitudines*, c. 78 (ed. R. W. Southern et F. S. Schmitt, *Memorials of Saint Anselm*, London 1969, p. 68) : « Angeli enim sunt quasi nutriti, sancti uero quasi conuersi ». A Thoma etiam laud. *Contra doctr. retr.*, c. 3, 133-136. 584 I ad Thessalonicenses ultimo : V 22. 598 Hebreorum VII : 7 (a meliore *Vulg.* : a maiore *Vetus latina* [Augustinus], cf. *Vetus latina*, t. 25, 2, p. 1312 : a maiore *etiam Thomas, III^a*, q.83, a.5, arg.4). 603-604 dictum est : supra, u. 356-369.

premissa uerba in eodem capitulo subiungitur : *nisi forte de pauperum alimento quis* incontigue *proponat*; et iterum subdit : *dum tamen ... absit pactio* et *omnis cesset conuentio.*

Ad .XVIII. dicendum quod status religionis, quantum ad eos qui in eo profecerint, est spiritualis milicia; quantum uero ad eos qui de nouo intrant, est quasi cuiusdam tyrocinii exercitium, et oportet ad maiorem profectum quod a puero aliquis huiusmodi exercitium subeat, sicut et de exercitio milicie temporalis Vegetius docet in libro De re militari.

Ad .XIX. dicendum quod obligatio perficiens matrimonium corporale non potest fieri ante annos pubertatis, cui obligationi similis est professio que fit in religione ad perpetue remanendum in ea; set ante annos pubertatis potest fieri aliqua sponsio futuri matrimonii, sicut est in sponsalibus, cui assimilatur obligatio que fit ad religionem.

Ad .XX. dicendum quod, sicut Glosa ibidem exponit, per hoc quod demoniacus curatus uolebat esse in naui cum Christo, significatur desiderium eorum qui sunt a peccato mundati, quo cupiunt *dissolui et esse cum Christo*, set hoc non statim eis conceditur, set oportet quod prius in hac uita laborent annunciando uerbum Dei. Vnde patet quod non est ad propositum.

Ad .XXI. dicendum quod, quanto aliquis magis exercitatus in bono ex Egypto, id est ex seculo, ad religionem transit, tanto facilius in ea proficere potest; set quia in seculari uita inminent multa pericula quibus huiusmodi exercitium uirtutis impeditur, tutius est quod a principio impedimenta disrumpat per obseruanciam consiliorum.

Ad .XXII. dicendum quod difficilius est obseruare precepta in uita seculari quam in uita religiosa : magna enim uirtus requiritur ad hoc quod aliquis in seculo uiuens se inmaculatum a uiciis seculi conseruet; unde dicitur Ecclesiastici XXXI : *Beatus dives qui inuentus est sine macula*; et postea subditur : *Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita sua.* Et ideo maioris presumptionis esse uidetur, si tamen sit presumptio, quod aliquis in seculo uiuens confidat se inmaculatum conseruare, quam quod, tante uirtutis se non existimans, ad religionem transeat ut facilius a peccati macula conseruetur, ad modum Zachei qui, cum statura pusillus esset, ad hoc quod Christum uideret, ascendit arborem siccomorum, id est ficum fatuam, per quam religio designatur.

Ad .XXIII. dicendum quod in unoquoque statu maiora maioribus sunt attribuenda, et tamen qui ad maiorem statum proficere uult, oportet quod dum minor est primordia illius status accipiat, secundum illud Ecclesiastici XXV : Que *in iuuentute tua non congregasti, in senectute quomodo* metes? Et ideo ad hoc quod aliquis perueniat ad perfectionem religionis, oportet quod a principio etatis sue ad huiusmodi assuescat.

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b} *(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 629 incontigue *codd* (*praeter* : intigue *L*^{1} : incongrue *W, sec.m. Rn, Sl* : incontinue *W*^{2} [*? LoV*^{5}] : contigue *O*^{2}*Ve, P*^{11} : incondigne *sec.m. V*^{1}*P*^{10a}*GfWr, Wr*^{2}, *Wr*^{1} : indigne Φ^{2bp} : in commune [-ni] *N*^{a}, *sec.m. Ab, M*^{2} : in conuentione *V*^{10} : inconcinne *sec.m. Gf*^{1}, *Ed*$^{19\text{-}31}$: in concione *Ed*^{32ss} ; *cf. app. fontium*) 633 profecerint (per-)] profecerunt *BaP*^{9}, Ψ 636 puero] puericia *As* : principio *Ed*^{2,4ss} 643 perpetue] perpetuo Ψ, *Ed*^{20ss} 653 set] *om. Ed*$^{8\text{-}19}$: et *suppl. Ed*^{20} 673 confidat] considerat Φ (*cf. Préf., p.* 142*b) 674 conseruare] *om.* Φ 676 a peccati macula conseruetur : *Quae constructio non est insolita apud Thomam, uelut : In IV Sent.*, d.49, q.1, a.1, qla 1, arg.7 : « homo conseruatur a nociuis » ; *C.G.*, III 94, in fine (t. XIV, p. 290b14) : « a defectu conseruet » ; *In ep. I ad Cor.*, XV, lect. 6, in fine : (anima corpus) « conseruat a corruptione » ; *In Ps. 17*, 24 (Piana, t. XIII 2, f. 19va I 8) : « conseruans te ab omni macula » 678-679 siccomorum] siccomorem Φ^1, V^1

628 in eodem capitulo : iam laud. u. 133, hoc est *Decr.*, II Pars, Causa I, q.II, c. 2 *Quam pio* (Friedberg, I, 408 ; incontigue, *codd Thomae, cf. app. crit.* : inconcinne, *uar.* in commune *Decr.*). A Thoma laud. etiam *Contra doctr. retr.*, c. 13, 114-116 et 125-126. 638-639 Vegetius ... in libro De re militari : Vegetius, *Epitoma rei militaris*, lib. I, c. 4 (ed. C. Lang, 1885 [repr. 1967], p. 8) : « Nunc, qua aetate milites legi conueniat, exploremus. Et quidem, si antiqua consuetudo seruanda est, incipientem pubertatem ad dilectum cogendam nullus ignorat ; non enim tantum celerius sed etiam perfectius inbuuntur quae discuntur a pueris ». Ad Vegetium refert etiam Thomas, *Contra doctr. retr.*, c. 3, 154-156. 648 Glosa ibidem : *Glosa interl.*, ad Marci V 18-19 (t. IV, p. 101) ; ad uersic. 18 *cepit illum deprecari* : « dissolui et esse cum Christo multo melius est » ; ad uersic. 19 *non admisit eum* : « Quia manere in carne propter alios necessarium est ». 668-669 Ecclesiastici XXXI : 8 et 9. 676-680 ad modum — designatur : Recte Isidorus, *Etym.*, XVII VII 20 : « Dictus autem sycomorus eo quod sit folia similis moro » (« morum », Gallice « murier », Graece μῶρον uel μόρον) ; sed false alii uerbum componunt ex Graeco μωρός, fatuus, unde Gregorius, *Moralia*, XXVII, XLVI 79 (CCSL 143 B, 1392, 109-125) : « Si igitur ueraciter sapientes esse atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem fatuitatem ... Hinc euangelicae historiae uerba testantur quia Zachaeus cum uidere prae turba nihil posset, sycomori arborem ascendit, ut transeuntem Dominum cerneret. Sycomorus quippe ficus fatuus dicitur. Pusillus itaque Zachaeus sycomorum subiit et Dominum uidit, quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur ... Sed prudenter sycomorum ascendimus, si prouide eam quae diuinitus praecipitur stultitiam tenemus ». Utramque etymologiam cognoscit Beda, *In Lucam*, XIX 4 (CCSL 120, p. 334, 1520-1525) : « pusillus necesse est turbae nocentis obstaculum altiora petendo transcendat terrena relinquat arborem crucis ascendat. Sicomorus namque quae est arbor foliis moro similis sed altitudine praestans unde et a Latinis celsa nuncupatur *ficus fatua* dicitur. Et eadem dominica crux credentes alit ut ficus ab incredulis inridetur ut fatua » ; Beda laudatur a Glosa ord. (t. IV, p. 205a) et a Thoma in sua *Catena in Lucam*, XIX 4. 685 Ecclesiastici XXV : 5 (*Biblia sacra*, t. XII, p. 256) : « In iuuentute tua non congregasti (sapientiam) et quomodo inuenies eam in senectute tua? ».

<Q. 12, a. 2 [24]>

Secundo queritur utrum consilia ordinentur ad precepta.

Et uidetur quod non.

<1> Illud enim ad quod ordinatur aliud, posterius est, quia finis est prior in intentione et posterior in executione; set obseruationem preceptorum contingit esse priorem in executione quam impletionem consiliorum, ut patet Mathei XIX de adolescente qui se dixerat seruasse legis precepta a iuuentute sua, cui datur consilium perfectionis; ergo uidetur quod consilia non ordinentur ad precepta sicut ad finem, set potius e conuerso.

<2> Preterea. Finis est perfectior hiis que sunt ad finem; set consilia sunt perfectiora preceptis, quia consilia pertinent ad perfectionis statum, precepta autem pertinent ad communem iusticiam, unde et consilia preceptis superadduntur, ut patet per hoc quod Mathei XIX Dominus dicit adolescenti qui precepta seruauerat : *Adhuc unum tibi deest : si uis perfectus esse* etc.; ergo consilia non ordinantur ad precepta, set potius e conuerso.

<3> Preterea. Secundum Philosophum in II Phisicorum, sicut se habent principia ad conclusiones, ita se habent fines ad ea que sunt ad finem; set talis est habitudo principiorum ad conclusiones quod positis principiis ponuntur conclusiones, non autem e conuerso, quia contingit *ex falsis sillogizare uerum*; ergo talis est habitudo finium ad ea que sunt ad fines quod posito fine ponuntur ea que sunt ad finem; set positis preceptis non ponuntur consilia : multi enim obseruant precepta qui non obseruant consilia; ergo consilia non ordinantur ad precepta sicut ad finem.

<4> Preterea. Augustinus dicit in libro De sancta uirginitate : *Mirabiliter desipiunt qui ... propter presens seculum* uirginitatem esse solum obser-

Φ (pecia 9) : Φ^{1} *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)*; Ψ^{e} *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 17-18 perfectionis statum] *inu.* Ψ^{e}

A.24 Parall. : *Quodl. III*, q.5, a.3 [13]; *Contra doctr. retr.*, c. 2, 6 et 7; *I*^{a} *II*^{ae}, q.108, a.4; *Quodl. V*, q.10, a.1 [19]; *Q. de caritate*, a.11, ad 5; *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.3; q.189, a.1; *In Ep. ad Hebr.*, VI, lect. 1, in uersic. 1. — Mandata et consilia duos perfectionis gradus constituere saepius candide docuerant sancti et theologi, quod adhuc fecerat c. 1269 sanctus Bonauentura, *Apologia pauperum*, c. 3 (ed. Quaracchi, t. VIII, p. 244b) : « radix, forma, finis, complementum et *uinculum perfectionis* caritas est, ad quam magister omnium Christus Legem, Prophetas et per consequens uniuersa Dei documenta reducit. Ipsa uero caritas triplicem habet statum : unum quidem infimum, in obseruantia mandatorum legalium; secundum uero medium, qui constat in adimpletione spiritualium consiliorum; tertium autem supremum, in perfruitione sempiternalium iucunditatum ». Ex hac communi doctrina c. initium anni 1270 concludit Geraldus de Abbatisuilla iuuenes, ante quam ad secundum gradum accedant intrando religionem, in primo gradu exercitandos esse, *Duplex questio*, q.2 (ed. Clasen, p. 200, 1-6) : « opera consilii sunt opera supererogationis et perfectionis. Talia uero opera sunt grauia, difficilia et ponderosa, et ideo cum maturitate et discretione experienda sunt <et> aggredienda. propterea non debent imponi incipientibus (*scr.* : insi- *cod*) et infirmis de Ecclesia siue adolescentibus, set prouectis, fortibus et robustis et perfectis de Ecclesia siue ad perfectionem tendentibus » (I. Quetif et I. Echard, *Scriptores O.P.*, t. I, p. 336a, quos sequuntur M. Bierbaum, *Bettelorden* ..., p. 262, adn. 4, et J. De Guibert, *Les Doublets* ..., p. 134, adn. 1, perperam attribuunt Geraldo de Abbatisuilla quandam quaestionem « an homines exercendi sint diutius in obseruatione preceptorum priusquam uiam consiliorum in religionibus arripere permittantur », quae quaestio commenticia est). Ad Geraldum ter respondit Iohannes Pecham : primo c. mensem Martis 1270 in sua quaestione *De pueris oblatis* (arg.17-18 et ad 17-18; ed. Oliger, p. 417 et 434-436); secundo, paulo ante Pascha (13 Apr. 1270) in suo *Quodlibet I*, q.20 (ed. Etzkorn, p. 47-50); tertio, paulo post Pascha, in sua quaestione *De paupertate* (ed. Oliger; haec quaestio subsidiaria praefata est p. 145 et tractata p. 174-176). Ante Pascha ad Geraldum responderat et ipse Thomas in suo *Quodlibet III*, q.5, a.3 [13]. Ad Pecham et Thomam respondit Nicolaus Lexouiensis, cuius tamen scripta, quando suum *Quodlibet IV* disputauit, non cognouisse uidetur Thomas (*cf. Préf., p.* 141*). 6-7 finis — executione : Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.1, a.2 [2], u. 75-76, cum adn. in app. fontium. 7-14 set — e conuerso : Cf. supra, *Quodl. III*, a.13, u. 5-7, cum adn. in app. fontium. 9-10 Mathei XIX : 16-21. 18-19 ad communem iusticiam : In sua *Sentencia libri Ethicorum*, V 1, u. 9-11, et 16, u. 1-3, opponit Thomas iustitiam « communem », id est ordinariam, quae actus nostros dirigit in his quae ut in pluribus eueniunt, « epiikie », quae est quaedam iustitia extraordinaria, quae actus nostros dirigit in his quae raro accidunt; similiter *II*^{a} *II*^{ae}, q.66, a.5, ad 3, iustitia communis uidetur esse iustitia ordinaria. Saepius tamen apud Thomam iustitia « communis », id est « uulgaris », est quaedam iustitia imperfecta, ad quam omnes possunt per obseruantiam mandatorum attingere, et opponitur iustitiae perfectae quae consistit in obseruatione consiliorum; cf. infra, u. 319; supra, a.23, u. 20, nec non : *In Ioh*, XXXI, u. 303-305 : « hiis igitur premissis que pertinent ad communem iusticiam, subiungit quedam que pertinent ad perfectionem uirtutis ... »; *In ep. I ad Thess.*, IV, lect. 1 : « Docuerat eos Apostolus quomodo oporteret eos ambulare in uia communis (*scr.* : communi *edd*) iusticie, que est per mandata ... Item quomodo placerent Deo in uia consiliorum »; *In Mathei eu.*, XIII, in uersic. 8 : « triplex est perfectio : communis iusticia, et sic est perfectio trinarii ...; set cum plus habetur ultra communem, tunc dicitur facere sexagesimum fructum; set quando perfectus est ... tunc peruenit ad centesimum fructum »; *II*^{a} *II*^{ae}, q.35, a.4, ad 2 : « quantum ad ardua, que subsunt consiliis ... quantum autem ad ea que pertinent ad communem iusticiam »; q.113, a.1, ad 2 : « a communi iusticia ... a iusticie perfectione »; q.189, a.1, arg.2 : « magna sunt consilia, que pertinent ad perfectionem uite; minora autem sunt precepta, que pertinent ad communem iusticiam ». 20 Mathei XIX : Immo Lucae XVIII 22 : « Adhuc unum tibi deest », et Matthaei XIX 21 : « Si uis perfectus esse ». 25-26 Philosophum ... in II Phisicorum : Ad sensum Ar., *Phys.*, II, 200a15-24, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 93, 4-94, 1), sed fere ad litteram Auerroes, *In Phys.*, II, comm. 89 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 84ra A) : « Ita se habent propositiones cum conclusione, sicut finis cum hiis que sunt ante finem ». 31 ex falsis sillogizare uerum : Ar., *Anal. post.*, I, 88a20-21, a Iacobo Veneto transl. (A.L., IV 1-4, p. 63, 11-12) : « Et si namque sit uerum ex falsis sillogizare ... »; cf. 75a3-4 (p. 18, 9-10). 38-39 Augustinus ... in libro De sancta uirginitate : XIII 13 (CSEL 41, p. 215, 13-16) : « Vnde mirabiliter desipiunt qui putant huius continentiae bonum non esse necessarium propter regnum caelorum, sed propter praesens saeculum ».

uandam sentiunt; set obseruatio preceptorum pertinet ad presens seculum; ergo consilium uirginitatis non est implendum propter precepta. Et eadem ratio est de aliis consiliis.

<5> Preterea. Precepta pertinere uidentur ad uitam actiuam, consilia autem ad uitam contemplatiuam, unde Mathei XIX, ubi enumerantur precepta legis, dicit Glosa : *ecce uita actiua*, ubi autem postea subditur : *Si uis perfectus esse* etc., dicit : *Ecce uita contemplatiua*; set uita actiua ordinatur ad contemplatiuam et non e conuerso; ergo precepta ordinantur ad consilia et non e conuerso.

<6> Preterea. Dominus bis miraculose legitur turbas refecisse : primo quidem quando saciauit *quinque milia* hominum ex *quinque panibus et duobus piscibus*, ut legitur Mathei XIV, secundo quando de septem panibus et paucis pisciculis saciauit *quatuor milia hominum*, ut habetur Mathei XVI; et sicut dicit Glosa, Mathei XIV : *Quinque milia pro quinque sensibus corporis, hii sunt qui in seculari habitu exterioribus recte uti nouerunt; hii quinque panibus, id est legalibus preceptis, adhuc necesse est ut instruantur : nam qui mundo integre renunciant, quatuor milia sunt, et septem panibus, id est euangelica perfectione sublimes et spirituali gracia reficiuntur*; set primo pauit Dominus quinque milia hominum ex quinque panibus quam quatuor milia ex septem; ergo precepta sunt preuia consiliis et non e conuerso.

<7> Preterea. Dispositiones precedunt perfectionem et ordinantur ad ipsam; set precepta sunt dispositiones ad consilia : dicit enim Glosa Ieronimi in principio Marci : *Quatuor sunt qualitates de quibus sancta euangelia contexuntur : precepta, mandata, testimonia, exempla; in preceptis iusticia, in mandatis caritas, in testimoniis fides, in exemplis perfectio*, ad quam pertinent consilia; ergo uidetur quod precepta ordinentur ad consilia, et non e conuerso.

<8> Preterea. Primo non est aliquid prius; set, sicut dicit quedam glosa super Psalterium : *Caritas* primo *mouet pedem* ad reditum uite; de actu autem caritatis dantur precepta; ergo nichil est prius in uita spirituali quam precepta; non ergo consilia ordinantur ad precepta, set potius e conuerso.

<9> Preterea. Super illud Psalmi : *Sicut ablactatus super matre sua* etc., dicit Glosa : *Sicut quinque tempora notantur in procreatione carnali..., ita et in spirituali... Primum ergo tempus est conceptionis, secundum in utero alitionis, tercium emissionis, quartum portationis et lactationis, quintum ablactationis; ita et in utero matris ecclesie primo concipimur, dum fidei rudimentis instruimur; inde quasi in... utero alimur in eisdem primordiis* proficientes...; *deinde quasi manibus ecclesie portamur, et lacte nutrimur... donec iam grandiusculi a lacte matris... accedamus ad mensam patris*; et postea subditur : *Multi uero hunc ordinem peruertunt, ut heretici et scismatici, se ante tempus a lacte separantes, unde extinguuntur.* Set separari a lacte est, facilioribus dimissis, ad difficiliora transire. Cum ergo consilia sint difficiliora quam precepta, uidetur quod periculo extinctionis se exponant qui ad consilia accedunt, nisi prius educati in preceptis; precepta ergo ordinantur ad consilia, et non e conuerso.

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)*; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 60 sicut] sic Φ^1, Φ^{2b} (sicut *rest. sec.m. P*^{1}) : *om. V*^{1} 61 hii] ita Φ (*cf. Préf., p.* 142*b) 66 sublimes] sb' limes *Ed*^{5} : sub similes *Ed*^{8} : sunt similes *Ed*^{10ss}(- *Ed*^{30}) 67 pauit] ponit Φ^1, *P*^{9}, *Ba*^{1} 69 preuia] prima Φ^1 *(obsc. O)*, Φ^{2b} (al' preuia *sec.m. P*^{1}) 78 ergo] + et Φ 89 matre sua] matrem suam Φ^{2b}, Φ^{2bc} 92 alitionis *P*, *FV*^{10} : aluitionis *AsO*, *N*^{a}*V*^{1} : *obsc.* Φ^{2b} (ablationis *pr.m. Ba* : ablutionis *V*^{4} : abortationis *E* : *obsc. pr.m. P*^{1} : *lac. P*^{9}) : baiulationis *Ba*^{1} 95 inde] *lac. OP, P*^{9} : Deinde *E* alimur] *lac. OP, P*^{1} : *om. EP*^{9}*V*^{4} : materno *Ba*^{1} 97 manibus] gremio *N*^{a} 98 grandiusculi Ψ (*nec non pauci dett* Φ) : *uar.* Φ (grā + *lac. AsO* : gracia diuina *O*^{4} : gradatim *BaP*^{1}*V*^{4}, *multi dett, Ba*^{1}*; etc.*) 101 a] ea Φ^1, *P*^{9}, Φ^{2bc} (cf. *Préf., p.* 143*a) 102-103 difficiliora] faciliora Φ^1, Ψ : difficile *Ba*^{1} (*cf. Préf., p.* 143*a) 105-106 exponant... accedunt] exponat... accedit *N*^{a} *(cf. adn. inseq.)* 106 educati in] educat in Φ^1 : educatur *P*^{1} : educantur *P*^{9} : educauit *V*^{4} : educentur *Ba*^{1} : educatus in *N*^{a}

48 Glosa : *ord.* (t. IV, p. 62; Ms. Vat. Chigi A.VIII.248, f. 115r); ad Matthaeum XIX 18, glossa marg. : « Ecce actiua uita, que ad legem pertinet »; ad uersic. 21, glossa interl. : « Ecce contemplatiua, que ad euangelium »; non ex Beda, ut hab. ed., sed ex Rabano Mauro (P.L., 107, 1020 D - 1021 A), quem partim laud. Thomas, *Catena in Matheum*, XIX 18-21. — Cf. *Contra doctr. retr.*, c. 2, u. 89-92. 54-70 Dominus — e conuerso : Cf. *Contra doctr. retr.*, 2, arg. 5, u. 56-71. 57 Mathei XIV : 15-21. 59-60 Mathei XVI : Immo Mathei XV, 34-38, sed cf. XVI, 9-10. 60 Glosa : *ord.* (t. IV, p. 51b : Ms. Vat. Chigi A.VIII.248, f. 96vb), in Matheum XIV, 21, ex Rabano Mauro, *in loc.* (P.L., 107, 966 D), partim laud. a Thoma, *Catena in Matheum, in loc.* (u. 64 instruantur *Ms. Chigi, Thomas* : instituantur *Ed.*, cf. Rabanus : « tales necesse est legalibus adhuc praeceptis institui »). 73-74 Glosa Ieronimi in principio Marci : *Glosa ord.* (t. IV, p. 89a), ex Ps.-Hieronymo, *In Marci eu.* (P.L., 30, 590 A), hic forsitan sit Cummineus (uel Cummeanus), qui c. 632 in Hibernia scripsit (cf. Fr. Brunhölzl, *Hist. de la littérature latine au Moyen Age*, trad. par H. Rochais, t. I, vol. 1, Turnhout 1990, p. 191). A Thoma laud. etiam *Contra doctr. retr.*, c. 2, 72-77. 82 quedam glosa : *Glosa ord., in Ps.* 120, 3 (t. II, p. 623a) : « ad proficiendum non mouet pedem nisi caritas. Ad cadendum, superbia »; *Glosa* Petri Lombardi (P.L., 191, 1138 D) : « Sic<ut> enim ad proficiendum (*scr.* : per-) non mouet pedem nisi caritas, ita ad cadendum superbia »; ex Augustino, *Enarr. in Ps. 120*, 5 (CCSL 40, p. 1789, 8-10) : « Non ergo mouet pedem nisi superbia; ad ruinam non mouet pedem nisi superbia. Ad ambulandum et proficiendum et adscendendum caritas mouet ». 88 Psalmi : 130, 2. 89 Glosa : Petri Lombardi (P.L., 191, 1171 D - 1172 C).

<10> Preterea. Gregorius dicit super Ezechielem quod *ex precepto bonum facere, inchoantium est*; set id quod est incipientium ordinatur ad id quod perfectionis est, et non e conuerso; ergo precepta ordinantur ad consilia et non e conuerso.

<11> Preterea. Virtus *imitatur naturam*; set natura prius operatur in corpore animalis ea que pertinent ad esse, sicut membra principalia, quam ea que sunt de bene esse; ergo in progressu uirtutis priora sunt precepta, que sunt de esse uirtutis, quam consilia, que sunt de bene esse ipsius; et sic idem quod prius.

<12> Preterea. Sicut est ordo in addiscendo, ita etiam in operando; set in addiscendo oportet incipere a facilioribus ut ad difficiliora perueniatur; ergo in operando oportet prius implere precepta, que sunt faciliora, et sic transire ad consilia.

<13> Preterea. Mathei V dicitur in Glosa quod *sermo diuinus est nobis uia qua currimus*; set sermo diuinus preordinat precepta consiliis, ut patet Mathei V, ubi primo ponitur id quod preceptum est antiquis, et postea superadditur a Domino id quod perfectionis est; ergo uidetur quod obseruancia preceptorum sit preordinanda obseruationi consiliorum.

<14> Preterea. Illud quod est minimum in aliquo genere, ordinatur ad id quod est maximum in genere illo; set nichil est minus in uita christiana quam obseruancia preceptorum, nichil autem maius quam obseruancia consiliorum; ergo precepta ordinantur ad consilia.

<15> Preterea. Ieronimus dicit super Matheum : *Qui precepta legis implere* negligit, perfectiora implere non potest; ergo oportet quod prius aliqui impleant precepta quam consilia, et sic precepta ordinantur ad consilia.

<16> Preterea. *Prius* est *a quo non conuertitur consequencia essendi*; set a preceptis non conuertitur consequencia essendi ad consilia : non enim sequitur, si aliquis seruat precepta, quod seruet consilia; ergo obseruatio preceptorum naturaliter precedit, et ordinatur ad obseruanciam consiliorum.

Set contra est quod Augustinus dicit in Encheridion : *Quecunque mandat Deus, ex quibus unum est : Non mechaberis, et quecunque non iubentur, set spirituali consilio monentur, ex quibus unum est : Bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendum Deum et proximum propter Deum*; set hec duo cadunt sub precepto, ut patet Mathei XXII; ergo consilia ordinantur ad precepta.

<2> Preterea. Illud quod est electionis ordinatur ad id quod est necessitatis, quia *electio* est *eorum que* sunt *ad finem*; set consilia sunt electionis, precepta autem necessitatis; ergo consilia ordinantur ad precepta.

<3> Preterea. Illud per quod plenius aliquid perficitur, ordinatur ad illud; set per consilia plenius et tutius conseruantur precepta; ergo consilia ordinantur ad precepta.

Responsio. Dicendum quod precepta dantur de actibus uirtutum. Duplex autem est uirtutis actus, scilicet interior et exterior, et uterque actus

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)*; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*I*^{10}*)* 109 inchoantium] inchoandum Φ^1, Φ^{2b} (inchoantium *rest. sec.m. P*^{1}*)*, *N*^{a} *(cf. Préf., p. 143*b)* 130 id] ad Φ^1, *V*^{1}*I*^{10} : *om. F* 158 referuntur *O, P*^{1}, *N*^{a}*V*^{1} : referantur *cett* 167 quod] + est *AsO, P*^{1}*P*^{9}*V*^{4} 172-173 uirtutis actus] *inu.* Ψ

108 Gregorius ... super Ezechielem : Lib. I, hom. X, n. 31 (CCSL 142, p. 159, u. 548-550) : « Ex praecepto enim facere bonum, inchoantium est, ex caritate autem facere bonum, perfectorum ». 114 imitatur naturam : Cf. Ar., *Phys.*, II, 194a21-22, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 52, 10) : « ars imitatur naturam », a Thoma saepissime laud. 116 membra principalia : quorum primum est cor; cf. Thomas, *In De anima*, II 18, 117, cum Aristotelis locis in app. fontium laud. 127 Mathei V : 25. Glosa : *ord.*, in Matthaeum V, 25 (t. IV, p. 20b, 3 ab imo) : « Sermo diuinus nobis uia est qua currimus. Vnde : Viam mandatorum cucurri cum dilatasti cor meum [Ps. 118, 32] ». 130 Mathei V : 20-48. 141-142 Ieronimus ... super Matheum : Non inuenitur apud Hieronymum, sed cf. Gregorius, *In eu.*, lib. II, hom. 40, n. 9 (P.L., 76, 1309 C) : « hi qui uiliora legis praecepta implere negligunt, Saluatoris nostri mandatis altioribus oboedire quando conualescunt? ». 146-147 Prius — essendi (cf. infra, u. 428-429) : Ar., *Cat.*, 14a34-35, a Guillelmo de Moerbeke transl. (A.L., I 1-5, p. 114, 13-15) : « Prius autem uidetur esse quod tale, a quo non conuertitur *essendi* consequentia », a Thoma etiam laud. sine auctoris nomine in *Contra doctr. retr.*, c. 2, u. 123; hanc Aristotelis sententiam aduersarios argumentatos esse dicit et Iohannes Pecham, *Quodlibet I*, q.20 (ed. Etzkorn, p. 48, 9-10). — Hic Aristotelis locus translatus erat a Boethio (A.L., I 1-4, p. 37, 19-20) : « Prius autem uidetur esse illud a quo non conuertitur *subsistentiae* consequentia » (substantiae *b* : in eo quod est esse *ed. composita*, p. 75, 28). Translationem Boethii laudat Thomas *Q. de uer.*, q.6, a.2, arg.13 et ad 13; q.21, a.2, arg.5; *I*^{a}, q.85, a.3, arg.1; *Q. de spe*, a.3, s.c.5. — Translatio Guillelmi completa est mense Martis 1266; hanc laudat Thomas (praeter duos locos iam laud.) : *In Dion. De diu. nom.*, XIII, lect. 2 (bis : n. 977 et 981); *In Phys.*, V 5, n. 9; *In Post.*, I 31, 231-232; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, arg.5; *In Met.*, III 15, in 1003a1-2; V 13, in 1019a2-11; XI 1, in 1059b27-34; XII 6, in 1071b22-24; *In De celo*, II 2, n. 10. 153-154 Augustinus ... in Encheridion : XXXII 121, u. 12-16 (CCSL 46, p. 113-114). 160 Mathei XXII : 37-40. 163-164 electio — finem : Ar., *Eth. Nic.*, III 1111b26-27, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 183, 27-28) : « Adhuc autem uoluntas quidem, finis est magis; eleccio autem, eorum que ad finem », a Thoma saepius laud. 172-173 Duplex — exterior : Adumbrata ab Aristotele, *Eth. Nic.*, X, 1178a34-b1 (cf. III, 1111b5-6; VIII, 1163a22-23; IX, 1164b1-2; a Roberto Grosseteste transl. A.L., XXVI, p. 362, 7-9; 183, 7-8; 320, 22-23; 324, 21-22), haec distinctio

sub legis precepto cadit. Vnde Augustinus dicit Contra Faustum quod *quia* Iudei *non intelligebant homicidium nisi peremptionem corporis humani ... aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere deputari*; similiter etiam *<putabant> tantum modo corporalem cum femina illicitam commixtionem uocari mechiam*, que erat in lege prohibita, set Dominus *demonstrauit etiam* interiorem *concupiscenciam* ad hoc pertinere. Vnde manifestum est quod etiam interiores actus uirtutum sub precepto cadunt.

Consilia igitur ordinantur ad precepta et secundum quod sunt de interioribus uirtutum actibus et secundum quod sunt de exterioribus actibus, set diuersimode.

Nam ad interiores actus uirtutum ordinantur sicut ad finem : omnes enim interiores actus uirtutum moralium pertinent ad mentis puritatem, ut scilicet mens hominis a passionibus inordinatis et ab exteriorum rerum cupiditate sit libera, et ulterius omnes uirtutes tam morales quam theologice ordinantur ad dilectionem Dei et proximi; et ad hec duo omnia consilia ordinantur sicut ad finem, scilicet ad caritatem Dei et proximi, et ad mentis puritatem. Vnde dicitur in Collationibus Patrum : *Quicquid nos ad ... puritatem cordis potest dirigere, tota uirtute sectandum est, quicquid autem ab hac retrahit, ut perniciosum ac* uicium *deuitandum* est. *Pro hac enim uniuersa agimus atque toleramus, pro hac parentes, patria, dignitates, diuicie, delicie mundi huius et uoluptas universa contempnitur, ut scilicet puritas cordis perpetua retineatur*; et postea subdit : *Pro hac* ieiuniorum inediam, *uigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem ceterasque uirtutes debere nos suscipere nouerimus, ut per illas ab uniuersis passionibus noxiis illesum preparare cor nostrum et conseruare possimus et ad perfectionem caritatis istis gradibus innitendo conscendere*. Et hoc idem Augustinus dicit in libro De moribus ecclesie : *Non reiciendis*, inquit, *generibus ciborum quasi pollutis, set concupiscencie perdomande et dilectioni fratrum retinende inuigilat omnis* intentio; et ibidem dicitur : *Caritas precipue custoditur, caritati uictus, caritati sermo, caritati habitus, caritati uultus aptatur*. Vnde et Apostolus, I ad Corinthios VII, uirginitatis consilium ad hoc ordinandum docet, ut *mulier innupta cogitat que sunt Dei, quo modo placeat Deo*; et Dominus, Mathei XIX, paupertatis consilium ad hoc ordinat ut homo eum sequatur, quod fit per rectitudinem et puritatem interioris affectus. Sic igitur consilia ordinantur sicut in finem ad precepta, secundum quod sunt de interioribus actibus.

Set secundum quod sunt de actibus exterioribus, puta : *Non occides, Non furtum facies*, etc., ordinantur consilia ad precepta, non sicut ad finem, — non enim propter hoc homo uirginitatem seruat ut ab adulterio abstineat, neque hoc fine aliquis suis abrenunciat ut non furetur aliena,

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 174 sub] super Φ(- *P, P*^{9} : sub *rest. sec.m. P*^{1}) 176 peremptionem] per interemptionem *Ed*^{2,4ss}(- *Ed*^{30}) 177 motum] nutum Φ^{2b}(- *P*^{9} : motum *rest. sec.m. P*^{1} *: om. E*), Φ^{2bc} 179 putabant *suppl. : om. codd* 180 commixtionem *scr. ex Augustino cum Ed*^{30} : cohercionem Φ^1 *(om. P)*, Φ^{2b}, Φ^{2bc} : cohabitationem *FV*^{1}*V*^{10} *(nec non plerique dett* Φ) : coniunctionem *N*^{a} : coitionem *P*^{8}*Pr, sec.m. Dl, Ed*^{1}, *Ed*^{3} 190 interiores] inferiores Φ^1, Φ^{2b} *(corr. sec.m. P*^{1}*)* 199 puritatem] uirtutem Φ *(cf. Préf., p.* 142*b) 201 uicium] iniquum F : uiciosum *N*^{a} : noxium *(ex Cassiano) sec.m. V*^{1} 201 deuitandum] *uar.* Φ^1 (desiccandum *As* : detruncandum *P : pr.m. erasa O : cf. Préf., p.* 143*a) 203 parentes, patria] patriam, parentes Φ (patria *rest. multi*) 209 illesum] illesas Φ (illesum *rest. Bx*^{2}*Wb, Ed*^{30}) 210 innitendo] inmorando *F* : imitando Φ (innitendo *rest. sec.m. Gf*^{1}, *B, Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{30ss}) 211 conscendere] condescendere Φ^1, Φ^{2b} *(cf. Préf., p.* 143*b) 212 reiciendis Φ^{2bc}, *N*^{a}, *sec.m. P*^{1} : reiciendi Φ^1, Φ^{2b}, *V*^{1}*V*^{10} : reiciendum *F* 214 dilectioni *(uel* -nem *obsc. non nulli* : -nem Φ^{2bp}) : secundum dilectionem Ψ(- *N*^{a}) 215-216 custoditur] + si Φ^{2b}, Φ^{2bc} (si *del. Ed*^{30}) 216 uictus *scr. cum KrPr*^{2}*Wr*^{4}*Wr*^{3}*Wr*^{1}, *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{30} : unctus *F* : uirtus *cett (cf. app. fontium)* 219 cogitat] cogitet *sec.m. P*^{1}, *Ba*^{1}, *N*^{a}*FV*^{10} *(sed ueri simile est uerbum Pauli Thomam retinuisse, quamuis contra grammaticam)* 222 eum] casu Φ^1, *V*^{1} : enim *FV*^{10} : deum Φ^{2b} *(om. P*^{9}*) : om. Ba*^{1}*; cf. Préf., p.* 143*a 226-227 actibus exterioribus] *inu.* Ψ

communis euasit; ea saepe utitur Thomas, uelut *In II Sent.*, d.35, q.un., a.4; d.40, q.un., a.3; *In III Sent.*, d.9, q.1, a.1, qla 1, arg.2 et ad 2; *In IV Sent.*, d.16, q.1, a.1, qla 4, arg. 1 et ad 1; *Q. de malo*, q.2, a.2; *I*^{a} *II*^{ae}, q.20, a.1-4; ad multas quaestiones soluendas eam applicat, et ad distinctionem Legis ueteris et nouae, mandatorum et consiliorum illustrandam, uelut : *I*^{a} *II*^{ae}, q.107, a.4; q.108, a.1; *In Mathei euangelium*, XI, in uersic. 30; XIX, in uersic. 12; *II*^{a} *II*^{ae}, q.22, a.2; q.27, a.6, ad 3; *Q. de caritate*, a.11, ad 5; *In ep. ad Hebr.*, VI, lect. 1. Cf. Préf., p. 139*-140*. 174-175 Augustinus ... Contra Faustum : lib. XVIII, n. 23 (CSEL 25, p. 521-522; 176 humani + per quam uita priuaretur *Aug.*; 178 deputari *uar. Augustini, hab. etiam Thomas, I*^{a} *II*^{ae}, q.107, a.3, ad 2 : putari; 181-182 set — pertinere : demonstrauit magister etiam talem concupiscentiam nihil esse aliud *Aug.*). 198-199 in Collationibus Patrum : Cassianus, *Conlationes*, I V 3 (CSEL 13, p. 11, 18-24; cf. *Jean Cassien, Conférences I-VII*, SC 42); partim (a u. 202 Pro hac) laud. *Contra doctr. retr.*, c. 6, u. 179-183 (199 ad + hunc scopon, id est; 201 uicium : noxium; 205 retineatur *Th., uar. in CSEL, in textu SC* : retentetur *in textu CSEL*). 205 subdit : Cassianus, *Conlationes*, I VII 1 (CSEL 13, p. 13, 7-12), a Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 10, u. 166-172; *Contra doctr. retr.*, c. 6, u. 183-189; paulo liberius, *II*^{a} *II*^{ae}, q.186, a.1, s.c. (ieiuniorum inediam *Thomas tribus in locis* : ieiunia *Cass.*). 211-212 Augustinus ... in libro De moribus Ecclesie : I XXXIII 71 (CSEL 90, p. 76, 7-9; u. 215 intentio *Th.* : industria *Aug.*). 215 ibidem : Augustinus, *De moribus Ecclesiae*, I XXXIII 73 (p. 79, 4-5), etiam laud. *Contra doctr. retr.*, c. 6, u. 176-178 (ubi pro « victus » hab. « virtus » codd Thomae; cf. supra, app. crit. ad u. 216). 217-218 I ad Corinthios VII : 34 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 213) : « et mulier innupta et uirgo cogitat quae domini sunt (*uar.* sunt dei) »; 33 (p. 212) : « quomodo placeat deo ». 221 Mathei XIX : 21. 227 Non — facies : Quintum et septimum praecepta, *Exodi* XX, 13 et 15.

cum exteriora opera consiliorum sint maiora quam exteriora opera preceptorum, — ordinantur tamen ad ea in quantum faciunt ea tutius et firmius conseruari : qui enim sua dimittit, multo magis abstinet a rapiendis alienis. Vnde et Augustinus dicit in XIX libro Contra Faustum : *Omnia ex Hebreorum lege commemorata ita* Dominus *commendauit, ut quicquid ex persona sua insuper loqueretur, uel ad expositionem* commendandam *ualeret, si quid illa* obscurum *posuisset, uel ad tutius conseruandum quod illa uoluisset*; et in libro De sermone Domini in monte dicit quod *dum fiunt ... illa que adduntur ad perfectionem, multo magis fiunt illa que premissa sunt ad inchoationem.*

Sic ergo patet quod consilia ordinantur sicut in finem ad precepta, prout sunt de interioribus actibus uirtutum, set ad precepta, secundum quod sunt de exterioribus actibus, ordinantur consilia ad hoc quod tutius et firmius conseruentur, per modum remouentis prohibens. Et primum horum est causa secundi : firma enim exteriorum actuum obseruatio causatur ex interiori affectione mentis bene disposite.

Ad primum ergo dicendum quod, secundum quosdam, dies ille mentitus est, dicens se precepta obseruasse, et precipue quantum ad unum preceptum quod ibi commemoratur, pertinens ad interiorem actum, scilicet : *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Vnde Origenes dicit super Matheum : *Scriptum est in Euangelio ... secundum Hebreos*, quod cum Dominus dixisset *ei : Vade et uende omnia que* habes ... *cepit dies scalpere caput suum et non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus : Quomodo dicis : Feci legem et prophetas? ... scriptum est in lege : Diliges proximum tuum sicut te ipsum, et ecce multi fratres tui filii Abrahe amicti sunt stercore, morientes pre fame, et domus tua plena est multis bonis, et non egreditur omnino ex ea aliquid ad eos ... Impossibile enim est implere* predictum *mandatum ... et esse diuitem, et maxime tantas habere possessiones.* Et hoc idem confirmatur per Ieronimum qui dicit super Matheum : *Mentitur adolescens. Si enim quod positum est in mandatis : Diliges proximum tuum sicut te ipsum, opere complesset, quomodo postea audiens : ... uende omnia que habes et da pauperibus, tristis* abiisset?

Set quia Crisostomus et alii expositores dicunt adolescentem illum non fuisse mentitum, utrumque saluari potest. Nam hoc preceptum : *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, dupliciter potest obseruari. Vno modo, inperfecte, ut scilicet aliquis non faciat contra proximum quod non uult sibi fieri, et ut sine suo detrimento proximo subueniat. Alio modo <perfecte>, ut scilicet ad subueniendum necessitatibus proximorum corporalibus ita se habeat sicut ad subueniendum necessitatibus propriis. Hoc enim modo non implet hoc preceptum qui, cum multas diuicias habeat, sibi eas reseruat, permittens proximos egere. Consilia autem ad hoc ordinantur ut precepta perfectius custodiantur, et ideo Dominus obseruanti precepta inperfecte, superaddidit consilia, per que precepta perfectius obseruentur.

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*^{4}*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*^{1}*V*^{10}*)* 235 dimittit] amittit *AsO, P*^{9}, *?pr.m. E* 239 persona] perfecta *OP, BaP*^{1}*P*^{9}, *N*^{a} : presciencia *F* 247 in] ad *sec.m. P*^{1}, *Ed*^{5ss} 284 suo] *om.* Φ (*cf. Préf., p.* 142*b) 285 subueniat] superueniat Φ^1, Φ^{2b}(- *EP*^{1}) 286 perfecte *suppl. cum Ed*^{36,8} *(in adn.) : om. codd, edd* 286 subueniendum] superueniendum Φ^1, Φ^{2b}(- *EP*^{1}) 286-288 proximorum — necessitatibus] *hom. om. N*^{a}*V*^{10} 287 subueniendum] superueniendum Φ^1 (ueniendum *As*), Φ^{2b}(- *EP*^{1}) 290 proximos] proximum *Ed*^{4ss} 293 superaddidit] superaddit *As, Ba, N*^{a}*F, Ed*^{4ss}

237 Augustinus ... in XIX libro Contra Faustum : n. 27 (CSEL 25, p. 529, 12-15 ; 240 commendandam *Th* : requirendam ; 241 obscurum : obscure). 242-243 in libro De sermone Domini in monte : I, 8, 20 (CCSL 35, p. 20, u. 435-437 ; u. 243 fiunt + etiam). 260-261 Origenes ... super Matheum : Origenes, *Commentariorum in Matthaeum Versio latina antiqua*, XV 14 (ed. E. Klostermann et E. Benz, Origenes Werke X, GCS 40, p. 389-390) ; ex cuius tamen uerbis non nisi pauca excerpsit Thomas hic et *Contra doctr. retr.*, c. 7, u. 15-29, partim etiam in *Catena in Matheum*, in XIX 22 (269 omnino ex ea aliquid : aliquid omnino ex ea *Contra doctr. retr.* : omnino aliquid ex ea *Catena, Orig.*) 272-273 Ieronimus ... super Matheum : Hieronymus, *In Matheum*, lib. II, in XIX 20 (CCSL 77, p. 170, u. 860-864) ; a Thoma laud. *Contra doctr. retr.*, c. 7, u. 10-14 (quod *Th* : hoc quod *Hier.* ; uende : uade, uende *Hier* : uade et uende *Contra doctr.* ; omnia *om. in textu Hier., add. uar. Hier., Th* ; abiisset : recessit *Hier, Contra doctr., sed* abisset *hab. Chrysostomus, cf. adn. inseq.*). 278 Crisostomus : Iohannes Chrysostomus, *In Matthaeum*, hom. 63 (al. 64), n. 1 (P.G., 58 603 et 604), a Burgundione Pisano transl. (Ms. Vat. lat. 383, f. 203ra) : « Ego autem philargirum quidem eum et pecuniarum amatorem nequaquam recusarem dicere. Quia et Christus talem eum existentem redarguit. Simulatorem autem nequaquam, quia neque securum quid est de incertis audere, et maxime in accusationibus, et Marcus destruxit hanc suspicionem. Et enim ait quoniam occurrens et genuflectens rogabat eum. Et quoniam inspiciens eum Ihesus amauit eum » ; (f. 203rb-va) : « Si autem temptans accessisset, demonstrasset utique nobis et hoc euangelista, sicut et in aliis fecit (ait *cod.*), vt in legis doctore. Si autem et ipse siluisset, Christus eum non utique permisisset latere, set redarguisset manifeste uel et enigmatice insinuasset, ut non uideretur decepisse et latere et ita nocere. Si temptans accessisset, non utique abisset tristatus in his que audiuit ». Quae uerba liberius laudauerat Thomas, *Catena in Matheum*, in XIX 16, et ad ea etiam adludit in *Contra doctr. retr.*, c. 7, u. 34. 278 alii expositores : Cf. *Contra doctr. retr.*, c. 7, u. 34. Hi sunt (inter expositores quos saepius laud. Thomas in sua *Catena*) : Beda, *In Lucae euangelium*, lib. V, in XVIII 21 (CCSL 120, p. 327, u. 1243-1251) ; *In Marci euangelium*, lib. III, in X 20-21 (ibid., p. 560, u. 728-737), liberius laud. in *Glosa ord.* (t. IV, p. 62b) et in *Catena in Marcum*, X 20, ipsius Thomae ; Remigius Altissiodorensis, *In Matheum*, XIX 20 (Ms. Vat. lat. 648, f. 199va) : « Sic enim ait sanctus Marcus : Quem intuitus Ihesus dilexit eum [Mc X 21]. Non enim ueritas diligeret mendacem neque simplicitas

Ad secundum dicendum quod perfectio uite in preceptis secundum quod sunt de interioribus uirtutum actibus consistit essencialiter : nam caritas *est uinculum perfectionis*, sicut Apostolus dicit ad Colossenses III, et ideo, cum Dominus precepta caritatis posuisset, Mathei V, subiungit : *Estote ergo perfecti.* Set in consiliis, que sunt de quibusdam exterioribus actibus, consistit perfectio instrumentaliter, quia scilicet huiusmodi consilia sunt quasi quedam instrumenta per que facilius ad perfectionem peruenitur. Vnde in Collationibus Patrum dicitur : *Ieiunia, uigilie, meditatio Scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum non perfectio, set perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consistit discipline illius finis, set per illa peruenitur ad finem.* Et Augustinus dicit in libro De perfectione iusticie : *Sic audiamus precepta perfectionis, ne currere negligamus ad* perfectionem *caritatis.* Et Ieronimus super Matheum dicit, exponens illud : *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te ... quia*, inquit, *non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est : Et secuti sumus te. — Quid ergo erit nobis?* quasi dicat : *Fecimus quod iussisti*; *quid* ergo *dabis premii*? Precepta ergo inperfecte obseruata pertinent ad communem iusticiam, set perfectio uite consistit in ipsa plana obseruancia preceptorum.

Ad tercium dicendum quod aliquid ad finem ordinatur dupliciter : uno modo ut necessarium ad finem, sine quo finis esse non potest, sicut cibus ad uitam corporis conseruandam; alio modo sicut necessarium ad finem, sine quo ad finem non ita bene peruenire potest, sicut equs ordinatur ad iter, non quia sine equo aliquis ire non possit, set quia in equo melius uadit. Similiter et consilia ordinantur ad precepta, non quia sine consiliis precepta obseruari non possint et quantum ad interiores actus et quantum ad exteriores (nam Abraham, qui et coniugio et diuiciis utebatur, fuit coram Deo perfectus, secundum illud Genesis XVII : *Ambula coram me et esto perfectus*), set quia per consilia facilius et expeditius ad perfectam preceptorum obseruanciam peruenitur.

Ad quartum dicendum quod Augustinus in uerbis illis intendit excludere quorundam dictum, qui credebant uirginitatem esse necessariam solum ad carendum tribulatione corporis que in matrimonio sustinetur. Obseruatio autem preceptorum, etsi in hoc seculo fiat, non tamen pertinet ad hoc seculum, set futuro seculo coniungit.

Ad quintum dicendum quod precepta pertinent et ad actiuam et <ad> contemplatiuam uitam, consilia uero sunt instrumenta contemplatiue uite. Set ibi precessit mentio de preceptis ordinantibus ad proximum, que pertinent ad uitam actiuam.

Ad sextum dicendum quod etiam in ipso exercitio preceptorum contingit inueniri differenciam perfectionis et inperfectionis. Vnde non potest dici quod numerus quinque milium pertineat ad precepta, et numerus quatuor milium ad consilia; set primum pertinet ad inperfectam obseruanciam preceptorum, qualis etiam in seculari uita

Φ (pecia 9) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2b}*(BaEP*^{1}*P*^{9}*V*$'^4$*)*, Φ^{2bc} *(Ba*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*FV*$'^1$*V*$'^{10}$*)* 300 subiungit] subiunxit *F* 314 reliquimus *P, F* : re. *N*^{a} : relinquimus *cett* 317 dicat *scr. cum P* ^{7} ; diceret *P*^{9} : d. *cett* (*coniungendum est cum u.* 316 iungit) 342 carendum tribulatione] cauendum tribulationem *N*^{a} 343 sustinetur] *obsc.* Φ^{2b} (sustinetur *V*$'^4$: frequentatur *Ba* : fouetur *E* : sibi t'inetur [= terminetur] *P*^{9} : *om. in textu*, substinetur *in mg. P*^{1}) 347 ad *suppl. cum As, V*$'^4$, *Ba*^{1}, *sec.m. P*^{1} : *om. cett* (et ad contemplatiuam uitam *om. P*^{9}) 353 inueniri] inuenire Ψ (*cf. Préf., p.* 142*b)

simulatorem. Ac per hoc aperte demonstratur quia simplici intentione accessit et ueraciter professus est : Hec omnia custodiui a iuuentute mea ». 299 ad Colossenses III : 14. 300 Mathei V : 48. 305-306 in Collationibus Patrum : Cassianus, *Conlationes*, I VII 3 (CSEL 13, p. 14, 5-8), a Thoma laud. *De perf. spir. uite*, c. 10, u. 177-181 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.184, a.3 ; q.188, a.7 (in *Lectura in Matheum*, XIX, in uersic. 21, legimus in edd : « Augustinus dicit quod uigilie et huiusmodi sunt instrumenta perfectionis », quod apud Augustinum non inuenitur ; an legendum « Cassianus » ?). — Argumentum ex Cassiano sumptum retorquet Nicolaus Lexouiensis, *De perfectione et excellentia* ..., lib. I, c. 11 (Ms. Paris Sorb. 228, f. 228rb) : « Illud uero quod abbas Moyses in collatione quam facit de destinatione uel fine monachi, et in libro tuo [Thomae *De perf. spir. uite*] alibi posuisti, quod *ieiunia, uigilie, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt*, illud est sciendum quod ibi loquitur in comparatione, scilicet respectu scopou, *id est puritatis cordis, quod est caritas* [Cassianus, p. 13, 21] siue diuina contemplatio, in qua finis est et consummatio perfectionis, ad quam obtinendam cetera ordinantur, non solum nuditas facultatum, sed et castitas et obediencia. Vnde statim subiungit : *quia non in ipsis*, inquit, *consistit discipline illius finis, sed per illa peruenitur ad finem*, de qua subiungit : *Videtis principale bonum in theoria sola, id est in contemplatione diuina, Dominum posuisse*, cum dicit : *Maria* optimam *partem elegit que non auferetur ab ea* [Cassianus, p. 15, 8-11]. Non enim negauit quin abdicatio facultatum cum caritate causa imitandi Dominum non esset de ratione perfectionis, sicut et castitas et obediencia, sed quia ad aliud ulterius tendunt, scilicet in consummationem perfectionis, dixit in istis non esse perfectionem, sed instrumenta fore perfectionis. Vnde ibidem ait : *liquido comprobatur non statim nuditate nec priuatione omnium facultatum seu dignitatum abiectione perfectionem contingi* [Cassianus, p. 12, 26-28]. Hoc enim inicium est perfectionis, sine quo non incipitur regulariter et ex hoc ad complementum tenditur, quod est in diuina contemplatione ». Quam responsionem Thomas non cognouisse uidetur. 310-311 Augustinus ... in libro De perfectione iusticie : VIII 19 (CSEL 42, p. 18, 18-19 ; perfectionem : plenitudinem *Aug.*). 313 Ieronimus super Matheum : Hieronymus, *In Matheum*, lib. III, in XIX 27 (CCSL 77, p. 172, u. 911-917 (316-317 Quid ergo erit nobis *hic tr. Th : 4 u. ante Hier.* ; 318 ergo : igitur nobis *Hier.*). 319 ad communem iusticiam : Cf. supra u. 18-19, cum adn. 323 dupliciter : Cf. *III*^{a}, q.65, a.4, ubi haec distinctio clarius explicatur ; *Quodl. V*, q.10, a.1 [19], u. 66-77 et 94-110. 335 Genesis XVII : 1.

interdum habetur, secundum uero pertinet ad perfectam obseruanciam preceptorum, ad quam ordinantur consilia. Nec tamen quia primo Dominus pauit quinque milia quam quatuor milia oportet quod aliquis prius exerceatur in uita seculari quam transeat ad religionem, quia etiam religionem intrantes non statim perfectionem adipiscuntur, set ad perfectionem assequendam se exercitant, sicut et intrantes scolas logice non statim efficiuntur logici, set ad hoc se exercitant. Vnde et religio quedam perfectionis scola est.

Ad septimum dicendum quod exempla que traduntur in Euangeliis sunt exempla Christi, que pertinent non solum ad consilia, set etiam ad perfectam obseruanciam preceptorum; unde et ibidem subditur : *Exempla, ut hoc : Discite a me quia mitis sum et humilis corde.*

Ad octauum dicendum quod caritas habet multos gradus, nam primo est caritas incipiens et postea proficiens et ultimo perfecta; unde caritas in spirituali uita et est principium et est finis.

Ad nonum dicendum quod obseruatio consiliorum est difficilior quam obseruatio preceptorum quantum ad exteriores actus; tamen obseruatio preceptorum perfecta quantum ad interiores actus est longe difficilior : difficilius enim est deponere animi cupiditates quam possessiones. Et tamen difficilius est obseruare exteriores actus preceptorum sine consiliis quam cum consiliis, sicut ex premissis patet.

Ad decimum dicendum quod incipientes sunt in ordine instruendorum ab aliis, et ideo ex precepto mouentur ad aliquid faciendum tam in uita seculari quam in religione; set quando iam perficiuntur, operantur ex interiori habitu, quasi ex se ipsis, non solum consilia, set etiam precepta.

Ad .XI. dicendum quod, sicut dictum est, caritas et est principium spiritualis uite et finis; et ideo et ipsa precedit inchoata, tanquam de esse existens spiritualis uite, et ipsa sequitur tanquam pertinens ad perfectum esse spiritualis uite. Et tamen ea que sunt de bene esse ordinantur ad conseruationem eorum que sunt de esse rei.

Ad .XII. dicendum quod etiam in disciplinis prius addiscuntur ea per que alia perfectius intelliguntur, quamuis illa facilius sit intelligere uel habere secundum communem modum, sicut facilius est scire argumentari eo modo quo etiam ydiote utuntur dyaletica quadam quam scire regulas logice, et tamen preaddiscuntur regule logice ad hoc quod aliquis perfectius argumentari ualeat quam communiter ydiote argumententur. Et similiter facilius est obseruare precepta secundum imperfectum modum quam obseruare consilia, et tamen qui tendunt ad perfectam preceptorum obseruationem, oportet quod incipiant a consiliis sicut a quibusdam instrumentis.

Ad .XIII. dicendum quod illa que ibi Dominus superaddit non sunt consilia, set precepta, ut patet tum ex ipsis uerbis Domini que ibi ponuntur, tum etiam ex expositione Augustini in libro De sermone Domini in monte.

Ad .XIV. dicendum quod obseruancia preceptorum secundum inperfectum modum est minimum in uita spirituali, set est maximum si obseruentur perfecte.

Ad .XV. dicendum quod perfectiora Euangelii non solum sunt consilia, set etiam precepta, ut ex dictis patet.

Ad .XVI. dicendum quod illud *a quo non conuertitur consequencia essendi*, etsi sit prius natura quodam modo, non tamen oportet semper quod sit prius tempore : non enim in angelis uiuere precedit intelligere, quamuis non omne uiuens sit intelligens, quia statim a principio angeli uitam perfectam habent, que est intellectualis. Et similiter qui uolunt plenius precepta custodire, statim a principio consilia assumere debent, licet non omnes obseruantes precepta obseruent consilia.

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P⁹, Ba¹E)*, Φ^{2b} *(BaP¹V⁴)* ; Ψ^e *($N^aF V^{c1}V^{10}$)* 365 non statim *Incipit pecia 10ª in* Φ 368 ad hoc] adhuc Φ(- P^1) 374 subditur] subdit Ba^1E, Φ^{2b} : subduntur *F* 380 obseruatio] obseruancia V^{10}, Ed^{19ss} 390 instruendorum] instrumentorum *Dl*, Ed^{32}, Ed^{34-36} 390 ex] *om.* Ed^{19} 393 ex¹] ab $Ed^{2,4ss}$ 407 utuntur *E, sec.m.* P^1, N^aF : utantur *cett* 408 preaddiscuntur] prius addiscuntur N^a : primo addiscuntur Ed^{19ss} 410 argumententur] argumentantur $FV^{c1}V^{10}$ 430 oportet] + quod primo *As*, P^9, Φ^{2b}, *edd* 430 quod] *om.* P^9, V^4, *edd* 432-433 non omne uiuens sit intelligens *scr. cum* $Ed^{2,4ss}$ (intelligens sit Ed^{2-4-18}) : non omne intelligens sit uiuens *codd* (non *om. F*, Ed^1, Ed^3)

373-374 ibidem : Ps.-Hieronymus, *In Marci eu.* (P.L., 30, 590 B), sed laud. ex *Glosa ord.* (IV, p. 89a) : « Exempla, vt hoc : Discite a me quia mitis sum et humilis corde ». Cf supra, ad u. 73-74. 384-386 difficilius — possessiones : Cf. Hieronymus, *Ep. 71*, 4 (ed. Labourt, t. IV, p. 11, 15-16) : « Aurum deponere incipientium est, non perfectorum » ; *In Matheum*, III, 874-875 (CCSL 77, p. 170-171) : « Facilius enim sacculus contemnitur quam uoluntas » (uoluptas *uar.*). 395 dictum est : Supra, u. 378-379. 416-418 ibi : *Matthaei*, v. 20-48, laud. supra u. 130. 419-420 Augustini in libro De sermone Domini in monte : I, 9,21 (CCSL 25, p. 22-23). 426-427 ex dictis : Supra, u. 416-420. 428-429 a quo — essendi : Cf. supra, adn. ad u. 146-147.

<QVODLIBET QVINTVM>

CODICES

Φ

Φ^1

As = Assisi, Bibl. Comunale 112
O = Oxford, Merton College I.3.1 (Coxe 96)
P = Paris, Bibl. Mazarine 805. *Pars prior.*

Φ^2

Ba = Basel, Universitätsbibl. B III 8
Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
E = Erlangen, Universitätsbibl. 269/3 (328)
P^1 = Paris, B.N. lat. 14548
P^9 = Paris, Bibl. Mazarine 853 (*usque ad a.* 15,74)
V^4 = Vaticano (Città del), Bibl. Apost. Vat. lat. 196

Ψ

C^b = Cambridge, Gonville and Caius College 93 (175). *Pars secunda : usque ad a.* 28,22
F^1 = Firenze, Bibl. Medicea Laurenziana S. Marco 462 (a. 1 et 22-28)
N^a = Napoli, Bibl. Nazionale VIII.B.21 (a. 1-22)
M^1 = München, Staatsbibl. Clm 14119
M^7 = München, Staatsbibl. Clm 28406

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de Deo et angelis et hominibus.

De Deo quesitum est et quantum ad naturam diuinam et quantum ad naturam assumptam.

Quantum ad naturam diuinam quesitum est et de sciencia et de potencia Dei.

<Questio 1>

Circa scienciam Dei quesita sunt duo : primo, utrum Deus sciat primum instans in quo potuit creare mundum; secundo, utrum presciti a Deo possint demereri.

<a. 1 [1]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare.

Deus enim potuit creare mundum ante quam creauerit; non autem potuit creare ipsum in infinitum ante, quia sic esset ei coeternus; ergo est dare aliquod instans in quo primo potuit creare mundum; set Deus sua sciencia totum comprehendit; ergo Deus scit primum instans in quo potuit creare mundum.

Set contra. Deus nichil scit quod eius omnipotencie preiudicet; preiudicaret autem eius omnipotencie si esset aliquod instans in quo primo potuit creare mundum, quia sic eius potencia ad illud instans limitaretur; ergo Deus nescit primum instans in quo potuit creare mundum.

Responsio. Dicendum quod dupliciter dicitur aliquid fieri in aliqua mensura loci uel temporis. Vno modo, presupposita ipsa mensura; et sic particulares effectus producuntur a Deo uel ab aliis agentibus in loco uel tempore. Alio modo, ut simul cum eo quod fit producatur mensura loci uel temporis; et hoc modo mundus a Deo in esse producitur, non quidem quasi in aliquo loco uel tempore preexistente, set quia simul cum mundo et locus et tempus producitur.

Vnde aliter est intelligendum cum dicitur quod Deus potuit facere aliquem particularem effectum, puta equum uel hominem, ante quam fecerit uel etiam alibi quam fecerit, et aliter cum hoc de mundo dicitur. Nam cum de homine uel equo hoc dicitur, significatur aliquod tempus uel locus aliquis esse in quo homo a Deo fieri potuerit, set cum hoc de mundo dicitur, non significatur quod sit aliquod tempus ante mundum nec aliquis locus extra ipsum, set significatur quod Deus potuit mensuram loci et temporis mundi facere maiorem.

Si igitur queratur utrum potuerit mundum facere in infinitum ante quam fecerit, si hoc quidem referatur ad potenciam facientis, manifestum est quod in infinitum ante facere potuit : Dei enim potencia est eterna, cui nichil accrescere potuit ut inciperet quandoque facere mundum cum prius non potuerit. Si uero referatur ad ipsum mundum, sic non potuit fieri ut esset semper, supposita catholice fidei ueritate, que habet mundum quandoque non fuisse : sicut enim

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P*[9]*, Ba*[1]*E)*, Φ^{2b} *(BaP*[1]*V*[4]*)* ; Ψ *(N*[a]*C*[b]*F*[1]*M*[7]*M*[1]*)* 15 creare mundum] *inu.* Ψ 18 aliquod *scr. cum P, E, sec.m.* P^1, M^1 *: om.* N^aM^7 : aliquid *cett* 18 primo potuit] *inu.* Ψ(- M^1) 19 sua] in sua Ψ(- N^a) 26 limitaretur *As, sec.m.* BaP^1, Ψ : *obsc.* Φ(- *As : ?* imitaretur, inuitaretur, mutaretur : duraretur *Ba)* 33 tempore] in tempore Φ^{2b}, M^1 38 producitur] producuntur N^aM^7 44 equo] de equo *P*, Φ^{2b}, Ψ(- N^a) 45 fieri a Deo *tr.* Ψ (in quo — potuerit *om.* P^9) 46 hoc de mundo] hoc mundo Wr^2, $Ed^{4\text{-}5}$: de hoc mundo *Gf, SiHeUt, Mg,* Wr^3Wr^1, $BuKr^2$, Ed^{10ss} 49 et *sec.m.* P^1, Ψ(- N^aM^1) : uel N^aM^1 *: om.* Φ 51 igitur] ergo Ψ(- C^b) 55 cui] cum in Ψ(- N^aM^1) 58 mundum] *om.* Φ^1

A.1 — Secundaria haec quaestio emersisse uidetur ex quaestione principaliore quam tractant Albertus et Bonauentura. Cf. Albertus, *In I Sent.*, d.44 B, a.1 (XXVI, p. 389b) : « Vtrum (Deus) potuit eum (mundum) prius facere quam fecit » ; (p. 391a) : « Videtur michi esse stulta questio » ; Bonauentura, *In I Sent.*, d.44, a.1, q.4 (p. 787-789) : « Vtrum Deus potuit facere mundum antiquiorem » ; duas opiniones recenset Bonauentura : (1) (p. 788b) « uidetur aliquibus impossibile, quia implicat in se oppositionem, quoniam anterioritas siue antiquitas incipit simul cum tempore ... et tempus incipit de necessitate simul cum mundo, sicut situs incipit simul cum loco et locus cum orbe primo. Vnde, sicut si quereretur utrum primus orbis potuerit fieri altior, nulla esset omnino questio, immo implicat contradictionem, scilicet

Deus non potest facere ut quod fuit non fuerit, ut infra dicetur, ita non potest facere ut quod non fuit quandoque, nunquam non fuerit. Secundum hunc ergo sensum dicitur quod Deus non potuit mundum facere in infinitum ante quam faceret.

Set adhuc intelligendum est quod infinitum dicitur dupliciter. Vno modo, in actu; et sic dicitur secundum modum predictum quod Deus non potuit facere mundum in infinitum ante quam fecerit, id est quod duratio mundi in infinitum ante precesserit. Alio modo dicitur infinitum secundum potenciam; et sic potuit Deus in infinitum mundum facere ante quam fecerit, quia quantumcunque ante detur eum fecisse, adhuc potuit eum prius facere.

Et sic non est dare primum instans in quo Deus potuit facere mundum, est autem dare primum instans in quo fecerit, sicut etiam est dare suppremum ubi usque quo Deus mundum fecerit, non tamen est dare suppremum ultra quod facere non potuerit.

Et sic patet quod questio cessat.

<Q. 1, a. 2 [2]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod presciti a Deo non possint demereri.

Sicut enim aliqui sunt electi a Deo ab eterno ad graciam habendam, ita etiam aliqui sunt presciti a Deo ad hoc quod sue nature relinquantur; set naturalibus non meremur neque demeremur; ergo presciti a Deo non demerentur.

Set contra. Nullus dampnatur a Deo nisi propter demeritum, cum Deus sit iudex iustus; set presciti dampnantur a Deo; ergo demerentur.

Responsio. Dicendum quod sciencia Dei comparatur ad res creatas sicut ars ad artificiata; unde, sicut ars non solum est cognoscitiua, set factiua eorum que secundum artem fiunt, peccatorum uero quibus ab artis regulis deuiatur est cognoscitiua tantum, ita etiam sciencia Dei est factiua et cognoscitiua omnium bonorum, malorum uero siue peccatorum, que sunt deuiationes quedam ab eterna lege ipsius, sciencia Dei est cognoscitiua, non autem causatiua. Et sic patet quod boni, qui per graciam iustificantur, non solum sunt a Deo ab eterno precogniti, set etiam electi ad graciam habendam, peccatores autem, qui non iustificantur per graciam, non sunt electi uel preordinati a Deo ad culpam, set solum presciti quod non sint graciam habituri, set sue nature sint relinquendi.

Quia uero omne agens potest in id quod est infra se, non autem in id quod est supra se, natura sibi relicta non potest in actum meritorium, qui est supra facultatem nature, potest autem in actum peccati, qui est demeritorius, sicut in aliquid infra naturam humanam existens : homo enim peccando decidit a dignitate sue nature.

Et sic patet quod presciti possunt demereri.

Ad primum ergo dicendum quod hoc quod dicitur quod naturalibus non meremur neque demeremur, potest intelligi dupliciter. Vno

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9, Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 61 fuerit] facere Φ *(cf. Préf., p. 146*a)* 63 non[1] *om.* Φ^{2ab}(- P^1, *pr.m.* V^4; *cf. Préf., p. 146*a)* 73 potuit Deus] *inu.* Ψ 83 cessat] restat Φ *(cf. Préf., p. 146*a)*

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 13 ars] sciencia artificis N^a *(cf. app. fontium)* 15-16 peccatorum uero quibus] eorum vero que $Ed^{2,4ss}$ 16 deuiatur] deuiantur Ed^5 : deuiant Ed^{30ss} 17 tantum] *om.* Ed^{5ss} 21 cognoscitiua *sec.m.* P^1, Ed^{20ss}, Ψ : cognitiua Φ 23 a Deo sunt *tr.* Ψ 27 sint] sunt *E*, Φ^{2b}, N^aM^1 28 sint] sunt *E*, Φ^{2b}, Ψ *(om.* N^a*)* 33 autem] tamen Ψ 35 decidit *scr.* : descendit *codd, edd (cf. app. fontium)*

extra omnem locum esse locum, et uenit ex falsa imaginatione, quia imaginatur totum mundum esse in locali spatio sicut imaginamur terram circumdari aqua, similiter intelligendum in proposito quod est implicatio contradictionis et uenit ex falsa imaginatione, quia imaginamur ante principium mundi fuisse durationem temporis in qua mundus potuisset fieri. Vnde ... stulta est questio»; (2) (p. 789a) : «Sed quoniam durum uidetur dicere quod Deus non potuit facere mundum antiquiorem et quin alium mundum facere potuerit sed tantum istum, propterea dicunt alii quod sicut Deus potuit facere mundum ampliorem, ita etiam potuit facere antiquiorem sine omni distinctione»; utramque opinionem correxit Bonauentura et ad quaestionem respondet (p. 789a) : «non est simpliciter neganda nec simpliciter concedenda», quem suo modo sequitur Thomas. 62 infra : q.2, a.1 [3].

A.2 Parall. : *In I Sent.*, d.40, q.4, a.1 : I^a, q.23, a.3. 7 naturalibus — demeremur : Adagium erutum ex Libro Ethicorum Aristotelis, ubi tamen de potentiis et passionibus agitur, cf. supra, *Quodl. VI*, q.4, a.1 [6], 17-18, cum adn. in app. fontium; ad «naturalia» adagium adaptat Thomas *In II Sent.*, d.39, q.2, a.1, arg.4; *In IV Sent.*, d.9, q.1, a.4, qla 3, s.c.2; I^a, q.60, a.2, s.c. : *Q. de uirt. in communi*, a.8, s.c.4. 12-13 sciencia Dei — artificiata : Cf. ipse Thomas, I^a, q.14, a.8 : «Sic enim sciencia Dei se habet ad omnes res creatas sicut sciencia artificis se habet ad artificiata». 35 decidit a dignitate : Cf. ipse Thomas, *In Iob*, 40, 230 : «homo per peccatum decidit a dignitate rationis»; II^a II^{ae}, q.64, a.2, ad 3 : «homo peccando ab ordine rationis recedit; et ideo decidit a dignitate humana»; cf. etiam *C.G.*, III 156, tit. : «decidit a gratia»; *Q. de caritate*, a.6, arg.1 : «decidit a caritate»; infra, a.7, ad 1 : «decidunt a summa simplicitate». — Vox «descendere ab», sensu figurato, apud Thomam idem ualet ac «originem trahere ab».

modo sic quod ipsa naturalia non sint merita uel demerita; et sic uerum est, quia merita sunt supra naturam et demerita sunt contra naturam. Alio modo potest intelligi sic quod naturalia non sint principia merendi uel demerendi; et sic falsum est : naturalia enim adiuta per graciam sunt principia merendi, sibi autem relicta possunt esse principia demerendi, ut dictum est.

<Questio 2>

Deinde circa potenciam Dei quesita sunt duo : primo, utrum Deus possit uirginem corruptam reparare; secundo, utrum Deus possit peccare, si uult.

<a. 1 [3]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deus possit uirginem reparare.

<1> Ad omnipotenciam enim Dei pertinet quod *non* sit *inpossibile apud* eum *omne uerbum,* ut dicitur Luce 1; set hoc est quoddam uerbum, uirginem reparare post lapsum; ergo Deus potest uirginem reparare post lapsum.

Set contra est quod Ieronimus dicit : *Cum Deus* cetera *possit, non potest* reparare *uirginem post ruinam*; et habetur in decretis, XXXII, q. v.

Responsio. Dicendum quod in uirginitate duo possumus considerare. Quorum unum est ipsa integritas mentis et corporis; et sic Deus uirginem potest reparare post ruinam : potest enim et mentem reintegrare per graciam et corpus consolidare per miraculum. Aliud autem est causa integritatis predicte, quia scilicet mulier uirgo non fuit cognita <a> uiro; et quantum ad hoc, Deus non potest uirginem post ruinam reparare : non enim potest facere ut ea que iam est cognita a uiro non fuerit cognita, sicut nec de aliquo quod factum est, potest facere quod factum non fuerit. Potencia enim Dei se extendit ad totum ens, unde solum id a Dei potencia excluditur quod repugnat rationi entis; et hoc est simul esse et non esse, et eiusdem rationis est quod fuit non fuisse. Vnde Augustinus dicit XXVI Contra Faustum : *Quisque dicit : si omnipotens est Deus, faciat ut* ea *que facta sunt, facta non fuerint, non uidet se hoc dicere : ... faciat ut ea que uera sunt, eo ipso quo uera sunt, falsa sint.*

Ad primum ergo dicendum quod, cum uerbum sit conceptus mentis, nichil quod contradictionem implicat uerbum dici potest, quia non cadit in conceptu mentis, ut probatur in IV Methaphisice.

<a. 2 [4]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod hec sit falsa : « Deus potest peccare, si uult ».

<1> De quocunque enim possum dicere quod homo potest facere illud si uult, potest etiam dici simpliciter quod homo potest facere illud; si igitur hec proposotio est uera : « Deus potest peccare, si uult », sequitur quod hec sit

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 41 ipsa (ista C^b) naturalia Ψ : naturalia (ipsa *om.*) *As, E, BaV*^{4} : naturalia ipsa *OP*, P^9Ba, P^1 *(cf. Préf., p.* 146*a) 43 et] *om.* Φ (et — naturam^2 *hom.om.* M^1) 46 adiuta *As*, Ψ(- N^a : *hom.om.* M^7) : ad uitam Φ(- *As*) : eleuata N^a

10 eum] deum Φ^{2b}, N^a *(cf. app. fontium)* 18-19 ipsa integritas] *inu. As*, P^9Ba^1, Φ^{2b} 19-20 uirginem potest] *inu.* P^9, Ψ 22 Aliud] Alia *As*, Φ^{2ab} *(cf. Préf., p.* 147*b) 24 a *suppl. cum* M^1, *dett*, $Ed^{1,3}$, Ed^{30ss} : *om. codd*(- M^1) 26 iam] *om.* Ψ : *ante* ea que *tr.* $Ed^{2,4ss}$ 33 XXVI] XXV Ψ (XXX M^7) 35 que] + iam Ψ 36 dicere] discere Φ^{2b} 39-40 contradictionem] contradationem Φ(- *E*) : contra defectum M^1

5 facere illud] illud facere Ψ, Md^bBs, Φ^{2bGg}(- Ed^3, Lb^2 : *hom.om.* Bu^1) : facere (illud *om.*) BoB^1L^1, $Ed^{2,4ss}$, Φ^{2ap} (*hom.om. pr.m. Sz* : *hab. post* facere *sec.m. Sz*, W^1) 5-6 dici etiam potest *tr.* Ψ

48 ut dictum est : Supra, u. 31-36.

A.3 Parall. : *In I Sent.*, d.42, q.2, a.2; *Q. de pot.*, q.1, a.3, arg.9; I^a, q.25, a.4; *In Eth.*, VI 2, 233-243; II^a II^{ae}, q.152, a.3. 11 Luce 1 : 37 (ed. Wordsworth-White, I, 311) : « quia non erit inpossibile apud deum omne uerbum ». 14 Ieronimus : Hieronymus, *Ep. 22, Ad Eustochium*, n.5 (CSEL 54, p. 150, 4-5) : « cum omnia deus possit, suscitare uirginem non potest post ruinam », a Thoma liberius laud. *In I Sent.*, d.42, q.2, a.2, arg.3; *Q. de pot.*, q.1, a.3, arg.9; I^a, q.25, a.4, s.c.; II^a II^{ae}, q.152, a.3, arg.3. 16 in decretis, XXXII, q.v : *Decr.*, II Pars, Causa XXXII, q.v, c. 11, *Si Paulus* (Friedberg, I, 1135). 33 Augustinus ... XXVI Contra Faustum : 5 (CSEL 25, p. 732, 22-25; ea^1 : *om. Aug.*; dicere : + si omnipotens est); cf. supra, *Quodl. VII*, a.8, u. 16, cum adn. 38-41 cum — mentis : Cf. supra, *Quodl. IX*, a.1, u. 164-175. 41-42 in IV Methaphisice : Ar., *Met.*, IV, in pluribus locis, uelut : 1005b23-26, a Iacobo Veneto transl. (A.L., XXV 1, p. 69, 7-11); ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 66, 5-8); cf. supra *Quodl. IX*, a.1, u. 169-170, cum adn.

uera : « Deus potest peccare » ; set hoc est erroneum ; ergo et primum.

Set contra. Quicunque uult peccare, peccat ; set sequitur : « Si Deus peccat, potest peccare » ; ergo sequitur : « Si uult, potest peccare ».

Responsio. Dicendum quod hec coniunctio « si » ordinem quendam importat. Potest autem in proposito duplicem ordinem importare.

Vno quidem modo ordinem cause siue principii ; et hoc modo propositio falsa est. Voluntas enim Dei est principium et causa respectu creaturarum, non autem respectu eorum que pertinent ad diuinam naturam ; unde non dicimus quod Pater genuerit Filium uoluntate, set naturaliter, ut patet per Hylarium in libro De synodis. Potencia autem Dei ad ipsam naturam diuinam pertinet ; unde hoc ipsum quod est posse peccare, non est subiectum diuine uoluntati, alioquin uoluntas Dei esset principium inmutationis diuine nature, quod est inpossibile.

Alio modo potest importare ordinem consequencie ; et sic hec locutio est uera : « Si Deus uult peccare, potest peccare ». Sequitur enim sine condicione, si argumentamur ex inpossibili posito : « Deus uult peccare, ergo potest peccare » ; omnia enim que uult, potest, set non e conuerso.

Ad primum ergo dicendum quod, cum dicitur : « Si homo uult currere, potest currere », antecedens est possibile, et ideo consequens est simpliciter possibile ; <set> cum dicitur sic : « Si Deus uult peccare, potest peccare », antecedens est inpossibile, unde nichil prohibet condicionalem esse ueram, consequente existente inpossibili.

<Questio 3>

Deinde quantum ad naturam assumptam quesita sunt duo : primo, utrum totus sanguis quem Christus in sua passione effudit, in resurrectione ad corpus eius redierit ; secundo, in quo Christus nobis magis signum dilectionis exhibuerit, utrum in hoc quod passus est pro nobis uel in hoc quod corpus suum dedit nobis sub sacramento in cibum.

<a. 1 [5]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod totus sanguis Christi qui est in passione eius effusus, ad corpus eius in resurrectione redierit.

<1> Resurrectio enim nostra conformis erit resurrectioni Christi, secundum illud Philippensium III : *Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue* ; set ad corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de ueritate humane nature ; sanguis autem Christi in passione effusus fuit de ueritate humane nature, et sacer dicitur secundum illud : *quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore* ; ergo uidetur quod ille sanguis Christi in passione effusus, in resurrectione ad corpus eius redierit.

<2> Preterea. Verbum Dei nunquam deposuit quod in nostra natura assumpsit, partibus humane nature ab inuicem in passione separatis ;

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)* ; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 23 Hylarium] Hugonem Φ^{2ap} (Hilarium *sec.m. Kr^6W^1*) 29-30 consequencie] communem Ψ(- N^a) 31-34 Sequitur — potest peccare] *hom.oft. P, $Pr^2Wr^4Wr^3Wr^1$* 32 argumentamur] argumentatur *O*, N^a : argumentemur Ba^1, C^bM^7 33 posito] ponendo Ψ 39 set *suppl. cum* Φ^{2ab}(- P^9Ar) : *om.* Φ^1, Ψ (autem *post* cum *suppl.* N^aM^1) ; *cf. Préf., p.* 147*b

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)* ; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 6 magis] maius *E*, N^aM^1, Ed^{10rs} 7 quod[1]] + Christus Φ (*cf. Préf., p.* 146*b) hoc[2]] *om.* Φ^1(- *P*), P^9

A.4 Parall. : *In I Sent.*, d.42, q.2, a.1, ad 2 ; *In III Sent.*, d.1, q.2, a.3 (ed. Moos, p. 37, n. 118) ; d.12, q.2, a.1 (p. 382, n. 36) et ad 4 ; *C.G.*, I 13 (ed. Leon., t. XIII, p. 31a31-34) ; *Q. de pot.*, q.1, a.6, arg.3 et ad 3 ; *I[a]*, q.25, a.3, ad 2 (cf. q.44, a.1, ad 2) ; *In Phys.*, VII 1, n. 6 ; *Q. de malo*, q.3, a.1, arg.12 et ad 12. — Ipse Thomas suae doctrinae duos indicat fontes, hi sunt Maimonides et Auerroes : *In III Sent.*, d.12, q.2, a.1, arg.4 : « Philosophus dicit in IV Topicorum (126a34-35, a Boethio transl., A.L., V, p. 79, 21) quod *potest Deus et studiosus praua agere ...* » ; ad 4 : « sicut dicit Rabbi Moyses, uerbum Philosophi intelligendum est cum condicione, quia scilicet posset, si uellet » (Rabbi Moyses : « non ... inuenimus », ed. Leon., t. XXIII, p. 68, app. fontium ad u. 272) ; *In Phys.*, VII 1, n. 6 : « Auerroes ... dicit quod aliqua condicionalis potest esse uera, cuius antecedens est inpossibile et consequens inpossibile ... ». Cf. Auerroes, *In Phys.*, VII, comm. 2 (ed. Ven. 1562, t. IV, f. 308ra B-C) : « Hypothetice (propositiones) sunt duobus modis ... Est alius modus, in quo precedens est inpossibile, et in hoc semper destruitur consequens et nunquam ponitur antecedens ... ac si diceremus quod ' si lapis uolat, habet alas ', licet lapidem uolare sit inpossibile » (cf. IV, comm. 93, f. 176rb-va ; VIII, comm. 78, f. 424rb-va). 23 per Hylarium in libro De synodis : Cf. supra, *Quodl. IV*, a.6, arg.2, u. 23-24, cum app. fontium.

A.5 Parall. : *III[a]*, q.54, a.3. — De controuersiis circa sanguinem Christi saec. XV motis, cf. M.-D. Chenu, *Sang du Christ*, in *Dict. théol. cath.*, t. XIV, 1094-1097. 15-16 Philippensium III : 21. 17-19 set — nature : Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.5, cum adn. 21 secundum illud : Venanti Fortunati, *Carmina*, lib. II, 2, *Pange lingua*, u. 30 (ed. F. Leo, in *Mon. Germ. hist.*, Auct. ant., 4, 1, p. 28), quod carmen in Liturgia tempore Passionis cantabatur.

set Verbum Dei assumpsit in natura nostra non solum corpus, set etiam sanguinem; ergo sanguis ille nunquam fuit a Verbo depositus; rediit ergo ad ipsum in resurrectione.

Set contra est quod in aliquibus ecclesiis sanguis Christi usque hodie dicitur seruari.

Responsio. Dicendum quod in resurrectione tam Christi quam nostra, totum quod fuit de ueritate humane nature reparabitur, non autem illa que de ueritate humane nature non fuerunt. Et quamuis circa ea que sunt de ueritate humane nature sit diuersa diuersorum opinio, secundum quamlibet opinionem non totus sanguis nutrimentalis, id est qui ex cibis generatur, pertinet ad ueritatem humane nature. Cum ergo Christus ante passionem comederit et biberit, nichil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem, qui ad ueritatem humane nature non pertineret et quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire.

Set quia specialiter fit questio de sanguine in passione effuso pro redemptione humani generis, de hoc magis dicendum uidetur quod totus in resurrectione ad corpus Christi redierit, triplici ratione. Quarum prima accipi potest ex etate Christi pacientis : passus est enim in perfectissima etate, in qua maxime ea que in homine inueniuntur, ad ueritatem humane nature pertinere uidentur, tanquam ad maximam perfectionem adducta. Secunda sumitur ex merito passionis : si enim sanctorum martirum ille partes in quibus passionem pro Christo sustinuerunt quendam priuilegiatum fulgorem in resurrectione habebunt, ut Augustinus dicit XXI De ciuitate Dei, multo magis sanguis Christi, quem pro salute humani generis effudit, ad gloriosam resurrectionem reparatus est. Tercia ratio potest sumi ex ipsa uirtute passionis : sanguis enim ille in passione effusus humanum genus sanctificauit, secundum illud ad Hebreos, ultimo : *Ihesus, ut sanctificaret per sanguinem suum populum, extra portam passus est*; humanitas autem Christi salutiferam uirtutem habuit ex uirtute Verbi sibi uniti, ut Damascenus dicit in III libro; unde manifestum est quod sanguis in passione effusus, qui maxime fuit saluber, fuit diuinitati unitus, et ideo oportuit quod in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus.

Sanguis autem Christi qui in quibusdam ecclesiis ostenditur, dicitur ex quadam ymagine

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 32 in aliquibus ecclesiis] + *mg. sec.m.* in Welsnack *Wr*[5] (*cf.* Wilsnack, *in Lex. f. Theol. u. Kirche*, t. X, 1171) 33 seruari] conseruari Ψ 39 diuersorum] diuersarum Φ 43 et] *om.* $C^bF^1M^7$ 46 non] *om.* Ed^{8ss}(- Ed^{30}, Ed^{33}) 53 est enim] *inu.* Ψ 60-61 habebunt] + ergo Φ^{2b} 61 Dei] + ergo Φ^{2a}(- P^9), Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 147*b) 64 potest sumi] *inu.* Ψ 66-68 sanctificauit ... sanctificaret] significauit ... significaret Φ^{2a}(- Ba^1), Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 147*b) 69 Christi] Christo (*uel* Christus) Φ(- Ba^1, P^1) 73 saluber] salubris C^b *(nec non pauci dett, uelut AbM^2Sa, Lo^1V^6, C^1, sec.m. V^1)*

32 in aliquibus Ecclesiis : Velut (tempore Thomae) Mantuae, a saec. IX (inde ex parte transl. in Augiam [Reichenau] anno 925, et in monasterium Wingartense [Weingarten] anno 1101), Brugis, ab anno 1149, Namurco, ab anno 1205, Fiscamni [Fécamp], saec. XIII[in], in Anglia, ab anno 1247 (cf. *Chart. Uniu. Par.*, IV, p. 683). 39 diuersa diuersorum opinio : Cf. supra, *Quodl. VIII*, a.5, cum adn. 39-47 secundum — redire : Cf. Robertus Grosseteste, *De sanguine Christi* (sermo anno 1247 habitus et adseruatus a Matthaeo Parisiensi, *Chronica maiora* (ed. H. R. Luard, Rerum Brit. Medii Aevi Script., vol. VI, Additamenta, London 1882, p. 138-144, praesertim p. 143) : « Sed quia tardicordes et oblocutores solent sic obicere et dicere quod, cum Christus tertio die resurrexisset cum corporis integritate et non exsanguis, qualiter esse posset quod sanguinem suum post se reliquerit in terra? Responsum fuit sufficienter. Duo sunt sanguines uel genera sanguinum. Vnus enim sanguis est qui ex nutrimentis generatur, qui aliquando ita superfluit ut a naribus sponte prorumpat uel <habeat> aliquem alium exitum, ut minutione indigeat sic repletus; et de tali sanguine Christi habemus in terra (licet sane non fuisset sanguinolentus), Deo sic uolente, ut uidelicet habeatur recentior memoria Dominice passionis. Est et alius sanguis qui corpori animato substancialis, de quo dicitur quod ptysis est consumptio substancialis humiditatis, id est sanguinis uite necessarii, qui secundum phisicos dicitur amicus nature et de quo dicit Moyses quod in sanguine sedes est anime, set ille sanguis reponitur in triclinio cordis, sine quo non posset quis uiuere; de illo Christi sanguine, non habemus forte in terris (forte dico, qui omnia quecunque uoluit Dominus fecit) : surrexit enim Deus, et quicquid fuit de substancia corporis sui et decoris plenitudine cum ipso, et quod de ueritate humane fuit nature cum ipso, id est sanguis eidem consubstancialis. Alius uero quem distillauit habetur hic ». 61 Augustinus ... XXI De ciuitate Dei : Immo XXII XIX 66-71 (CCSL 48, p. 839) : « Nescio quo autem modo sic afficimur amore martyrum beatorum, ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt; et fortasse uidebimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, et quaedam, quamuis in corpore, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit »; a Thoma laud. *In Iohannis eu.*, XX, lect.6, in uersic. 27; *III[a]*, q.54, a.4. 67 ad Hebreos : XIII 12. 71 Damascenus in III libro : Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, a Burgundione transl., c. 59 (III 15), n. 19-21 (ed. Buytaert, p. 238-239, praesertim p. 239, 192-193 et 209-210) : « Etenim patienti carni copulata erat deitas, impassibilis permanens, et passiones perficiens salutares ... corpore autem perficiente quaecumque sunt corporis ad uoluntatem uniti ipsi Verbi, cuius et factum est proprium ». 77-78 dicitur — fluxisse : Cf. Thomas, *III[a]*, q.54, a.3, ad 3 : « Sanguis autem ille qui in quibusdam ecclesiis pro reliquiis obseruatur, non fluxit de latere Christi, set miraculose dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa ». — Re uera « sanguis Christi » qui ostendebatur Mantuae dicebatur a Longino a latere Christi excerptus esse (cf. *Bibl. hagiographica Latina*, Bruxellis 1898-99, n. 4152-4156, nec non *Suppl.*, Bruxellis 1911, n. 4154b et d); similiter sanguis qui ostendebatur in monasterio Fiscamnensi dicebatur a latere Christi excerptus, sed a Nicodemo (ibid., *Suppl.*, n. 4156b-d; *Dict. Hist. Géogr. eccl.*, t. XVI, 795); et sanguinem in Angliam anno 1247 translatum asseuerat Robertus Grosseteste ab ipso corpore Christi excerptum esse a Ioseph ab Arimathia et Nicodemo (*Sermo de sanguine Christi*, laud. supra ad u. 39-47). Quas legendas contempsit Thomas, solamque historiam retinuit

Christi percussa miraculose fluxisse, uel etiam alias ex corpore Christi.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 3, a. 2 [6]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus maius dilectionis signum nobis ostendit tradendo corpus suum in cibum quam paciendo pro nobis.

<1> Caritas enim patrie perfectior est quam caritas uie; set beneficium illud quod nobis Christus contulit corpus suum dans nobis in cibum, magis assimulatur patrie caritati, in qua plene fruemur Deo; passio autem quam pro nobis subiit, magis assimilatur caritati uie, in qua nobis pro Christo inminet paciendum; ergo maius est dilectionis signum quod Christus corpus suum tradidit nobis in cibum quam quod passus est pro nobis.

Set contra est quod dicitur Iohannis XV: *Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

Responsio. Dicendum quod illud quod est potissimum in unoquoque genere, est mensura omnium eorum que sunt illius generis, ut patet per Philosophum in X Methaphisice; potissimum autem in genere amoris hominum est amor quo quis amat se ipsum; et ideo ex hoc amore necesse est mensuram accipere omnis amoris quo quis alium amat. Vnde et in IX Ethicorum Philosophus dicit quod *amicabilia que* sunt *ad* alterum uenerunt *ex* amicabilibus *que* sunt *ad se ipsum*. Pertinet autem ad amorem quo quis amat se ipsum ut uelit sibi bonum; unde tanto aliquis alium magis amare probatur, quanto magis bonum quod sibi uult, propter amicum pretermittit, secundum illud Prouerbiorum XII: *Qui negligit dampnum propter amicum, iustus est.* Vult autem homo sibi triplex bonum particulare, que sunt anima, corpus et res exteriores; est igitur aliquod signum amoris quod aliquis in rebus exterioribus

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 9 patrie caritati] *inu.* Ψ (*cf. Préf., p.* 146*b) 17 caritatem] dilectionem *An (cf. app. fontium)* 28 uenerunt] inueniunt V^4 : ueniunt N^4, $Ed^{2,4ss}$

imaginis Christi in cituitate Berytense (Beyrouth) percussae anno 765 (*Bibl. hagiographica Latina*, n. 4227-4230); quae historia enarrata erat in sermone lecto in concilio II Nicaeno, anno 787, sessione IV (Mansi, XIII, 24-32; P.G., 28, 795-824), sermone perperam attributo sancto Athanasio (cuius fuerit hic sermo, nescimus, cf. *Dict. Hist. Géogr. eccl.*, t. IV, 1350), sed fons Thomae uidetur esse excerptum ex Chronica Sigeberti quod laudat Vincentius Bellouacensis, *Spec. historiale*, XXIII 160 (ed. Duaci 1624, col. 955) : « Tempore quoque Constantini Imperatoris et Irene uxoris eius, in Syria ciuitate Berytho, que subiacet Antiochie, Iudei ymaginem Saluatoris nostri Ihesu Christi inuenientes in domo cuiusdam Iudei, relictam a quodam christiano qui ibi manserat, eam iniuriose deposuerunt et omnia opprobria que Iudei Ihesu Christo intulerunt, eius ymagini inferebant, illudentes ei, in faciem conspuentes, criminose conuiciantes eamque percutientes, manus et pedes eius clauis configentes, acetum et fel ei porrigentes. Tandem latere eius aperto, exiuit de eo sanguis et aqua. Quod illi supposita ampulla suscipientes, ad experimentum utrum fuerint uera miracula que Ihesum fecisse audierant, omnes infirmos in Synagoga sua collectos hoc sanguine aspergebant, et a quocunque languore detinebantur omnes sanabantur. Vnde tandem Iudei compuncti, ad Deodatum ciuitatis episcopum omnes cucurrerunt, eique re enarrata, ymaginem cum sanguine ei dederunt. Quibus baptizatis episcopus sanguinem per ampullas diuisim longe lateque dirigens, predicabat magnalia Dei, obtestatus omnes ut singulis annis quinto Idus Nouembris celebretur Passio Dominice ymaginis ». 78-79 uel etiam — Christi : « Sicut in nobis accidit in minutione » adn. supra uersum cod. Wr^5, sed falso. Supplendum esse uidetur : « uel etiam alias <miraculose fluxisse> ex Corpore Christi <in Sacramento> » : Thomas in mente habuit miraculum quod in SS. Eucharistia euenit Vulsinii (Bolsena) prope Urbem Veterem in fine mensis Maii uel in initio mensis Iunii 1264, dum ipse Thomas in Urbe Vetere degebat : cum quidam sacerdos « Teutonicus » (forsitan ille sit Petrus, canonicus Pragensis) missam celebraret et de praesentia reali dubitaret, sanguis de hostia consecrata manauit; pannus sanguine madens a Papa Urbano IV in Urbem Veterem solemniter translatus est; cf. A. Lazzarini, *Il miracolo di Bolsena. Testimonianze e documenti dei secoli XIII e XIV* (Temi e Testi 1), Roma 1952; J. V. Polc, *Il miracolo di Bolsena e Pietro di Praga. Un'ipotesi*, in *Rivista di storia della Chiesa in Italia*, 45 (1991), p. 437-449.

A.6 16 Iohannis XV : 13 (ed. Wordsworth-White, I, p. 611-612; Maiorem + hac; caritatem *uar.* : dilectionem; quam *uar.* : *om.*; ponat quis *uar.* : quis ponat) 19-22 illud — Methaphisice : Adagium erutum ex Ar., *Met.*, X, 1052b18-1054a19, a Michaele Scoto transl., cum comm. Auerrois, comm. 2-8, praecipue comm. 7 (uerbum « mensura » et uox « in unoquoque genere » sunt Scoti; « in unoquoque genere », comm. 4, ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 253vb K-L, *bis*; cf. in unoquoque generum, comm. 4, f. 253vb K7; comm. 6, f. 255va H; in quolibet genere, comm. 4, f. 253vb L10; f. 254ra A8, B12; comm. 7, f. 257ra A3). Etsi non diserte dicit Aristoteles mensuram esse « illud quod est potissimum », sententiam eius iam sic explicat Thomas, *In I Sent.*, d.8, q.4, a.2, arg.3 et ad 3 : « ut illud quod est primum in quolibet genere et simplicissimum et *perfectissimum* dicatur mensura omnium que sunt in genere illo », forsitan adiutus ex simili sententia libri II (α) Metaphysicae, 993b26-31, in translatione Scoti cum comm. Auerrois, textus et comm. 4, cf. *In I Sent.*, d.24, q.1, a.1 : « illud quod est *maximum* est principium in quolibet genere, sicut maximum calidum omnis calidi, ut dicitur II Methaphisice, et illud quod est *simplicissimum* est mensura in quolibet genere, ut X Methaphisice dicitur »; cf. *Q. de uer.*, q.2, a.4, arg.4; q.23, a.7, u. 128-129; *C.G.*, I 62 (t. XIII, p. 176b3-4) : « Illud quod est mensura in unoquoque genere est *perfectissimum* illius generis »; III 24 (t. XIV, p. 63b13-15) : « in quolibet genere quod est *perfectissimum* est exemplar et mensura omnium que sunt illius generis »; *Q. de uirt. card.*, a.3 : « In quolibet enim genere id quod est simplicissimum et *perfectissimum* est mensura omnium aliorum, ut in coloribus albedo ». 26 in IX Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, IX, 1166a1-2, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 328, 24-25) : « Amicabilia autem que ad amicos et quibus amicicie determinantur, uidentur ex hiis que ad se ipsum uenisse ». 33 Prouerbiorum XII : 26.

propter alium detrimentum paciatur; maius autem est amoris signum, si etiam corporis proprii detrimentum paciatur, uel labores uel uerbera pro amico sustinendo; maximum autem est dilectionis signum, si etiam animam suam deponere uelit, pro amico moriendo.

Quod igitur Christus pro nobis paciendo animam suam posuit, maximum fuit dilectionis signum; quod autem corpus suum dedit nobis in cibum sub sacramento, ad nullum detrimentum ipsius pertinet; unde patet quod primum est maius dilectionis signum. Vnde et hoc sacramentum est memoriale quoddam et figura passionis Christi; ueritas autem preminet figure et res memoriali.

Ad primum ergo dicendum quod exhibitio corporis Christi in sacramento habet quidem figuram quandam caritatis qua diligit nos Deus in patria, set passio eius pertinet ad ipsam Dei dilectionem, nos a perditione ad patriam reuocantem; dilectio autem Dei non est maior in patria quam in presenti.

<Questio 4>

<a.1 [7]>

Deinde circa angelos quesitum est unum, scilicet utrum Lucifer sit subiectum eui?

Et uidetur quod sic.

<1> Sicut enim subiectum temporis est primum temporale simplicissimum, ita subiectum eui uidetur esse simplicissimum euiternum; hoc autem est Lucifer, qui inter angelos suppremus fuit secundum suam naturam creatus; euum autem non respondet gracie, set nature, alioquin corpora celestia, que non sunt susceptiua gracie, euo mensurari non possent; cum ergo *dona* naturalia *integra* remanserint in demonibus post peccatum, sicut Dionisius dicit IV capitulo De diuinis nominibus, uidetur quod euum sit in Lucifero sicut in subiecto.

Set contra. Euum est quedam eternitatis participatio; set angeli beati magis sunt in participatione eternitatis quam Lucifer, qui est beatitudinis expers; ergo Lucifer non est subiectum eui, set magis suppremus bonorum angelorum.

Responsio. Dicendum quod ex ignorancia lingue Grece prouenit quod communiter apud multos euum ab eternitate distinguitur, ac si distingueretur 'antropos' ab 'homine'; quod enim in Greco dicitur euon, in Latino dicitur eternitas; et sic etiam Dionisius, X capitulo De diuinis nominibus, pro eodem utitur eternitate et euo. Set quia nominibus utendum est *ut plures,* si utrumque distinguamus ab inuicem, euum nichil aliud erit quam eternitatis participatio, ut scilicet essencialis eternitas ipsi Deo attribuatur, euum

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P*^{9}*Ba*^{1}*E)*, Φ^{2b} *(BaP*^{1}*V*$^{\prime 4}$*)*; Ψ *(N*^{a}*C*^{b}*F*^{1}*M*^{7}*M*^{1}*)* 39 etiam] *om.* Ψ 41 sustinendo] sumendo *Ed*^{2,4ss}(- *Ed*^{30}, *Ed*^{33}) 45 posuit] posuerit *AsP, P*^{9}*Ba*^{1} : deposuerit *E* : posuerat Φ^{2b}(-rit *sec.m. P*^{1}) 46 nobis] *om.* Φ 49 maius] *om.* Ψ(- *N*^{a}) 50-51 passionis Christi figura *tr.* Ψ(- *N*^{a}) 51 preminet] preeminet *E, Ba,* Ψ(- *N*^{a}) 6 enim] *om.* Φ 6-7 primum] premium Φ^1, Φ^{2a}(- *Ba*^{1}) 7-8 uidetur subiectum eui *tr.* *N*^{a}*F*^{1} : uidetur eui subiectum *C*^{b} (ita — simplicissimum *hom.om. As, M*^{7}) 9-10 qui — creatus] ergo etc. Preterea *N*^{a} 10 suam] aliam Ψ(- *M*^{1} : *deest N*^{a}) 12 celestia] + euo Φ^1, *Ba*^{1} 22 bonorum] beatorum *N*^{a}, *Ed*^{2,4ss} 26 antropos] atropos Ψ(- *N*^{a}*M*^{1}) 31 euum] cū *uel* tñ Ψ (tē *N*^{a}; *cf. Préf., p.* 146*b)

A.7 Parall. *In II Sent.*, d.2, q.1, a.2, praesertim arg.5 et ad 5; *I*^{a}, q.10, a.6; q.63, a.7; a.9, ad 3 (cf. etiam supra *Quodl. X*, q.2, a. unicus [4], cum parall.) 15-16 Dionisius ... IV capitulo De diuinis nominibus : § 23, in fine, a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, t. I, p. 281, 4-282,1) : « Et data ipsis angelica dona nequaquam ipsa mutata esse dicimus, sed sunt et integra et splendidissima », cum expositione Thomae, c. IV, lect. 19. 18-22 Euum — angelorum : Cf. *In II Sent.*, d.2, q.1, a.2, ad 5. 23-28 ex ignorancia — eternitas : Cf. ipse Thomas, *In De Causis*, prop. 2 (ed. Saffrey, p. 13, 2-4) : « Si quis recte consideret, 'euum' et 'eternitas' non differunt, sicut 'anthropos' et 'homo'. In greco enim 'euon' eternitas dicitur, sicut et 'anthropos' homo ». — « Ex ignorancia lingue Grece » ipse Thomas aeuum ab aeternitate distinxit, usque adeo quoad, dum suam expositionem in Dionysium *De diuinis nominibus* Romae c. 1265-1268 scripsit, de lingua Graeca eruditus est a Roberto Grosseteste; cf. Robertus Grosseteste, *In De diuinis nominibus*, c. X : « Vt autem in superioribus diximus, nomen grecum quod transferunt in hoc nomen 'seculum' est 'aiωn', et sonat in 'semper ens', quia componitur ab 'aei' quod est 'semper', et 'ωn', quod est 'ens'; et secundum hoc significat principaliter eam quam nos dicimus eternitatem, carentem principio et fine et media successione, quia est tota simul, et secundum hoc dicitur Deus 'secularis'; secundo autem significat mensuram essendi habencium essendi principium et carencium fine et intermedia successione et motione, utpote incorruptibilium, immortalium et inalterabilium et semper uno modo se habencium, ut sunt beati angeli » (laud. ab E. Franceschini, *Scritti di filologia latina medievale*, II, Padova 1976, p. 513, adn. 232). 28-29 Dionisius — euo : Cf. *In I Sent.*, d.19, q.2, a.1, ad 1; *In Dionisium De diuinis nominibus*, c. X, lect. 3 : « considerandum est quod euum hic pro eterno accipit ... Ponit ergo primo quatuor acceptiones eui siue eterni ... Tercio modo significantur nomine eui uel eterni ... Quarto modo ... appellatur euum uel eternum ... in sacris eloquiis quandoque id quod est temporale nomine eui siue eterni laudatur ... Ipse est non solum prior et superior tempore, set etiam euo, id est eternitate prout participatur a creaturis ... ». 30 nominibus utendum est ut plures : Adagium erutum ex Ar., *Top.*, II, 110a14-22, et a Thomas saepius laud. (cf. *In Post.*, I 4, 115-116, cum app. fontium).

autem quasi participata eternitas substanciis spiritualibus, que sunt supra tempus. Quia uero id quod per essenciam dicitur, semper est mensura ipsius quod dicitur per participationem, potest dici quod prima mensura omnium euiternorum est ipsa Dei eternitas, sicut etiam substancia Dei est mensura omnis substancie, ut dicit Commentator in X Methaphisice.

Si quis tamen uelit accipere mensuram homogeneam, id est eiusdem generis, dicunt quidam quod non est una mensura communis, set <quod> quodlibet euiternum habet suum euum. Set hii propriam uocem ignorant : sic enim esset uerum quod dicunt, si omnia euiterna essent equalia : sic enim unum eorum non esset mensura alterius. Hoc autem non est uerum, quia in angelis est accipere primum, medium et ultimum, non solum secundum diuersas ierarchias et ordines, set etiam secundum diuersos angelos in eodem ordine, ut patet per Dionisium, x capitulo Celestis ierarchie. Et quia semper id quod est simplicissimum est mensura in quolibet genere, sicut dicitur in X Methaphisice, ideo necesse est ut duratio simplicissimi euiterni sit euum omnium euiternorum, et ita simplicissimum euiternum est subiectum eui.

Set attendendum est quod substancie spirituales mensurantur euo non solum quantum ad earum substanciam, set etiam quantum ad earum propriam operationem. Vnde in Libro de causis dicitur quod sunt *in momento eternitatis* secundum substanciam et operationem. Et sic oportet quod ille angelus qui est subiectum eui, sit simplicissimus non solum quantum ad essenciam, set etiam quantum ad operationem. Talis autem est suppremus bonorum angelorum, cuius operatio maxime est in uno, quod est Deus, unita. Vnde suppremus bonorum angelorum est subiectum eui, non autem Lucifer.

Ad primum ergo dicendum quod aliqui posuerunt Luciferum non fuisse suppremum angelorum, set, sicut Damascenus dicit, fuit primus eorum *qui preerant ordini terrestri*. Si uero concedamus, secundum Gregorium, quod fuerit suppremus omnium, tunc dicendum est quod sua operatio auersa est ab uno primo et conuersa ad multitudinem inferiorum rerum, quarum prima-

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)* ; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 37 ipsius] illius *P, Ed*[31ss] 38 euiternorum] aeternorum *Ed*[20] 45 <quod> quodlibet *scr.* : quodlibet Φ, M^1 : quod hoc Ψ(-M^1 : quod est M^7) habet] sicut Ψ(-M^1) 47 euiterna *scr. cum* N^a, *dett* : eterna *codd*(-N^a ; *cf. Préf., p.* 147*b) 49 quia] + si P^9 : + quasi Φ^{2b} 53 x] IX Ψ(.IIII. M^1) 57 ut] quod Ψ 69 honorum angelorum Ψ (beatorum N^a) : horum angelorum Φ : omnium angelorum *Ed*[2,4-18] : omnium angelorum bonorum *Ed*[19ss] 71 bonorum] beatorum N^a : horum Φ (bonorum *sec.m.* EP^1) 72 Lucifer] luciferi Φ(-P^1 : lucifer *rest. sec.m. E*) 76 preerant] preerat Φ *(cf. app. fontium)* 77 fuerit] fuit Ψ 78 sua] *om.* Ψ

34 participata eternitas : Cf. *In I Sent.*, d.8, q.2, a.2, sol. in fine ; d.19, q.2, a.1, ad 1. 40-41 Commentator in X Methaphisice : Auerroes, *In Met.*, X, comm. 7 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 257ra A-B) : « Et intendit quod, cum huic fuerit iunctum quod declaratum est in Physicis, scilicet hoc esse primum motorem eternum et absolutum ab omni materia, et declarauit post quod hoc non solummodo est principium tanquam motor, set tanquam forma et finis, declarabitur quod illud est unum de quo declaratum fuit hoc quod est principium substancie, sicut est declaratum quod est actus ultimus cui non admiscetur potencia omnino » ; a Thoma laud. *In I Sent.*, d.8, q.4, a.2, arg.3 : « et dicit ibi Commentator quod illud ad quod mensurantur omnes substancie est primus motor, qui secundum ipsum est Deus » ; *Q. de uer.*, q.23, a.7, u. 137-139 ; *Q. de pot.*, q.7, a.10, s.c.2 ; *I*[a], q.13, a.5, arg.3. 43 quidam : Secunda opinio in *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. I, p. 103a) : « Aliter potest dici quod sunt plura eua, scilicet secundum pluralitatem euiternorum, nec habent unitatem essencie nec ab hac unitate unum dicitur euum » ; Bonauentura, *In II Sent.*, d.2, Pars I, a.1, q.2 (II, p. 58-61, praecipue concl. p. 59c) : « quot sunt euiterna, tot sunt eua ». — Vnitatem aeui tenent Albertus, *De IV coequeuis*, tr. II, q.4 (t. 34, p. 361-362) ; *In I Sent.*, d.9, a.3, ad q.2 (25, p. 275a) ; prima opinio in *Summa fratris Alexandri* (I, p. 102a) : « dicendum unum esse euum euiternorum, sicut unum tempus omnium temporalium » ; Rogerus Bacon, *Opus maius*, IV 14 (ed. Bridges, t. I, p. 166-167) : « Ergo unum erit euum omnium euiternorum, et hoc est necessarium, et nulli perito in philosophia dubium. Nec est contra sanctos et doctores principales, sed conueniens sentencie eorum ». 46 propriam uocem ignorant : Cf. supra, *Quodl. IX*, a.1, u. 174-175, cum adn. 53-54 per Dionisium, x capitulo Celestis ierarchie : § 3 (*Dionysiaca*, II, p. 920-923), etiam laud. *I*[a], q.10, a.6. 56 in X Methaphisice : Cf. Ar., *Met.*, X, praecipue 1052b33-35, a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Met.*, X, textus 3 (f. 252ra-rb) : « quia querunt mensuram in omnibus rebus aliquod indiuisibile, et hoc est simplex, aut qualitas aut quantitas », a Thoma saepissime laud. ; cf. supra, a.6, u. 19-22, cum adn. 63 in Libro de causis : Cf. supra, *Quodl. X*, a.4, u. 111, cum adn. 75 Damascenus : Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, a Burgundione transl., II (18) (ed. Buytaert, p. 75) : « De diabolo et daemone. Ex hiis angelicis uirtutibus, qui praeerat terrestri ordini et cui terrae custodia commissa a Deo erat ... primus desistens a bono in malum deuenit » (praeerat : praeerant *uar.*). — De lectione uerborum Damasceni dubitauisse uidetur Thomas ; cf. *In II Sent.*, d.6, q. un., a.1, arg.2 : « Damascenus dicit de ipso (Lucifero) quod *preerat* terrestri ordini » ; *I*[a], q.63, a.7 : « Damascenus dicit quod maior eorum qui peccauerunt fuit terrestri ordini prelatus » ; a.9, ad 3 : « diabolus maior fuit de inferiori ordine angelorum, qui presunt terrestribus » ; *De substanciis separatis*, c. 20, 130-133 : « Sed et Damascenus <dicit> in II libro demones ex hiis angelicis uirtutibus fuisse qui terrestri ordini preerant ». 77 secundum Gregorium : *Moralia in Iob*, XXXII XXIII 47 et 48 (CCSL 143 B, p. 1666, 34-35 et 47) ; *In Eu.*, II, hom. 34, n. 7 (P.L., 76, 1250 B 7-9 et C 1-2), laud. a Petro Lombardo, *Sent.*, II, d.6, c.1 (ed. Brady, p. 354-355), unde Thomas, *In II Sent.*, d.6, q. un., a.1 ; locus ultimus fusius laud. a Thoma, *I*[a], q.63, a.7, s.c. : « dicit Gregorius in homelia De centum ouibus quod *primus angelus* qui peccauit, *dum cunctis agminibus angelorum prelatus* eorum claritatem transcenderet, *ex eorum comparatione clarior fuit* » (uerba « eorum claritatem transcenderet » a Thoma interpolata sunt ex Gregorio, *Moralia*, XXXII XXIII 48, CCSL 143 B, p. 1666, 46 : « quorum dum claritatem transcenderet »).

tum appetiit; et secundum hoc demones decidunt a summa simplicitate eui. Vnde Dionisius dicit, IV capitulo De diuinis nominibus, quod demones *dicuntur mali propter hoc quod infirmantur circa operationem* naturalem.

<Questio 5>

Deinde quesitum est de hominibus.

Et primo, quantum ad ea que possunt omnibus esse communia; secundo, quantum ad ea que pertinent ad quosdam hominum status.

Circa communia uero quesitum est quadrupliciter: primo quidem de hiis que pertinent ad naturam hominis; secundo, de hiis que pertinent ad sacramenta; tercio de hiis que pertinent ad uirtutes; quarto de hiis que pertinent ad precepta.

Circa primum quesita sunt tria: primo, quantum ad personas hominum, utrum scilicet, si Adam non peccasset, iidem homines saluarentur qui nunc saluantur; secundo, quantum ad intellectum, utrum scilicet uerbum cordis sit species intelligibilis; tercio, quantum ad uoluntatem, utrum scilicet ea que per timorem fiunt sint uoluntaria.

<a. 1 [8]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod, si Adam non peccasset, non iidem homines saluarentur qui nunc saluantur.

<1> Si enim Adam non peccasset, soli electi nascerentur; ergo non fuissent nati illi peccatores qui finaliter sunt reprobati, et per consequens nec eorum filii, quia, si non sunt iidem parentes, consequens est neque filios esse eosdem; multi autem nunc saluantur etiam ex reprobis parentibus nati; ergo, si Adam non peccasset, non iidem saluarentur qui nunc saluantur.

<2> Preterea. Secundum Philosophum, *semen est superfluum alimenti*; set aliis cibis homo usus fuisset in Paradiso, si non peccasset, ab hiis quibus nunc utitur; ergo aliud fuisset semen, et per consequens alii filii.

Set contra est quod Gregorius dicit, IV Moralium: *Si parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehenne generaret, set hii qui nunc per* redemptorem *saluandi sunt soli ab* eo *electi nascerentur.*

Responsio. Dicendum quod, cum in generatione hominis sicut et aliorum animalium semen patris sit agens, materia uero a matre ministrata sit sicut paciens ex quo corpus humanum formatur, inpossibile est eundem filium nasci siue sit alius pater siue sit alia mater; sicut etiam non est idem numero sigillum siue sit alia cera siue sit aliud corpus sigilli ex cuius impressione cera sigillatur. Et quamuis superfluum alimenti sit semen, secundum Philosophum, diuersitas tamen alimentorum non sufficeret ad diuersificandum filios qui ex semine nascuntur, quia ex illis cibis non sumitur semen nisi quatenus aliqualiter in substanciam parentum conuertuntur.

Dicunt autem quidam sequentes Anselmum

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 81 appetiit *scr. cum* M^1M^3, *sec.m.* V^1, Ed^{10ss} : appetit *codd*(- M^1) 81 demones] *obsc.* Φ (dm̃ om̃s, *praeter* : ōs P^9 : demones *E* : demones omnes *Ba*) : omnes demones M^1 81-82 decidunt] decederunt M^1M^3

3-11 Et primo — precepta] *om.* F^1 3-4 omnibus] *om.* Ψ (hominibus *post* esse *suppl.* M^1) 5 hominum *scr. cum sec.m.* P^1V^1 : harum (horum *As*) Φ : humani Ψ 12 tria] duo F^1 (*qui om. a.* 3 [10]) 14 homines (+ numero Ed^{4ss}) saluarentur] *inu.* Ψ 16 uerbum] uerbis Φ^1, *pr.m.* P^1, V^4 (*obsc. multi* = uerb') 18 timorem] amorem Φ (timorem *rest. sec.m.* V^4, *dett*) 22 homines] + numero $Ed^{2,4ss}$ 27 parentes] partes *As* : patres Φ(- *As*); *cf. Préf., p.* 146*b, 147*b 29 etiam] *om.* Φ 34 usus] uisus *AsO* 35 quibus] qui *AsO*, P^9Ba^1, V^4 (*cf. Préf., p.* 147*b) 38 parentem primum Ψ : *inu.* Φ; *cf. app. fontium* 39 nequaquam] nequam ex nequam *As* : nequam *O* 40 redemptorem] redemptionem N^aM^7; *cf. app. fontium* soli] solo nobis C^bF^1 : nobis N^aM^7 49 cuius] eius Φ(- *E, sec.m.* V^4), $C^bF^1M^7$

82-83 Dionisius... IV capitulo De diuinis nominibus : § 23, a Iohanne Sarraceno transl. (*Dionysiaca*, t. I, p. 278,4-279,1 (naturalem : secundum naturam).

A.8 Parall. : *I*ª, q.100, a.2; *Quodl. III*, q.11, a.un. [25]. — Eandem quaestionem tractauerant Geraldus de Abbatisuilla et Petrus de Tarantasia, quem reprobare uidetur Thomas; cf. L.-B. Gillon, *Sur les écrits de Pierre de Tarentaise et leur chronologie* (Appendice 1, in M.-H. Laurent, *Le bienheureux Innocent V (Pierre de Tarentaise) et son temps*, Studi e testi 129, Città del Vaticano 1947), p. 373-377. 32 secundum Philosophum — alimenti : Adagium est, erutum ex Ar., *XV De animalibus* (= *De gen. animal.*, I), a Michaele Scoto transl.; cf. Thoma, *In De anima*, II 9, 186-187, cum adn. 37-38 Gregorius... IV Moralium : XXXI 62 (CCSL 143, p. 206, 35-38), laud. a Thoma, *I*ª, q.100, a.2, arg.1; *Quodl. III*, a 25; cf. supra adn. ad *Quodl. III*, a.25, u. 18. 42-46 cum — formatur : Cf. Ar., *De gen. animal.*, I, 727a31-730a28. 51 secundum Philosophum : Cf. supra, u. 32, cum adn. 56 Anselmum : *Cur Deus homo*, I 18 (ed. F. S. Schmitt, vol. 2, p. 81, 14-20) : «Quamuis enim nondum proueherentur ad illam aequalitatem angelorum ad quam peruenturi erant homines cum perfectus esset numerus de illis assumendus, in illa tamen iustitia in qua erant uidetur quia, si uicissent, ut tentati non peccarent, ita confirmarentur cum omni propagine sua, ut ultra peccare non possent; quemadmodum, quia uicti peccauerunt, sic infirmati sunt ut, quantum in ipsis est, sine peccato esse non possint»; quae uerba ex parte et aliquantulum adulterata laud. a Thoma, *I*ª, q.100, a.2, arg.2 et ad 2.

quod si homo non peccasset in illa prima temptatione, statim confirmatus fuisset et ipse et omnes qui ab eo nascerentur, ita quod omnes qui nascerentur fuissent electi. Vnde, cum nunc multi qui saluantur, ex peccatoribus nascantur, sicut in obiciendo tangebatur, consequens est quod essent alii parentes saluandorum, et per consequens alii filii.

Set hec positio non uidetur esse uera, quia, secundum Augustinum, XIV De cuiuitate Dei, status corporis in homine proportionaliter respondet statui anime : quam diu ergo homo habuit *corpus animale,* potens mori et non mori, indigens alimentis, tam diu habuit animam potentem peccare et non peccare. Habuit autem corpus animale quam diu fuit in statu generandi, quod etiam fuisset si post illam primam temptationem non peccasset; et ideo possibile fuisset, si primus homo tunc non peccasset, quod etiam ipse uel eius posteri postmodum peccarent, ut Hugo de Sancto Victore dicit. Vnde ex hoc non sequitur parentum diuersitas quod nunc sunt aliqui peccatores, tunc autem non essent.

Set est aliud unde necesse est ponere diuersitatem parentum, quia in primo statu unus homo non habuisset plures uxores nec etiam aliqui ex fornicatione uel adulterio nascerentur, quod nunc contingit etiam in hiis qui saluantur : multi enim filii unius patris ex pluribus uxoribus nati saluantur, sicut patet de filiis Iacob; multi etiam ex fornicatione uel adulterio nati, alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. Vnde relinquitur quod aliqui nunc saluantur qui, si primus homo non peccasset, non nascerentur et per consequens non saluarentur, nec tamen Dei predestinatio falleretur, quia Deus predestinauit homines habens scienciam futuri euentus.

Quod uero Gregorius dicit, quod si primus homo non peccasset, *nequaquam ex se filios gehenne generaret,* indubitanter uerum est : non enim in filios transfunderet peccatum originale, secundum quod homines *filii ire* nascuntur. Quod autem subdit, quod *hii soli qui nunc saluandi sunt nascerentur,* intelligendum est quod pronomen facit simplicem demonstrationem, quia scilicet *soli electi nascerentur,* quantum est de ratione originis, non autem demonstrationem personalem, quia alie persone essent hominum qui saluarentur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 5, a. 2 [9]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod uerbum cordis sit species intelligibilis.

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bF^1M^7M^1$)* 66 XIV *codd; cf. app. fontium* 77 Victore] mare Φ^{2b} *(eras. P^1)* 85 filii] *om.* Ψ (- M^1) patris *scr. cum sec.m.* V^4 : parentis *codd, edd* 88 adhiberentur] adhibentur Ψ(- M^1) 93 sciencia] prescienciam Ψ 93 euentus] aduentus Ψ 104 alie persone] *inu.* Φ^{2b}
3 uerbum] ad uerbum Φ(- Ba^1 : aduerbium *primo* V^4)

66-71 secundum Augustinum, XIV De ciuitate Dei — peccare[2] : Immo (sed cf. adn. inseq.), *De ciuitate Dei*, XIII XX-XXIV (CCSL 48, p. 403-414), ubi fusius distinguit Augustinus « corpus animale » animae peccabili unitum, quod habuit Adam in paradiso, et « corpus spiritale » animae inpeccabili unitum, quod habebunt resuscitati in caelo; cf. praesertim c. XX (p. 403, 13-33); c. XXII (p. 405, 1-7); XXIII (p. 405-406, u. 1-22); XXIV (p. 413, 176-198). 71-77 Habuit — ut Hugo de Sancto Victore dicit : *De sacramentis*, lib. I, pars VI, c. 24 (P.L., 176, 277-278, prassertim 278 A) : « Sic itaque primus homo tempore oboedientiae suae casto coniugio ad propagationem posteritatis institutioni diuinae seruiens filios generaret sine peccato quidem, quoniam ex natura ab omni uitio libera, sed non similiter paternae iustitiae heredes, quoniam ipsa natura nondum foret ad incorruptionis praemium (quod nisi post peractam oboedientiam dandum non erat) transformata. Postquam autem a uita aeterna ad caelestem et spiritualem statum transformatus fuisset, amplius generare non debuerat... » (ad quod capitulum breuiter adludit Thomas, I^a, q.100, a.1, arg.1). — Quod etiam, secundum Thomam, I^a, q.100, a.2, s.c., « datur intelligi » ex Augustino, *De ciuitate Dei*, XIV (XX, CCSL 48, p. 430-431, u. 29-32) : « tam felix universa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traicerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitate committeret, quod damnatione reciperet ». 86 de filiis Iacob : *Genesis,* XXIX 31 - XXX 24 et XXXV 16-26. 98 filii ire : *Ep. ad Ephesios*, II 3. 100-105 intelligendum — saluarentur : Cf. supra, *Quodl. III*, a.25, u. 35-52, cum app. fontium ad u. 38-40.

A.9 Parall. : *In I Sent.*, d.27, q.2, a.1 et 2; *In II Sent.*, d.11, q.2, a.3; *Q. de uer.*, q.4, a.1; *C.G.*, I 53, *duae primae redactiones* (t. XIII, App., p. 20*-21*); IV 11; I 53, *tertia redactio* (in qua Thomas breuiter contrahit quae fusius exposuerat IV 11); *Q. de pot.*, q.8, a.1; q.9, a.5; I^a, q.27, a.1; q.28, a.4; q.34, a.1; q.85, a.2; *In Mathei eu.*, I, in uersic. 18; *In Iohannis eu.*, I, lect.1. 3 uerbum cordis : Tritissima apud Thomam, uox « uerbum cordis » non nisi semel inuenitur apud Augustinum, *Sermo 288*, n. 3 (P.L., 38, 1305, u. 32-33), etsi saepius eandem sententiam uariis circumlocutionibus exprimit Augustinus (uelut « uerbum corde conceptum », in eodem sermone, P.L., 38, 1305, 8-9; 1306, 26-27. — Etsi nomen « cor » metaphorice intimam animam designat apud Hebraeos, Graecos et Latinos (cf. Fr. Baumgärtel et J. Behm, καρδία, in *Theol. Dict. of the New Testament*, ed. Kittel, transl. Bromiley, vol. III, p. 605-614), tamen specialius uocem a corde proprie dicto procedere iam quodam modo docuerat Aristoteles (cf. *De anima*, II, 420b22-29), sed clarius hoc docuerunt Stoici : « Stoici uero cor quidem sedem esse principalis animae partis consentiunt... Vocem quoque dicunt e penetrali pectoris, id est corde, mitti, gremio cordis nitente spiritu... » (Calcidius, *Timaei comm.*, c. 220, ed. Wazsink, p. 232, 12-13 et 233, 23-24; cf. *Stoicorum Veterum fragmenta*, II, n. 827, p. 228, et n. 894, 19-20, p. 244); insuper a uerbo quod uoce profertur distinxerunt Stoici uerbum interius (« endiatheton », Nemesius, *De natura hominis*, c. 13, a Burgundione transl., ed Moncho, p. 90; « interius dispositum », Iohannes Damascenus, *Traditio*

<1> Verbum enim cordis est quo intellectus uidet; hoc autem est species intelligibilis; ergo uerbum cordis est species intelligibilis.

<2> Preterea. Cognitio intellectiua a sensu oritur; set illud quo sensus sentit est species sensibilis; ergo uerbum cordis quo intellectus intelligit est species intelligibilis.

Set contra. Verbum cordis interius est quod exteriori uerbo significatur; set uerbum exterius non significat speciem intelligibilem; ergo uerbum interius non est ipsa species intelligibilis.

Responsio. Dicendum quod secundum Augustinum, XV De Trinitate, uerbum cordis importat quiddam procedens a mente siue ab intellectu. Procedit autem aliquid ab intellectu in quantum est constitutum per operationem ipsius. Est autem duplex operatio intellectus, secundum Philosophum in III De anima : una quidem que uocatur *indiuisibilium intelligencia,* per quam intellectus format in se ipso diffinitionem uel conceptum alicuius incomplexi; alia autem operatio est intellectus componentis et diuidentis, secundum quam format enunciationem. Et utrumque istorum per operationem intellectus constitutorum uocatur uerbum cordis, quorum primum significatur per terminum incomplexum, secundum uero significatur per orationem.

Manifestum est autem quod omnis operatio intellectus procedit ab eo secundum quod est factus in actu per speciem intelligibilem, quia *nichil operatur nisi secundum quod est actu.* Vnde necesse est quod species intelligibilis, que est principium operationis intellectualis, differat a uerbo cordis, quod per operationem intellectus formatur. Quamuis et ipsum uerbum possit dici forma uel species intelligibilis, set sicut per intellectum constituta, prout forma artis, quam intellectus adinuenit, dicitur quedam species intelligibilis.

Ad primum ergo dicendum quod intellectus intelligit aliquo dupliciter : uno modo formaliter, et sic intelligit specie intelligibili qua fit in actu; alio modo sicut instrumento quo utitur ad aliud intelligendum, et hoc modo intellectus uerbo intelligit, quia format uerbum ad hoc quod intelligat rem.

Ad secundum dicendum quod cognitio sensus exterioris perficitur per solam inmutationem sensus a sensibili, unde per formam que sibi a sensibili imprimitur, sentit. Non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem, set hoc facit uirtus ymaginatiua, cuius forme quodam modo simile est uerbum intellectus.

<a. 3 [10]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod ea que fiunt ex timore non sint uoluntaria.

Necessitas enim uoluntati contrariatur, ut dicitur in V Methaphisice; set ea que fiunt ex timore,

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P⁹Ba¹E)*, Φ^{2b} *(BaP¹V⁴)*; Ψ *(NᵃCᵇF¹M⁷M¹)* 4 quo] illud quod Φ^{2aP} (illud quo *Sz, sec.m. W¹*) 5 uidet] uidetur V^4 : intelligit N^a : euidet C^bF^1 : euitet M^7 8 quo *scr. cum sec.m. P¹, NᵃAn* : quod *codd (cett), edd* 8-9 sensibilis] intelligibilis Ed^{19ss} 11 cordis] + ordinis Ψ(-M^1 : ortum N^a) 19 operationem] comparationem *AsO, P⁹, ?Ba¹, Ba* 37 formatur] est (*ante* per operationem)... formatum Ed^{19ss} 38 et] *om.* Φ 39 set] *om.* Ed^{19ss} 43 aliquo *scr. cum* Lo^1V^6, $B^1PrAvSz$, *sec.m.* $O^4P^{10a}LNhTsSl$, $C^bF^1M^7An$, *sec.m.* V^1 : aliquid *cett* (aliud Wr^2 : *om. Ua*) 54 set hoc] hoc Φ (hoc autem *multi dett* : set hoc *non nulli*; *cf. Préf., p.* 146*b) 54 uirtus ymaginatiua] uerbum imaginatiue Ed^{10-18} : vis imaginatiua Ed^{19ss}

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P⁹Ba¹E)*, Φ^{2b} *(BaP¹V⁴)*; Ψ *(NᵃCᵇM⁷M¹)* 4 enim] autem Ψ *(om. Nᵃ, an spatio uac. relicto?)*

orthodoxae fidei, c. 35 [II 21], a Burgundione transl., ed. Buytaert, p. 131). Inde Basilius, *Hom.* 16 (P.G., 31, 477 A) : ὁ (λογὸς) ἐνδιάθετος ἐνυπάρχων ἡμῶν ταῖς καρδίαις; Iohannes Damascenus, *Trad. orth. fidei*, c. 13, a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 62, 109-110) : « Verbum rursus est quod non uerbo profertur, sed in corde enunciatur ». 11 Verbum... interius : Cf. adn. sup. 15-16 Augustinum, XV De Trinitate : XX 18 (CCSL 50 A, p. 484-485) : « Quaedam ergo cogitationes locutiones sunt cordis ubi et os esse dominus ostendit cum ait : *Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Vna sententia duo quaedam hominis ora complexus est, unum corporis, alterum cordis. Nam utique unde illi hominem putauerant inquinari in os intrat corporis; unde autem dominus dixit inquinari hominem de cordis ore procedit... At in eo quod sequitur os cordis ostendens : *Quae autem procedunt*, inquit, *de ore de corde exeunt cogitationes malae*, et cetera »; a Thoma laud. *Q. de uer.*, q.4, a.1, arg.2. 20-21 Philosophum in III De anima : Ar., *De anima*, III, 430a26-28, a Iacobo transl. (ed. Gauthier, p. 476) uel a Guillelmo recogn. (ed. Leon., t. XLV 1, p. 224); cf. Thomas, *In Peryermenias*, I 1, u. 1-8, cum adn. ad u. 6 in ed. Leon., t. I* 1, p. 5. 33-34 nichil — actu : Adagium saepius a Thoma laud.; cf. *In De anima*, III 1, 296-297; *In De sensu*, I 9, 178-179, cum app. fontium.

A.10 Parall. : *In IV Sent.*, d.29, q.1, a.1 ; *In ep. II ad Cor.*, IX, lect.1, in uersic.7 ; *Iª IIae*, q.6, a.6 ; a.7, ad 1 ; *In Eth.*, III 1, u. 105-167 ; 2, u. 95-105. 5 in V Methaphisice : Ar., *Met.*, V, 1015a26-30, a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Met.*, V, textus 6 (ed. R. Ponzalli, p. 98) : « Et etiam dicitur necessarium de re faciente uiolenciam et de uiolencia. Et hoc est quod impedit uoluntatem. Faciens enim uiolenciam dicitur necessarium. Et ideo est contristans, etiam sicut dixit Odinus *(codd)* quod omne necessarium est contristans », cum comm. Auerrois (comm. 6, *ibid.*, p. 100, 49) : « necessitas est contra uoluntatem ». Quem locum saepius laud. Thomas, semper in translatione Scoti : *Q. de uer.*, q.13, a.1, arg.5, u. 45-47 ; *Q. de malo*, q.5, a.3, arg.3, u. 19-21 ; *Iª IIae*, q.31, a.7, arg.2 ; *In Eth.*, III 2, u. 136-138 ; 3, u. 26-27 ; *IIª IIae*, q.88, a.6 ad 2.

dicuntur ex necessitate fieri; non ergo sunt uoluntaria.

Set contra. Omne quod quis operatur propter finem, est uoluntarium; set ea que quis operatur ex timore, operatur propter finem, scilicet ad uitandum malum quod timet, sicut qui proicit merces in mari, uitat submersionem nauis; ergo huiusmodi sunt uoluntaria.

Responsio. Dicendum quod, cum bonum sit uoluntatis obiectum, hoc modo se habet aliquid ad hoc quod sit uoluntarium quo modo se habet ad hoc quod sit bonum. Contingit autem aliquid in uniuersali consideratum esse bonum, quod tamen secundum aliquas particulares circumstancias redditur malum, sicut generare filios est bonum, set generare filios ex non sua est malum. Et similiter contingit aliquid in uniuersali consideratum esse malum, quod tamen secundum aliquas particulares circumstancias fit bonum, sicut occidere hominem secundum se est malum, set occidere hominem perniciosum multitudini est bonum. Et quia actiones sunt circa singularia, iudicantur bone uel male et per consequens uoluntarie uel inuoluntarie simpliciter quidem consideratis singularibus circumstanciis, secundum quid autem secundum quod in uniuersali considerantur.

Ea uero que ex timore fiunt, in uniuersali quidem considerata sunt mala et inuoluntaria; set, si considerentur secundum singularia que circumstant, sic sunt bona et uoluntaria; sicut proicere merces in mari, secundum se consideratum est malum et non uoluntarium, set in tali casu est bonum et uoluntarium. Vnde et Philosophus dicit in III Ethicorum quod huiusmodi mixta sunt ex uoluntario et inuoluntario, simpliciter autem sunt uoluntaria, secundum quid autem inuoluntaria et ex necessitate facta.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 6>

Deinde circa sacramenta quesitum est; primo, de sacramento eucharistie; secundo, de sacramento penitencie; tercio, de sacramento matrimonii.

Circa eucharistiam quesita sunt duo : primo, utrum forma panis adnichiletur; secundo, utrum sacerdos dare debeat hostiam non consecratam peccatori occulto, hoc petenti.

<a. 1 [11]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod forma panis in sacramento eucharistie adnichiletur.

<1> Illud enim adnichilari uidetur quod desinit esse et in nichil conuertitur; set forma panis, facta consecratione, desinit esse, nec est dare in quid conuertatur; non enim conuertitur in materiam corporis Christi, nec etiam in formam eius, que est anima, alioquin anima esset ibi ex ui sacramenti; ergo forma panis adnichilatur.

<2> Preterea. Augustinus dicit super illud Iohannis XVII : *Clarifica me Pater* etc. Si *humana natura* conuertatur *in Verbum, si diligentius* cogitamus, *homo periret in Deo*; set illud adnichilari dicitur quod perit; ergo si panis conuertitur in corpus Christi, uidetur quod adnichiletur.

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 10 scilicet] *om.* Ψ 12 submersionem] subuersionem Φ(- P^9E, V^4 : submersionem $Ed^{1,3}$, Ed^{10ss}) 15 habet] haberet Φ 16 quo] que Φ(- *E* : *corr. sec.m.* P^1V^4) 25 hominem] *om.* Φ (*sed cf. Quodl. IX*, q.7, a.2 [15], 113-114; *Q. de pot.*, q.1, a.6, ad 4; *Q. de malo*, q.5, a.4, ad 6; q.10, a.2, u. 98; *I^a II^{ae}*, q.1, a.3, ad 3; *II^a II^{ae}*, q.64, a.2, arg.3) 42-43 secundum quid autem inuoluntaria] *om.* Ψ 43 facta] facti Φ (*sed post* necessitas *genetiuum exprimit causam necessitatis, quae hic non est factum, sed finis; si causam exprimere uolumus, supplendum est* : ex necessitate <finis> facta)
6 Circa] Et circa Ψ(- N^a) 23 conuertatur] conuertitur Ψ

11-12 sicut — nauis : Exemplum Aristotelis, cf. infra, u. 40, cum adn. 27 actiones sunt circa singularia : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, III, 1110b6-7, a Roberto Grosseteste recogn. (A.L., XXVI, p. 180, 26) : « Operaciones enim, in singularibus ». 40 in III Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, III, 1110a8-19, a Roberto Grosseteste recogn. (A.L., XXVI, p. 179,19-180,8); cf. etiam 1110b3-7 (p. 180, 22-26).

A.11 Parall. : *Quodl. VII*, q.4, a.1-2 [8-9]; *In IV Sent.*, d.11, q.1, a.2; a.3, qla 1; *Quodl. IX*, q.3, a.un. [5], ad 3; *C.G.*, IV 63; *In Mathei eu.*, XXVI, in uersic. 26; *In ep. I ad Cor.*, XI, lect. 4, in fine; lect. 5; *III^a*, q.75, a.3 et 4. 21 Augustinus : *In Iohannis eu.*, tr. 105, 6 (CCSL 36, p. 606-607, u. 9-13) : « Hoc (= Christum hominem clarificari apud Patrem) quidam sic intellegendum putarunt, tamquam natura humana quae suscepta est a Verbo, conuerteretur in Verbum, et homo mutaretur in Deum; immo, si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in Deo ».

Set contra est quia, sicut Augustinus dicit libro octoginta trium questionum; Deus non est actor *tendendi* in *non esse*; est autem actor sacramenti eucharistie; ergo in illo sacramento nichil adnichilatur.

Responsio. Dicendum quod adnichilatio quendam motum importat; omnis autem motus denominatur a termino ad quem; unde terminus adnichilationis est nichil. Consecratio autem panis in sacramento eucharistiae non terminatur ad nichil, set ad corpus Christi; alioquin non esset dare quo modo corpus Christi incipiat esse sub sacramento : non enim incipit ibi esse per motum localem, alioquin desineret esse in celo. Relinquitur ergo quod in consecratione panis non est aliqua adnichilatio, set transubstanciatio panis in corpus Christi.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut in generatione naturali neque forma neque materia generatur aut corrumpitur, set totum compositum, ita etiam in sacramento altaris non est querendum seorsum de forma aut materia in quid conuertatur, set totus panis conuertitur in totum corpus Christi, in quantum est corpus. Quare, si in triduo mortis Christi fuisset consecratio facta, non fuisset ibi anima, set corpus exanime, sicut in sepulcro iacebat.

Ad secundum dicendum quod perire diceretur natura humana si conuerteretur in Verbum, in quantum esse desineret, quod pertinet ad terminum a quo; non autem adnichilaretur, quantum ad terminum ad quem.

<a. 2 [12]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod sacerdos non debeat dare hostiam non consecratam peccatori occulto, hoc petenti.

<1> Non enim debet sacerdos peccatum occultum publicare; publicaret autem, si ei daret hostiam non consecratam, cum aliis sociis daret consecratam; ergo sacerdos non debet dare hostiam non consecratam peccatori occulto, hoc petenti.

<2> Preterea. Hostia consecrata a sacerdote alicui fideli porrecta, a circumstantibus adoratur; si ergo exhibeat alicui hostiam non consecratam loco consecrate, quantum est in se faciet populum ydolatrare, quod est graue peccatum; non ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti dare hostiam non consecratam.

Set contra est quod sacerdos est *medicus animarum*; sapiens autem medicus uitat quantum potest periculum infirmi quem accepit in cura; peccatori autem cuius curam habet inminet magnum periculum si cum consciencia mortalis peccati corpus Christi accipiat, quia *qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit,* ut dicitur I ad Corinthios XI; ergo sacerdos bene

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^{74})*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 27 sicut] *om.* Φ^{2b} 29 actor[1]] auctor M^1, *Ed*[32ss] : author *Ed*[30] 29 actor[2]] auctor C^bM^1, *Ed*[32ss] : author *Ed*[30] 42 set transubstanciatio (translatio M^1)] *om. Ed*[36,8-9] 50 Quare *scr.* : Quod N^aM^7 : quia *codd (cett), edd*; *cf. app. fontium* 52 set] sicut Ψ(- M^1) exanime] *om.* Ψ(- M^1) sicut] *om. pr.m.* P^1, N^a 55 conuerteretur] uerteretur Ψ(- M^1) 57 adnichilaretur (*post* 58 ad quem) Ψ : adnichilatur (-atur *P* : -aretur *multi dett*) *hic* Φ 13 exhibeat ... hostiam non consecratam] exhibetur ... hostia non consecrata Φ (exhibetur ... hostiam non consecratam *Ed*[20] : exhibet ... hostiam non consecratam *Ed*[30], *Ed*[31ss]) 15 ydolatrare] ydolatriam Ψ(- N^a; ydolatriam committere M^1M^3) 21 cuius] *lac. 3/4 litt. O* : *om. P, P*[9], Φ^{2b} : qui *Ba*[1] 22 cum] a *O* : in *P, E* : *om.* P^9, Φ^{2b}; *cf. Préf., p.* 147*b 22-23 mortalis peccati] *inu.* Ψ

27 Augustinus : Cf. supra, *Quodl. IV*, q.3, a.1 [4], 59-60, cum app. fontium. 44-47 sicut — compositum : Cf. Ar., *Met.*, VII, 1033a24-b19 (in Auerroe, textus 26-27); VIII, 1042a29-30 (textus 3), 1043b14-18 (textus 8); doctrina iam exposita a Thoma, *De principiis nature*, § 2, u. 90-97 (ed. Leon., t. XLIII, p. 41b). 50-53 Quare — iacebat : Cf. *In IV Sent.*, d.10, q.un., a.2, sol. 1, in fine; d.11, q.3, a.4, qla 2 (hic scripsimus « Quare », quod correspondet uerbo « Vnde » in his duobus locis : hoc est quaedam conclusio); *In ep. I ad Cor.*, XI, lect. 6, in uersic. 25, § Sciendum.

A.12 Parall. : *In IV Sent.*, d.9, q. unica, a.5, qla 1, arg.4 et ad 4; d.11, q.3, a.2, qla 1; *II[a] II[ae]*, q.1, a.3, ad 4; *III[a]*, q.80, a.6; q.81, a.2. 6-7 publicaret — consecratam : « Ita nempe quod hanc hostiam separatim poneret, ut hinc proinde omnes intelligerent consecratam non esse. Alioqui sic posset commisceri cum consecratis, ut nemo posset non consecratam suspicari, sed id Sacerdos tantum sciret », NICOLAÏ (in *Ed*[30]) 18-19 medicus animarum : Vox iam diu usitata, sed plerique de Christo (ex. *Lucae eu.*, V 31) : Hieronymus, *In ep. ad Philemonem*, in uersic. 24 (P.L. 26[1], 618, 12; 26[2], 654, 36) : (Lucas medicus) « de medico corporum, in medicum uersus est animarum »; Augustinus, *De sermone Domini in monte*, I 19, 57 (CCSL 35, p. 66, 1423-1424) : « Dominus medicus animarum »; *Concilium Cabillonense* [Chalon-sur-Saône], anno 813 (MGH, Concilia II 1, p. 280, 19) : (sacerdotes) « non corporum, sed animarum medici »; Bernardus, *De gradibus humilitatis* (*Opera*, ed. Cist., t. III, p. 45, 7) : « medicus animarum Deus »; *Sermo 1 in aduentu* (t. IV, p. 167, 11-12) : « benignissimus Saluator ac medicus animarum »; *Sermo 3 in Resurr.* (t. V, p. 103, 5) : « medicus animarum Dominus Christus »; Bonauentura, *In IV Sent.*, d.14, P. II, a.2, q.2, fund. 3 (p. 338a) : « Dominus ... perfectus medicus animarum »; ipse Thomas, *C.G.*, IV 72 (t. XV, p. 225b30-31) : « per medicum animarum nostrarum Ihesum Christum »; *In ep. II ad Cor.*, XII, lect. 3 : « a medico animarum Domino nostro Ihesu Christo ... Christus enim, uelut medicus animarum summus ... ». 25 I ad Corinthios XI : 29.

facit, si eius periculum euitet, porrigens ei hostiam non consecratam.

Responsio. Dicendum quod ueritati non est aliqua fictio adiungenda, quia nulla est conuentio lucis ad tenebras, ut Apostolus dicit II ad Corinthios VI; et propter hoc Augustinus probat in libro octoginta trium questionum quod corpus Christi non fuit fantasticum, quia ueritas, que est Christus, non potuit fallere. Et ideo in sacramentis ecclesie nichil est per fictionem agendum, et precipue in sacramento altaris, in quo totus Christus continetur; esset autem quedam fictio si hostia non consecrata loco consecrate daretur.

Et cum hoc etiam sacerdos, quantum in se est, populo fieret ydolatrandi occasio, qui quamuis peccatum ydolatrie non incurreret, estimans probabiliter hostiam esse consecratam, tamen sacerdos in hoc ipso quod hostiam non consecratam populo exhiberet adorandam, ydolatrie crimen incurreret.

Vnde hoc in nullo casu est faciendum ut hostia non consecrata exhibeatur uni uel pluribus tanquam consecrata.

Debet ergo sacerdos peccatorem occultum primo quidem monere ut penitenciam agat, et sic ad sacramentum accedat; quod si penitere noluerit, debet ei occulte inhibere ne aliis communicantibus in publico se inmisceat; quod si se inmiscuerit, debet ei dare hostiam consecratam.

Vnde prima duo concedimus.

Ad tercium dicendum quod stultus esset medicus qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi uellet impedire, puta si uellet ipse uenenum bibere ne infirmus biberet uinum; multo autem magis peccat sacerdos fictionem faciens in sacramento Christi quam peccator indigne sumens; unde stultus esset sacerdos si, ut uitaret peccatum subditi, ipse grauius peccaret, fictionem faciens in sacramento ueritatis.

<Questio 7>

Deinde circa sacramentum penitencie quesita sunt duo : primo, utrum prelatus debeat subditum suum ab administratione remouere propter aliquid quod ab eo in confessione audiuit; secundo, utrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in uia eundi ultra mare quam ille qui moritur in redeundo.

<a. 1 [13]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod prelatus possit subditum suum ab administratione remouere propter aliquid quod ab eo in confessione audiuit.

Quia quod institutum est *pro caritate, contra caritatem* non militat; set sigillum confessionis institutum est pro caritate; non ergo militat contra caritatem, ex qua tenetur prelatus saluti subditorum prouidere. Est autem quandoque contra salutem subditi, si ei administratio dimittatur, ut puta si habeat occasionem recidiuandi in peccatum. Ergo, non obstante sigillo confessionis, prelatus debet eum ab administratione remouere.

Set contra est quia nichil est faciendum in preiudicium confessionis; esset autem in preiudicium confessionis si subditus ab administratione remoueretur propter crimen quod suo prelato confessus est, quia per hoc alii retraherentur a confitendo; non ergo debet prelatus subditum ab administratione remouere propter peccatum quod ei confessus est.

Responsio. Dicendum quod id quod per confessionem auditur, nullo modo est manifestandum, nec uerbo nec signo nec nutu, nec etiam

Φ (pecia 10) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(P^9Ba^1E)*, Φ^{2b} *(BaP^1V^4)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 28 est] *om.* Φ(- *P*, P^1 : *suppl. post* aliqua fictio *As*, *E*) 39 hoc] *om.* Φ (*cf. Préf., p.* 146*b) 45 incurreret] intraret *?*Ψ(- N^a : non vitaret O^5) 62 ut] non Φ^{2a} : nunc Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 147*b)

12-13 audiuit in confessione *tr.* Φ^{2b} (*cf. Préf., p.* 147*b) 19 ei] ea Φ (ei Ba^1, *?ex corr.*) 20 recidiuandi] ruendi N^a 24 quia] quod quia Φ^{2b}(- P^1); *cf. Préf., p.* 147*b 25 in Ψ (= $C^bO^5M^1M^3$, *AnFV*^{1}, *sec.m.* P^{10a}), *nec non* Lo^1V^6, *Bo*, RV^9, *Bs*, P^8, *sec.m. Sg* : *om.* Φ *(cett* : *hom.om. AsP*, P^9*), nec non* N^aM^7

30-31 II ad Corinthios VI : 14 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 320) « aut quae societas luci (*uar.* lucis) ad tenebras ? quae autem conuentio christi ad belial ? ». 31 Augustinus : *De diuersis quaestionibus octoginta tribus*, q.14 (CCSL 44 A, p. 20) : « Si fantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus ; et si fallit, ueritas non est ; est autem ueritas Christus. Non igitur fantasma fuit corpus Christi ».

A.13 Parall. : *In IV Sent.*, d.21, q.3, a.1, qla 1 (= *Suppl.*, q.11, a.1) ; *II^a II^{ae}*, q.70, a.1, ad 2 ; *Quodl. XII*, q.10, a.2 [17]. 14-15 quod — militat : Adagium ex Bernardo erutum ; cf. supra, *Quodl. I*, q.8, a.1 [15], s.c., cum app. fontium ad u. 17. 34 nec uerbo nec signo nec nutu : Cf. decretalis *Omnis utriusque sexus* (*Decretales Gregorii IX*, lib. V, tit. 38, c. 12 ; Friedberg, II, 888) : « Caueat autem omnino (sacerdos) ne uerbo aut signo aut quouis alio modo aliquatenus prodat peccatorem », a Thoma laud. *In IV Sent.*, d.21, q.3, a.1, qla 1, s.c. ; Hostiensis, *Summa*, lib. V, De penitenciis et remissionibus (ed. Lugduni 1556, f. 417va4-9) : « tenetur igitur hoc secretum tenere sacerdos

aliquid est faciendum unde in suspicionem peccati aliquis possit deuenire.

Si igitur amotio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum, uel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo prelatus deberet subditum ab administratione remouere; puta, si in aliquo monasterio esset consuetum quod priores non amouerentur de suis prioratibus nisi propter culpam, manifestaretur peccatum confitentis per remotionem ab administratione, unde, si abbas hoc faceret, grauiter peccaret tanquam confessionem reuelans; posset tamen eum secreto caritatiue admonere ut cum instancia peteret cessionem, si hoc uideret saluti eius expedire.

Si uero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum quod abbas pro suo libitu de facili aliquos ab administratione remoueret, tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione remouere, et deberet hoc facere, cum debita tamen cautela, si talis administratio esset subdito periculosa in posterum; quamuis etiam et in hoc casu melius esset quod eum induceret ad cessionem petendam.

Si uero periculum in posterum non timeretur, non oporteret quod pro peccato preterito per penitenciam deleto eum ab administratione remoueret, sicut et Augustinus dicit in libro De adulterinis coniugiis : *Cur adhuc deputamus adulteros quos... credimus penitencia esse sanatos?* Quandoque enim penitentes innocentibus meliores sunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [14]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod melius moriatur crucesignatus qui moritur in uia eundi ultra mare quam ille qui moritur redeundo.

<1> Qui enim moritur eundo est quasi prosequendo uotum suum ut se exponat morti pro Christo, et ita moritur tanquam martyr; qui autem moritur redeundo non moritur in proposito exponendi se pro Christo, et ita moritur quasi confessor; set maior est status martyrum quam confessorum; ergo in meliori statu moritur qui moritur in eundo quam qui moritur in redeundo.

Set contra. Qui moritur in redeundo iam consummauit uotum suum; qui autem moritur in eundo nondum consummauit, set est quasi in principio; perfectum autem melius est inperfecto et finis principio; ergo melius moritur qui moritur in redeundo quam qui moritur in eundo.

Responsio. Dicendum quod quanto aliquis cum pluribus meritis moritur, tanto melius moritur; merita autem manent homini, non solum illa que actu agit, set etiam illa que iam fecit, quasi apud Deum deposita, secundum illud II Thimothei II : *Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare.* Manifestum est autem quod ille qui moritur in redeundo de ultra mare, ceteris paribus, cum pluribus meritis moritur quam ille qui moritur in eundo : habet enim meritum ex assumptione itineris et ulterius ex prosecutione, in qua forte multa grauia est passus. Et ideo, ceteris paribus, melius moritur qui moritur redeundo, quamuis ire sit magis meritorium quam redire, genus operis considerando.

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV^4, P^9)*, Φ^{2b} *($BaBa^1P^1$)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 35-36 peccati *Incipit pecia 11ª in* Φ 40 ipso] subdito Ψ 43 de] a Ψ 51-52 peccatum] *om.* N^aC^b 55 occasione] actione Φ(- *E*, P^1), C^b 66 Cur *scr. cum E, AnF, LoV*^{5}, O^3, *Bo*, Φ^{2aF}, *Gf, sec.m.* $P^{10a}Gf^1$, $Ed^{1,3}$, Ed^{19ss} : Cum *codd (cett* : Non M^1M^3, O^2Ve, Φ^{2aP}, *sec.m. Wr, Wr*^{2}, *sec.m.* C^3Bo*)* 68 enim] *obsc.* Φ^{2a} *(lac.* V^4P^9 : ut *E)* 69 sunt] *obsc.* Φ^{2a} *(lac.* V^4 : *om.* P^9 : fiant *E)*; *cf. Préf., p.* 149*a

5 eundo] in eundo Φ est] *om.* $Ed^{2,4\text{-}30}$: moritur *suppl.* Ed^{31ss} 5-6 prosequendo] in prosequendo Ψ 9 exponendi se] exponendo se Ed^3 : se exponendo Ed^{20} : se exponendi Ed^{30ss} 16 in^1] *om.* Φ^{2b} nondum] nunquam Ψ (non M^1M^3) 17-18 perfectum — principio] *hom.om.* Ψ *(cf. Préf., p.* 441) 17 est] *om. O*, V^4P^9, *Ba* : *ante* melius *E, sec.m.* V^4, P^1 18-19 ergo — eundo] ergo etc. N^a 18-19 qui moritur] *om.* Φ *(cf. Préf., p.* 149*a) 27 in] *om.* Φ^{2b} 28 cum] in Ψ meritis moritur] *inu.* Ψ(- N^a, $AnFV^1$)

adeo quod consulimus ei bona fide quod nec uerbum nec signum nec nutum nec gestum inde faciat, nec in genere nec in specie»; ipse Thomas, *Quodl. XII*, q.10, a.2 [17], 4-5 : «nec uerbo nec situ nec nutu nec aliquo signo». — A nutu, quod est signum capitis uel oculi, distinguere uidetur Thomas «signum» alterius partis corporis; cf. *I*ª, q.107, a.1, arg.2 : «per... signum, puta uoce uel nutu uel aliquo corporis membro, puta lingua uel digito». 65-66 Augustinus... in libro De adulterinis coniugiis : II VI 5 (CSEL 41, p. 387, 12-13) : «cur enim adhuc deputamus adulteros, quos uel baptismate ablutos uel paenitentia credimus esse sanatos».

A.14 Parall. : Cf. supra, *Quodl. II*, q.8, a.2 [16], cum app. fontium. 24-25 II Thimothei II : Immo I 12.

Ad primum ergo dicendum quod illud propositum exponendi se morti propter Christum habuit etiam iste in eundo, nec hoc meritum perdidit, si se a peccato inmunem custodiuit.

<Questio 8>

Deinde circa matrimonium quesita sunt duo : primo, si aliquis despondeat aliquam per uerba de futuro et postea eam carnaliter cognoscat, non quidem quasi consentiens in matrimonium, set solummodo uolens fraudulenter subripere copulam carnalem, si postmodum contrahat cum alia per uerba de presenti, utrum secunda sit uxor eius ; secundo, si uir accuset uxorem de adulterio occulto, utrum mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri.

<a. 1 [15]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui cognouit carnaliter mulierem quam desponderat per uerba de futuro, non possit habere uxorem illam cum qua postea contrahit per uerba de presenti.

<1> Iudicio enim ecclesie compellitur stare cum prima quam carnaliter cognouit ; set ecclesia potest facere personas illegitimas ad contrahendum ; ergo uidetur quod talis non possit cum alia muliere contrahere matrimonium, et ita illa cum qua secundo contraxit per uerba de presenti, non erit uxor sua.

Set contra est quod error hominis non preiudicat ueritati matrimonii ; set ex errore hominis presumentis esse consensum ubi fuit carnalis copula, contingit quod per iudicium ecclesie compellitur aliquis illam habere quam cognouit carnaliter post contractum per uerba de futuro ; ergo hoc non preiudicat ueritati secundi matrimonii, quod est rite contractum per uerba de presenti.

Responsio. Dicendum quod, sicut Nicholaus papa dicit, *causa matrimonii est consensus per uerba de presenti expressus,* sine quo *cetera etiam cum coitu* subsecuta *frustrantur.* — *Remota autem causa remouetur effectus* ; unde, cum in primo matrimonio ponatur non fuisse consensus, manifestum est quod non fuit matrimonium ; et quia *posita causa ponitur effectus,* consequens est ut secundum fuerit matrimonium, in quo ponitur fuisse mutuus consensus per uerba de presenti expressus inter personas a matrimonio solutas.

Ad primum ergo dicendum quod ecclesia in hiis que ad matrimonium pertinent tripliciter se habet.

Vno quidem modo per modum iudicantis. Et quia homines uident ea que apparent, secundum quod dicitur I Regum XVI, oportet quod iudex ecclesiasticus iudicet secundum ea que sibi apparent per confessionem partium et per ydoneos testes et per alia legitima documenta, quibus tamen omnibus adhibitis contingit quandoque ueritatem latere, et precipue in hiis que pertinent ad interiora cordis, que humano testimonio probari non possunt, etsi per aliqua signa exteriora de hiis possit aliqua coniectura haberi. Et ideo iudicium ecclesie circa ea que ad matrimonium pertinent, si ueritas lateat, non impedit sequens matrimonium contrahendum nec dirimit iam contractum.

Alio modo se habet per modum prohibentis uel punientis. Et hoc quidem impedit matrimo-

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV^4, P^9)*, Φ^{2b} *($BaBa^1P^1$)* ; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 5 set] *om.* Φ^1 *(cf. Préf., p.* 149*a) 18 ecclesie] *om.* Φ^{2b} 21 non] omnino Φ^1(- *P*) 22 contrahere] habere Φ 26 set ex] set *Ba, pr. m.* P^1 : sex Ba^1 31 hoc] *om.* P^c, $Ed^{2,4ss}$ 34 sicut] *om.* Ψ(- N^a) Nicholaus] *om.* N^a : Leo $Ed^{2,4ss}$ 40-42 et — matrimonium] *hom.om. E* 42 fuerit] fuit *P*, $BaBa^1$ *(deest E)* 42 matrimonium] *om.* Φ^{2b} 53 et] uel N^aC^b 54 contingit (conuenit *AsO*) quandoque] *inu.* Ψ

A.15 Parall. : *In IV Sent.*, d.28, q.un., a.2 (= *Suppl.*, q.46, a.2). 18 Iudicio ... ecclesie : Cf. *Decretales Gregorii IX*, lib. IV, tit. 1, c. 30 (Friedberg, II 672) : « Is qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsecuta, etsi in facie ecclesiae ducat aliam et cognoscat, ad primam redire tenetur, quia, licet praesumptum primum matrimonium uideatur, contra praesumptionem tamen huiusmodi non est probatio admittenda. Ex quo sequitur quod nec uerum nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est postmodum subsecutum ». 34-35 Nicholaus papa : Re uera uerba 35-36 « causa — expressus » sunt Petri Lombardi, *Sent.*, lib. IV, d.27, c.3 (ed. Brady, p. 422, 15-17) : « efficiens autem causa matrimonii est consensus, non quilibet, sed per uerba expressus, nec de futuro, sed de praesenti » ; Nicolai I (anno 866) sunt tantum uerba seq., 36-37 : « cetera — frustrantur » ; cf. *Decretum*, II Pars., Causa XXVII, q.11, c. 2 (Friedberg, I, 1063) : « Sufficiat solus secundum leges consensus eorum de quorum quarumque coniunctionibus agitur. Qui solus si defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur », laud. a Petro Lombardo, *loc. laud.* (p. 423, 7-10) nec non a Thoma, *In IV Sent.*, d.28, q.un., a.2 s.c. 37-38 Remota — effectus *et* 40-41 posita — effectus : Adagia ante Thomam et apud Thomam tritissima ; cf. Thomas, *In Peryerm.*, I 14, 216-217, cum adn. in ed. Leon., t. I* 1, p. 74. 50 I Regum XVI : 7 « homo enim uidet ea quae parent, Dominus autem intuetur cor » (*Biblia sacra*, V, p. 148). 50-53 iudex — documenta : Cf. *II^a II^{ae}*, q.67, a.2.

nium contrahendum, set non dirimit iam contractum; puta, uxoricide ecclesia penam imponit ut ulterius a matrimonio abstineat; si tamen contraxerit, matrimonium non dirimitur.

Tercio modo se habet per modum statuentis, quod fit solum auctoritate summi Pontificis. Et secundum hoc persone alique redduntur illegitime ad contrahendum, ita quod si etiam contrahant, matrimonium dirimitur, ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis et affinitatis, uel etiam de adultera, cum quis dedit ei fidem de contrahendo uel cum machinatus est in mortem uxoris.

<a. 2 [16]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri.

Nullus enim tenetur suum peccatum occultum publicare; set adulterium mulieris ponitur esse occultum, si autem in iudicio confiteretur ipsum, ueniret in publicum; non igitur tenetur mulier accusata de adulterio suum peccatum in iudicio confiteri.

Set contra est quia debet prestare iuramentum de ueritate dicenda; set nullo modo debet deierare; ergo debet ueritatem confiteri de suo peccato.

Responsio. Dicendum quod circa hoc est distinguendum. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet peccatum suum in iudicio confiteri, nec debet ab ea exigi iuramentum de ueritate dicenda, quia occulta soli diuino iudicio reseruantur, secundum illud I ad Corinthios IV : *Nolite ante tempus iudicare, quousque ueniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum.* Set quando de adulterio precessit infamia uel aliqua signa euidencia apparent que uehementem suspicionem facere possunt, uel quando est semiplene probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de ueritate dicenda, et ipsa tenetur confiteri ueritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 9>

Deinde circa uirtutes quesita sunt duo : primo, circa iusticiam, scilicet si aliquis incidens in latrones promittat eis pecuniam pro sua libera-

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴, P⁹)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N[a]C[b]M⁷M¹)* 66-67 ecclesia penam imponit] ecclesia penam imponit ecclesia Φ^{2a}(- *E*), Φ^{2b} : penam imponit ecclesia *Ed*[2,4ss] (*cf. Préf., p.* 149*b) 72 quod si etiam] etiam quod si *P*, *N[a]C[b]* 74 affinitatis *Post hoc uerbum deest P⁹* (74-77 uel — uiri *suppl. tertia manus; cf. Préf., p.* 148*ab) 75 adultera] adulterio Ψ 75 ei] *om.* Ψ 76 machinatus *scr. cum E, M¹, non nullis dett, Ed*[2,4ss] : machinata *codd*(- *E, M¹*) 77 uxoris] uiri *Bw, An, sec.m. P*[10a], *tertia m. P⁹* : mariti *sec.m. Nb*

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N[a]C[b]M⁷M¹)* 3 adulterio] + occulto *Ed*[20] (*cf. supra*, Q.8, prol., 10) 6 ponitur esse] esse Φ (est *AsP, E; cf. Préf., p.* 149*a) 7-8 si — publicum] *om. N[a]* 8 non igitur] non ergo Ψ (8-9 non — confiteri : ergo etc. *N[a]An*), *Ed*[2] : ergo non *Ed*[20] 12-13 deierare] deiurare *E, M¹*. — Etsi in puriore Latinitate «deierare» idem ualet atque «iurare», uel «firme iurare», tamen in media Latinitate idem ualet ac «peierare», hoc est «falso iurare»; cf. *Dict. of Medieval Latin from British Sources*, fasc. 3, col. 598c; ipse Thomas, *In III Sent.*, d.39, q. unica, a.5, qla 2; *In Pol.*, II 10, 90; II 11, 170; *II[a] II[ae]*, q.70, a.4, arg. 3 (ed. Leon., t. IX, p. 120, cum adn. γ); *Quodl. XII*, q.13, a.2 [22], u. 22. Raro utitur Thomas uerbo purioris Latinitatis «peierare» (*I[a] II[ae]*, q.107, a.2, ed. Leon., t. VII, p. 280b7; *II[a] II[ae]*, q.13, a.3, arg.2 et ad 2, ex glossa Augustini), saepius uerbo mediae Latinitatis «periurare». 13-14 de suo peccato confiteri *tr.* Ψ (13-14 ergo peccato : ergo etc. *N[a]*) 22 de] ex *Ed*[19ss] (*cf. adn. inseq.*) 23 precessit] precesserit Ψ(- *N[a], AnFV¹*) : procedit *Ed*[19ss] 23 infamia] instancia Φ(- *P* : infamia *rest. sec.m. EBaP¹*) 26 tunc] tū (= tum; *uel* tū = tamen) Φ^1

2 primo] Primum est (est *om. P¹*) Φ^{2b}

66-67 uxoricide — abstineat : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.37, q.2, a.2 (= *Suppl.*, q.60, a.2), qui ipse laudat canon *Interfectores* (*Decretum*, II Pars, Causa XXXIII, q.2, c.5, Friedberg I 1152; cf. etiam c. 8, *Admonere*, I 1153, u. 45). 75-77 de adultera — uxoris : Cf. *Decretum*, II Pars, Causa XXXI, q.1, c. 3 (Friedberg I 1109); c. 7 (I 1110); Raimundus de Pennaforte, *Summa*, lib. IV = *Summa de matrimonio*, Tit. IX (ed. Veronae, p. 489a-b; ed. Ochoa-Diez, c. 949); Hostiensis, *Summa aurea*, lib. IV, De matrimoniis (ed. Lugduni 1556, f. 291rb) : «Quinto crimen triplex quod impedit et dirimit, scilicet si quis aliquam per adulterium polluerit et fidem dederit quod post mortem primae eam in uxorem ducat... Tertium, si machinatus est in mortem prioris uxoris ad hoc ut secundam haberet...»; ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.36, q.1, expos. textus (ed. Piana, t. VII 2, f. 178rb B-C).

A.16 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.1, qla 2, ad 1 et 3; d.19, q.2, a.3, qla 1, ad 5; d.37, q.2, a.1 (= *Suppl.*, q.60, a.1); *II[a] II[ae]*, q.69, a.1 et 2. 19-20 occulta — reseruantur : Cf. supra, *Quodl. IV*, q.8, a.1 [12], u. 29-30, cum adn. 20 I ad Corinthios IV : 5 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 192-193) «nolite ante tempus iudicare quoad usque (*uar.* quousque) ueniat dominus qui et (*uar.* et *om.*) inluminabit abscondita tenebrarum». 23 precessit infamia : Cf. *Decretales Gregorii IX*, lib. V, tit. I, c. 21 *Inquisitionis*, § 1 (Friedberg, II 742, u. 31-37) : «Ad haec autem pariter respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit (*uar.* praecessit, praecesserit), propter dicta huiusmodi puniendum, quin immo super hoc depositiones contra eum recipi non debere, qum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui praecesserunt»; ipse Thomas, supra, *Quodl. IX*, q.10, a.2 [13], u. 27, cum adn.; *Quodl. I*, q.8, a.2 [16], u. 42 : «In inquisitione uero debet precedere infamia»; *II[a] II[ae]*, q.69, a.2 : «puta cum precesserit infamia»; q.70, a.1 : «puta in occultis et de quibus infamia non precessit».

nium contrahendum, set non dirimit iam contractum; puta, uxoricide ecclesia penam imponit ut ulterius a matrimonio abstineat; si tamen contraxerit, matrimonium non dirimitur.

Tercio modo se habet per modum statuentis, quod fit solum auctoritate summi Pontificis. Et secundum hoc persone alique redduntur illegitime ad contrahendum, ita quod si etiam contrahant, matrimonium dirimitur, ut patet in quibusdam gradibus consanguinitatis et affinitatis, uel etiam de adultera, cum quis dedit ei fidem de contrahendo uel cum machinatus est in mortem uxoris.

<a. 2 [16]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod mulier accusata de adulterio non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri.

Nullus enim tenetur suum peccatum occultum publicare; set adulterium mulieris ponitur esse occultum, si autem in iudicio confiteretur ipsum, ueniret in publicum; non igitur tenetur mulier accusata de adulterio suum peccatum in iudicio confiteri.

Set contra est quia debet prestare iuramentum de ueritate dicenda; set nullo modo debet deierare; ergo debet ueritatem confiteri de suo peccato.

Responsio. Dicendum quod circa hoc est distinguendum. Si enim adulterium sit omnino occultum, non debet peccatum suum in iudicio confiteri, nec debet ab ea exigi iuramentum de ueritate dicenda, quia occulta soli diuino iudicio reseruantur, secundum illud I ad Corinthios IV : *Nolite ante tempus iudicare, quousque ueniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum.* Set quando de adulterio precessit infamia uel aliqua signa euidencia apparent que uehementem suspicionem facere possunt, uel quando est semiplene probatum, tunc debet ab ea exigi iuramentum de ueritate dicenda, et ipsa tenetur confiteri ueritatem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 9>

Deinde circa uirtutes quesita sunt duo : primo, circa iusticiam, scilicet si aliquis incidens in latrones promittat eis pecuniam pro sua libera-

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴, P⁹)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N ᵃC ᵇM⁷M¹)* 66-67 ecclesia penam imponit] ecclesia penam imponit ecclesia Φ^{2a}(- *E*), Φ^{2b} : penam imponit ecclesia *Ed*[2,4ss] *(cf. Préf., p.* 149*b) 72 quod si etiam] etiam quod si *P*, *N ᵃC ᵇ* 74 affinitatis *Post hoc uerbum deest P⁹* (74-77 uel — uiri *suppl. tertia manus; cf. Préf., p.* 148*ab) 75 adultera] adulterio Ψ 75 ei] *om.* Ψ 76 machinatus *scr. cum E, M¹, non nullis dett, Ed*[2,4ss] : machinata *codd*(- *E, M¹*) 77 uxoris] uiri *Bw, An, sec.m. P*[10a], *tertia m. P⁹* : mariti *sec.m. Nh*

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N ᵃC ᵇM⁷M¹)* 3 adulterio] + occulto *Ed*[20] *(cf. supra,* Q.8, prol., 10) 6 ponitur esse] esse Φ (est *AsP, E; cf. Préf., p.* 149*a) 7-8 si — publicum] *om. N ᵃ* 8 non igitur] non ergo Ψ (8-9 non — confiteri : ergo etc. *N ᵃAn*), *Ed*[2] : ergo non *Ed*[20] 12-13 deierare] deiurare *E, M¹*. — Etsi in puriore Latinitate « deierare » idem ualet atque « iurare », uel « firme iurare », tamen in media Latinitate idem ualet ac « peierare », hoc est « falso iurare » ; cf. *Dict. of Medieval Latin from British Sources*, fasc. 3, col. 598c ; ipse Thomas, *In III Sent.*, d.39, q. unica, a.5, qla 2 ; *In Pol.*, II 10, 90 ; II 11, 170 ; *II^a II^ae*, q.70, a.4, arg. 3 (ed. Leon., t. IX, p. 120, cum adn. γ) ; *Quodl. XII*, q.13, a.2 [22], u. 22. Raro utitur Thomas uerbo purioris Latinitatis « peierare » (*I^a II^ae*, q.107, a.2, ed. Leon., t. VII, p. 280b7 ; *II^a II^ae*, q.13, a.3, arg.2 et ad 2, ex glossa Augustini), saepius uerbo mediae Latinitatis « periurare ». 13-14 de suo peccato confiteri *tr.* Ψ (13-14 ergo peccato : ergo etc. *N ᵃ*) 22 de] ex *Ed*[19ss] *(cf. adn. inseq.)* 23 precessit] precesserit Ψ(- *N ᵃ, AnFV¹*) : procedit *Ed*[19ss] 23 infamia] instancia Φ(- *P* : infamia *rest. sec.m. EBaP¹*) 26 tunc] tū (= tum ; *uel* tñ = tamen) Φ^1

2 primo] Primum est (est *om. P¹*) Φ^{2b}

66-67 uxoricide — abstineat : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.37, q.2, a.2 (= *Suppl.*, q.60, a.2), qui ipse laudat canon *Interfectores* (*Decretum*, II Pars, Causa XXXIII, q.2, c.5, Friedberg I 1152 ; cf. etiam c. 8, *Admonere*, I 1153, u. 45). 75-77 de adultera — uxoris : Cf. *Decretum*, II Pars, Causa XXXI, q.1, c. 3 (Friedberg I 1109) ; c. 7 (I 1110) ; Raimundus de Pennaforte, *Summa*, lib. IV = *Summa de matrimonio*, Tit. IX (ed. Veronae, p. 489a-b ; ed. Ochoa-Diez, c. 949) ; Hostiensis, *Summa aurea*, lib. IV, De matrimoniis (ed. Lugduni 1556, f. 291rb) : « Quinto crimen triplex quod impedit et dirimit, scilicet si quis aliquam per adulterium polluerit et fidem dederit quod post mortem primae eam in uxorem ducat ... Tertium, si machinatus est in mortem prioris uxoris ad hoc ut secundam haberet ... » ; ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.36, q.1, expos. textus (ed. Piana, t. VII 2, f. 178rb B-C).

A.16 Parall. : *In IV Sent.*, d.17, q.3, a.1, qla 2, ad 1 et 3 ; d.19, q.2, a.3, qla 1, ad 5 ; d.37, q.2, a.1 (= *Suppl.*, q.60, a.1) ; *II^a II^ae*, q.69, a.1 et 2. 19-20 occulta — reseruantur : Cf. supra, *Quodl. IV*, q.8, a.1 [12], u. 29-30, cum adn. 20 I ad Corinthios IV : 5 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 192-193) « nolite ante tempus iudicare quoad usque (*uar.* quousque) ueniat dominus qui et (*uar.* et *om.*) inluminabit abscondita tenebrarum ». 23 precessit infamia : Cf. *Decretales Gregorii IX*, lib. V, tit. I, c. 21 *Inquisitionis*, § 1 (Friedberg, II 742, u. 31-37) : « Ad haec autem pariter respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit (*uar.* praecessit, praecesserit), propter dicta huiusmodi puniendum, quin immo super hoc depositiones contra eum recipi non debere, qum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui praecesserunt » ; ipse Thomas, supra, *Quodl. IX*, q.10, a.2 [13], u. 27, cum adn. ; *Quodl. I*, q.8, a.2 [16], u. 42 : « In inquisitione uero debet precedere infamia » ; *II^a II^ae*, q.69, a.2 : « puta cum precesserit infamia » ; q.70, a.1 : « puta in occultis et de quibus infamia non precessit ».

tione, si mutuo eam accipiat ab aliquo suo amico, utrum restituere teneatur; secundo, circa abstinenciam, utrum aliquis peccare possit nimis ieiunando uel uigilando.

<Q. 9, a. 1 [17]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui pecuniam accepit mutuo ut redimeret se a latronibus, non teneatur eam restituere.

<1> Quia, ut Augustinus dicit, *tempore necessitatis sunt omnia communia*; set nullus debet quasi *proprium* petere id *quod est commune,* ut Ambrosius dicit, et habetur in Decretis, d. XLVII; cum ergo ille qui in latrones incidit fuerit in maxima necessitate constitutus, utpote in periculo mortis existens, uidetur quod factum sit sibi commune id quod erat alterius et ita non teneatur ei restituere qui mutuauit, ac si esset proprium eius.

<2> Preterea. Nullus tenetur facere recompensationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur; set iste qui mutuauit pecuniam, tenebatur proximum suum a mortis periculo liberare, secundum illud Prouerbiorum XXIV : *Erue eos qui ducuntur ad mortem*; ergo uidetur quod ille qui est liberatus non teneatur ei restituere pecuniam mutuatam.

Set contra est quod Dominus dicit Mathei VII : *Omnia* que *uultis ut faciant uobis homines, et uos facite illis*; set ille qui liberatus est a latronibus uellet sibi restitui, si quid mutuasset; ergo etiam ipse debet restituere quod mutuo accepit.

Responsio. Dicendum quod iusticie actus est unicuique reddere quod sibi debetur. Vnde, cum

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 5 accipiat] accipiet Ψ(- N^a) 11 redimeret] liberet N^a : liber redimeret $C^bM^7M^1$ 19 sibi] ei Ψ id] aliquid Φ^{2ab} 21 qui] + ei *As* : + precium pecunie ei M^1M^3 26 XXIV] XXXIII *O, V⁴*, Φ^{2b} (xxxiiii *sec.m. P¹*) 28 ei restituere] *inu.* Φ^{2b} 31 que] quecunque N^a *(cf. app. fontium)*

A.17 Parall. : *In Eth.*, IX 2, u. 50-93. 13-14 Augustinus — communia : Cf. u. 43-44. — Augustino (apud quem non inuenitur) hic tantum adagium attribuit Thomas, sed sine auctoris nomine illud saepius laudat : *In III Sent.*, d.30, q.1, a.2, ad 1 (ed. Moos, p. 957, n. 30) : « Necessitas autem facit omnia communia »; *In IV Sent.*, d.15, q.2, a.1, qla 4, ad 2 (ed. Moos, p. 679, n. 232) : « Quando alius est in statu extreme necessitatis, efficiuntur sibi omnia communia »; *II^a II^ae*, q.32, a.7, ad 3 : « in casu extreme necessitatis omnia sunt communia »; q.66, a.7, s.c. : « in necessitate omnia sunt communia »; *Quodl. XII*, q.18, a.3 [30] : « in extrema necessitate omnia sunt communia ». — De hoc adagio, cf. G. Couvreur, *Les pauvres ont-ils des droits? Recherches sur le vol en cas d'extrême nécessité depuis la Concordia de Gratien (1140) jusqu'à Guillaume d'Auxerre († 1231)*, Analecta Gregoriana 111, Rome-Paris 1961 : adagium uulgauit apud Canonistas, c. 1188-1190, Huguccio Pisanus, apud theologos, c. 1220-1225 (cf. *Rev. Sc. ph. th.*, 66, 1982, p. 342), Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. III, tr. 18, c. 1 et 2 (ed. Ribaillier, III 1, p. 369-375); tempore Thomae iam commune euaserat. — Prima tamen adagii origo in dubium uenire potest : G. Couvreur (p. 263) illud exprimere putat doctrinam Patrum Ecclesiae, S. Basilii, S. Ambrosii, S. Leonis (re uera Ps.-Leonis, cf. supra adn. ad *Quodl. VIII*, a.12, u. 24). Sed hi omnes, et ipse Basilius, e ueteribus philosophis, praecipue Stoicis, pendent (cf. A. Dirking, *S. Basilii Magni de diuitiis et paupertate sententiae quam habeant rationem cum ueterum philosophorum doctrina*, Münster i. W., 1911). E quibus pendet etiam celeberrima sententia a Ps.-Seneca excerpta et saepius laudata, uelut a Galtero de Castellione, *Moralium dogma philosophorum* (ed. Holmberg, p. 13, 9-10), a Guillelmo Altissiodorensi, *Summa aurea* (ed. Ribaillier, III 1, p. 374, 8-9), a Rolando Cremonensi, c. 1244, *Summa*, lib. III, c. 179, n. 9 (ed. Cortesi, p. 534), ab Humberto de Romanis, c. 1248-54, *Expositio regule beati Augustini*, c. 19 (ed. J. J. Berthier, *Opera*, t. I, p. 80), ab Alberto, c. 1249, *Q. de auaricia II*, a.8 (ed. Col., t. XXV 2, p. 214, 17-18), c. 1250, *Lectura in Eth.*, VIII, lect. 9 (ed. Col., t. XIV 2, p. 628, 55-57). Haec est sententia Ps.-Senecae, *De moribus*, sent. 98 (ed. Fr. Haase, *L. Annaei Senecae Opera*, vol. III, 1853, ed. stereotypa Leipzig 1895, p. 465; ed. O. Friedrich, *Publilii Syri mimi sententiae*, Berlin 1880, Repr. Olms 1964, p. 89; ibid., *Prouerbia Senecae*, n. 73, p. 94, cum adn., p. 269) : « Homines si meum tuumque tollerent, quiescerent » (in codd recc : « Quietissime uitam agerent homines in terris, si hec duo uerba e natura rerum tollerent : meum et tuum »). Iam Senecae attributus a Concilio Turonensi anni 567 (CCSL 148 A, p. 181, can. 15, u. 152-153 = Sent. 35, ed. Haase, p. 463; ed. Friedrich, p. 88), libellus *De moribus* compilatus est a scriptore christiano saec. IV uel V, qui tamen sententias suas collegit e multis fontibus. Sententiam 98 certe excerpsit ex antiquo fonte Graeco, cum iam inueniatur saec. II post Christum apud Aelium Aristiden (laud. a Friedrich) et saec. IV apud Iohannem Chrysostomum, *In Matthaeum*, hom. 72 (73), n. 3, in fine (P.G., 58, 671), quem laudare placet in translatione Burgundionis Pisani (Vat. lat. 383, f. 230rb) : « Non est ibi (apud monachos) meum et tuum, set abiectum est inde hoc uerbum, quod decem milium est causa preliorum ». Veri simile est adagii ultimum fontem et originem non esse « patristicam », sed stoicam, illudque pendere non e Christo, sed e Chrysippo. 14-16 nullus — XLVII : Cf. *Decr.*, I Pars, d.47, c.8 (Friedberg, I 172) : « Item Ambrosius... Proprium nemo dicat, quod est commune ». Sed Ambrosio perperam attribuit Gratianus sermonem Basilii a Rufino translatum, cuius uerba liberius laudat; in loco supra laud. uera uerba Rufini sunt (P.G., 31, 1752 A) : « Terre communiter omnibus data est : proprium nemo dicat quod e communi plusquam sufficeret sumptum, et uiolenter obtentum est », quae uerba ipse Rufinus finxit pro uerbis Basilii (a Chrysippo forsitan mutuatis) quae Thomas laudat *II^a II^ae*, q.66, a.2, arg.2 : « Sicut qui preueniens ad spectacula probiberet aduenientes, sibi appropriando quod ad communem usum ordinatur, similes sunt diuites qui communia que preoccupauerunt estimant sua esse » (cf. P.G., 31, 276 B), ex translatione quam inseruerat in sua *Catena* in Lucae XII 18; quo non obstante, *ibid.*, arg.3; « Ambrosius » a Thoma laudatur. — Cf. J.-L. Bataillon, *Les sermons de saint Thomas et la Catena aurea*, in *St. Thomas Aquinas 1274-1974, Commemorative Studies*, Toronto 1974, vol. 1, p. 73-74. 26 Prouerbiorum XXIV : 11. 30-31 Mathei VII : 12 (ed. Wordsworth-White, I, p. 65; que : quaecumque). 36 quod sibi debetur : « quod suum est » habebat iustitiae antiqua definitio, ab ipso Thoma seruata *II^a II^ae*, q.58, a.11; sed ratio debiti iam apparebat in Stephano Langton, Philippo Cancellario, Odone Rigaldo etc. (cf. O. Lottin, *Notes sur la vertu de justice ...*, in *Psychologie et morale aux XII^e et XIII^e siècles*, t. III, 2, Louvain 1949, in locis laud. p. 302, 37; 303, 3; 305, adn.1; 290, 21; 294, 34; 295, 18-20) et clarius in Alberto, *De bono*, tr.V, q.3, a.2 (ed. Col., t. XXVIII, p. 296b82-87) : « iustitia specialis determinatur per specialem rationem debiti. Quod debitum sonat in obligationem ex speciali causa obligationis que facit suum. Et ideo iustitie specialis non est reddere suum quocumque modo, sed suum secundum quod suum, hoc est quod ex speciali iure suum est factum »; ipse Thomas, *II^a II^ae*, q.56, a.1, ad 1; a.2; etc.

uiuentem, et postea subdit : *Rationabile obsequium uestrum.*

Si uero aliquis in tantum uirtutem nature debilitet per ieiunia et uigilias et alia huiusmodi, quod non sufficiat debita opera exequi, puta predicator predicare, doctor docere, cantor cantare, et sic de aliis, absque dubio peccat, sicut etiam peccaret uir qui nimia abstinencia se inpotentem redderet ad debitum uxori reddendum. Vnde Ieronimus dicit : *De rapina holocaustum offert qui uel ciborum nimia egestate uel sompni penuria inmoderate corpus affligit*; et iterum : *rationalis homo dignitatem amittit qui ieiunium caritati uel uigilias sensus integritati prefert.*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 10>

Deinde circa precepta quesita sunt duo : primo, utrum precepta ordine nature precedant consilia ; secundo, utrum peccata que fiunt contra precepta secunde tabule sint grauiora peccatis que fiunt contra precepta prime tabule.

<a. 1 [19]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod precepta ordine nature precedant consilia.

Illud enim est prius ordine nature ad quod natura primo instigat ; set precepta sunt de primo instinctu nature, quia sunt de dictamine rationis naturalis, non autem consilia ; ergo precepta sunt priora ordine nature quam consilia.

Set contra est quia prius natura dicitur aliquid tripliciter. Vno modo, sicut inperfectum est prius perfecto ; et hoc modo precepta non sunt priora consiliis, quia in preceptis caritatis precipue consistit perfectio. Secundo, per modum cause tempore precedentis effectum ; et sic etiam non sunt priora, quia non est necessarium quod aliquis prius impleat precepta quam consilia. Tercio, per modum originis, quando principium est simul tempore, sicut lux solis et radius ; set nec hoc modo precepta sunt priora, quia non est necesse quod quicunque seruat precepta, seruet consilia. Ergo nullo modo precepta ordine nature precedunt consilia.

Responsio. Dicendum quod circa hoc necesse est duo considerare : primo, quid sit esse prius ordine nature ; secundo, quid sit preceptum et quid consilium ; quibus manifestatis, euidenter apparebit quod queritur.

***

De primo ergo sciendum est quod, secundum Philosophum in V Methaphisice, prius et posterius dicuntur in quolibet ordine per comparationem ad principium illius ordinis, sicut in loco per comparationem ad principium loci et in disciplinis per comparationem ad principium discipline. Sic igitur et in ordine nature dicitur aliquid esse prius per comparationem ad nature principia. Que quidem sunt quatuor cause, unde secundum unumquodque genus cause prius in ordine nature est quod propinquius est cause. Quamuis autem cause sint quatuor, tres tamen earum, scilicet efficiens, formalis et finalis, concurrunt in idem. Vnde relinquitur quod ordo nature sit duplex : unus quidem secundum rationem cause materialis, secundum quem inperfectum est prius perfecto et potencia actus ; alius autem ordo nature est secundum rationem aliarum trium causarum, secundum quam perfectum est prius inperfecto et actus potencia. Vnde et Philosophus dicit in V Methaphisice quod *alia* sunt *potes-*

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N^aC^bM⁷M¹)* 49 ieiunium] ieiunii Φ (ieiunia *P* : ieiunium *rest. sec.m. BaP¹*)

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(N^aC^bF¹M⁷M¹)* 15 aliquid] + esse *Ed*^{5ss} 17 et] + ideo Ψ(- N^a) 17 sunt] *om. O, V⁴,* Φ^{2b}, C^b 22 prius impleat] *inu.* Φ^{2b} 39 principium] principia Φ (principium *rest. Ed*^{20}) 45 cause] sciencie *praem.* Ψ(- M^1) 46 concurrunt] conueniunt Φ^{2b} (concurrunt *rest. sec.m. P¹*)

37 postea : versic. 1, in fine (tempore Thomas « rationabile » non iam significat « spirituale », sed « moderatum »). 45 Ieronimus : Non inuenitur apud Hieronymum, sed Hieronymo attribuitur in *Decreto*, III Pars, De consecratione, d.5, c. 24 *Non mediocriter* (Friedberg, I 1418) ; a Thoma saepius laud., uelut *In IV Sent.*, d.15, q.3, a.1, arg.3 et ad 3 ; *In ep. ad Rom.*, XII, lect. 1 ; *II^a II^ae*, q.147, a.1, ad 2.

A.19 Parall. : Cf. supra, *Quodl. IV*, q.12, a.2 [24]. 35 Philosophum in V Methaphisice : Ar., *Met.*, V, 1018b9-12, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 97,27-98,2) : « Priora et posteriora dicuntur quedam equidem, tamquam existente aliquo primo et principio in singulo genere, aliud propinquius principio aliquo determinato aut simpliciter aut natura aut ad aliquid aut ad ubi aut ab aliquibus ». 45-47 tres — in idem : Cf. Ar., *Phys.*, II 198a24-25, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 79, 11) : « ueniunt autem tres in unam multotiens ». 53-54 Philosophus ... in V Methaphisice : Ar., *Met.*, V, 1019a6-7, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 99, 7) : « Nam alia potestate priora erunt, alia perfectione ». — Aliter a Guillelmo de Moerbeke transl. (Mss Brugge Stadsb. 478, f. 22ra ; 480, f. 33va) : « Nam alia secundum potestatem priora sunt, alia secundum actum ».

tate priora, alia perfectione. Et quia forma est *magis natura quam materia,* ut probatur in II Phisicorum, conueniencius dicitur esse prius natura actus, qui est *prior substancia* et specie, ut dicitur in IX Methaphisice, quam potencia, que in uno et eodem est prior generatione et tempore. Vnde et Philosophus dicit in II Peryermenias quod in hiis que contingit esse actu et potestate, ea que sunt actu, sunt *natura priora, tempore posteriora.*

***

Circa secundum uero, id est circa rationem consilii et precepti, considerandum est quod preceptum importat rationem debiti. Debitum autem est aliquid dupliciter. Vno modo, secundum se; et hoc modo finis est debitus in unoquoque negotio : medicus enim propter se debet querere sanitatem. Alio modo est aliquid debitum propter aliud, scilicet id sine quo non potest peruenire ad finem, sicut medicus debet indicere dietam infirmo sine qua non potest sanari. Illud uero quod ordinatur in finem ut melius aut facilius aliquis finem consequatur, si sine hoc possit aliqualiter haberi finis, non habet rationem debiti.

Finis autem spiritualis uite, que lege diuina ordinatur, est duplex : unus quidem principalis, scilicet adherere Deo per caritatem, unde dicitur I ad Thimotheum I : *Finis precepti caritas est*; alius autem est finis secundarius quasi dispositiuus, scilicet puritas et rectitudo cordis, que consistit in interioribus actibus aliarum uirtutum, unde Apostolus dicit ad Romanos VI : *Habetis fructum uestrum in sanctificatione.* Sicut et in generatione naturali finis est et ipsa forma substancialis et ultima dispositio ad formam.

Vnde manifestum est quod principalia precepta diuina sunt quidem de dilectione Dei et proximi, ut patet Mathei XXII, secundaria uero de interiori sanctificatione, secundum illud I ad Thessalonicenses IV : *Hec est uoluntas Dei, sanctificatio uestra.* Omnia uero alia que sunt spiritualis uite ordinantur ad predicta sicut in finem, set dupliciter : quedam enim sunt talia sine quibus predicti fines esse non possunt, et hec cadunt sub precepto, sicut : *Non habebis deos alienos, Non furtum facies,* etc.; quedam autem sunt sine quibus ad predictos fines peruenire potest, unde non cadunt sub precepto, set, quia per huiusmodi facilius et melius peruenitur ad fines predictos, dantur de eis consilia, sicut de paupertate, uirginitate et aliis huiusmodi. Et est simile sicut si aliquis deberet ex precepto esse Rome certo die : teneretur etiam ex debito precepti Romam ire, non autem teneretur ex precepto ire eques, quia sine hoc posset Romam peruenire, tamen caderet hoc sub consilio, in quantum equitando facilius et melius peruenire ad finem.

***

Hiis igitur uisis, patet de facili id quod querebatur.

Si enim comparemus consilia ad precepta finalia, que sunt de dilectione Dei et proximi et de interiori cordis puritate, manifestum est quod precepta sunt priora consiliis naturaliter ordine perfectionis, sicut actus naturaliter prior potencia et finis hiis que sunt ad finem; set consilia erant priora naturaliter ordine generationis <et> temporis, in quantum scilicet per consilia ad puritatem perfectam cordis et perfectam dilectionem Dei et proximi peruenimus.

Si autem comparemus consilia ad alia precepta que ordinantur ex necessitate in predictos fines,

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(NᵃCᵇF¹M⁷M¹)* 57 conueniencius] conueniens Φ^{2b}(-encius *rest. sec.m.* P^1) 59 et] *om.* Φ^{2b} (*suppl. sec.m.* P^1) 62 contingit P^1 : contingunt M^1 : conuenit *cett (obsc.* N^a*)* 64 id est] scilicet *edd* 70 aliquid] aliquod Φ^1, V^4, BaP^1 73 indicere] inducere Ba^1 : indicare Ψ infirmo] *obsc.* Φ^{2b} (int'mo *Ba* : int'io Ba^1 : *pr.m. erasa* P^1) 75 aliquis] ad Φ (*om.* Ed^{30ss}; *cf. Préf., p.* 149*a) 76 haberi] fieri Ψ(-M^1) 78 uite] *om.* Φ que] qui *non nulli dett, edd*(-Ed^2); *cf. adn. sup.* 81 caritas est] *inu.* N^aF *(cf. app. fontium)* 86 et] est Φ *(om. As)* : etiam M^1 : *om.* F^1 89 principalia] precipua N^a : principia $C^bF^1M^7$ 89-90 precepta diuina] *inu.* Ψ 91 secundaria *scr. cum* N^a (*cf. u.* 82) : secunda *cett* 99 facies] facias Φ 103 sicut] + patet Φ 104 sicut] *om.* Φ 108 tamen] cum Φ (tamen *rest. sec.m.* P^1) 111 de facili patet *tr.* Ψ 115 interiori] maiori *AsO* 117 actus] *om.* Ed^{8ss} prior] + est *As*, Ed^{10ss} 118 erant] erunt *sec.m.* P^1, $N^aC^bM^1$ 119 et *suppl. cum* N^aM^1 : *om. cett*

56 in II Phisicorum : Ar., *Phys.*, II, 193b6-7, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 48, 7-8) : « Et magis natura hec (forma) quam materia ». 58-59 in IX Methaphisice : Ar., *Met.*, IX, 1049b4-1050a3, praecipue 1049b10-12, ab Anonymo transl. (A.L., XXV 2, p. 177, 1-2) : « Et omni tali prior est actus ratione et substantia; tempore uero est quidem ut est, est autem ut non ». 61 in II Peryermenias : Ar., *De interpretatione*, 23a24-26, a Boethio transl. (A.L., II 1-2, p. 33, 19-20) : « ... alia uero cum possibilitate, quae natura priora sunt, tempore uero posteriora ». 81 I ad Thimotheum I : 5 « Finis autem praecepti est caritas » (*uar.* : caritas est; ed. Wordsworth-White, t. II, p. 584). 85 ad Romanos VI : 22 « habetis fructum uestrum in sanctificationem (*uar.* -ne; ed. Wordsworth-White, t. II, p. 93). 91 Mathei XXII : 37-40. 92-93 I ad Thessalonicenses IV : 3. 94-110 Omnia — finem : Cf. supra, *Quodl. IV*, q.12, a.2 [24], ad 3. 98-99 Non — facies : *Exodi* XX 3 et 15.

sic erit duplex consideratio : nam in consiliis necesse est ut includantur precepta, qui enim omnia dimittit, non rapit aliena, et qui uirginitatem seruat, non mechatur ; sicut etiam qui equitat uadit, set non conuertitur.

Erit ergo una comparatio consiliorum ad precepta absolute considerata ; et sic hoc modo precepta erunt ordine nature priora consiliis, sicut genus est naturaliter prius specie ; consilia autem e conuerso posteriora naturaliter preceptis, sicut species sunt posteriora secundum naturam quam genera, ut patet per Philosophum in I Phisicorum : comparatur enim genus ad speciem sicut potencia ad actum, precepta autem absolute sumpta se habent per modum generis ad obseruanciam preceptorum cum consiliis et sine consiliis, sicut non mechari ad non mechari cum uirginitate et ad non mechari cum matrimonio, et ire commune est ad ire equitem et ad ire peditem.

Alia uero comparatio est consiliorum ad precepta sine consiliis obseruata, sicut si comparemus euntem in equo ad eum qui uadit pedibus : similis enim est comparatio uirginis seu continentis ad matrimonio utentem, et pauperis propter Christum ad eum qui in seculo suis contentus est ; et sic simpliciter ordine nature consilia sunt priora preceptis tanquam perfecta inperfectis. Nec oportet quod precepta sic accepta precedant naturaliter ordine generationis et temporis consilia : non enim oportet quod ille qui uult continenciam uel uirginitatem seruare, prius matrimonio iungatur, neque etiam oportet quod ille qui uult esse pauper propter Christum, prius secularem uitam agat in qua suis diuiciis sit contentus, sicut etiam non oportet quod ille qui uult ire eques Romam prius uadat pedes et postea eques, set melius est si a principio eques uadat.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Q. 10, a. 2 [20]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint grauiora peccatis que sunt contra precepta prime tabule.

<1> Peccatum enim contra precepta secunde tabule est, contempto bono incommutabili, commutabili bono adherere, sicut patet in furto et adulterio et aliis huiusmodi ; set contemptus incommutabilis boni est peccatum contra precepta prime tabule, quibus ordinamur ad exhibendam reuerenciam Deo ; ergo peccata que sunt contra precepta secunde tabule includunt peccata que sunt contra precepta prime tabule, et aliquid addunt ; ergo sunt grauiora.

<2> Preterea. Symonia est maximum peccatum ; set symonia, cum sit species auaricie, est contra precepta secunde tabule ; ergo peccata que sunt contra precepta secunde tabule sunt grauiora.

Set contra est quod peccata contra precepta prime tabule sunt infidelitas, desperatio et alia huiusmodi, que sunt grauisssima peccata ; ergo peccata que sunt contra precepta prime tabule sunt grauiora.

Responsio. Dicendum quod formalis ratio peccati mortalis consistit in auersione a Deo : si enim esset inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione a Deo, non esset peccatum mortale. Precepta autem prime tabule secundum se ordinant directe hominem in Deum, unde dicuntur ad dilectionem Dei pertinere ; et ideo peccata que sunt contra precepta prime tabule directe et per se important auersionem a Deo. Peccata autem que sunt contra precepta secunde tabule, per se quidem deordinant nos principaliter circa bona commutabilia, circa que ordinamur per precepta secunde tabule, ex consequenti autem deordinant nos a Deo. In unoquoque autem genere potissimum est id quod est per se, unde peccata que sunt contra precepta prime tabule, secundum suum genus sunt grauissima in genere peccatorum.

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *($N^aC^bM^7M^1$)* 125 erit] erat $C^bF^1M^7$ 134-135 posteriora ... posteriora *scr. cum sec.m. mg.* V^1 : priora ... priora *codd, edd* (priora ... priores *multi dett*) 148 matrimonio utentem *scr.* : matrimonio contentum N^aV^1 : matrimonii contentum $C^bF^1M^7M^1$: matrimonium Φ 149 contentus] contemptus Φ^{2b} (contentus *rest. sec.m.* P^1) 6 enim] *lac. 3 litt. O : om. P* 7 est] *ante* 6 contra Φ^{2b} 16-17 maximum peccatum] *inu.* Ψ 17 auaricie] + que *As*, V^4, Φ^{2b}, $C^bF^1M^7$ 34 per] secundum Φ

131 hoc modo : Scilicet secundum rationem cause materialis, cf. supra, u. 48-50. 136-137 Philosophum in I Phisicorum : Ar., *Phys.*, I, 184a16-b14, a Iacobo Veneto transl. (A.L., VII 1, p. 7,8 - 8,9), secundum expositionem Thomae, I^a, q.85, a.3, et *In Phys.*, I 1, n. 6-11.

A.20 Parall. : *In III Sent.*, d.37, a.2, qla 3 ; *Quodl. I*, q.9, a.2 [18], arg.1 ; I^a II^{ae}, q.100, a.6. 16-17 Symonia est maximum peccatum : Cf. Thomas, *In IV Sent.*, d.25, q.3, a.1, qla 2, arg.2 : « Nullum peccatum est grauius infidelitate ; set symonia est grauior ... », cum resp. ad 2. 27 in auersione a Deo : Cf. supra, *Quodl. VI*, q.9, a.2 [16], cum parall.

Ad primum ergo dicendum quod contemptus Dei per se intentus est in peccatis que sunt contra precepta prime tabule. Sic autem non ex necessitate includitur in peccatis que sunt contra precepta secunde tabule : non enim ille qui fornicatur, intendit hoc agere in contemptum Dei, set intendit principaliter delectari, ad quod consequitur quod Deum contempnat, preter principalem intentionem mandata eius transgrediens.

Ad secundum dicendum quod symonia non est maximum peccatum simpliciter, set maximum inter illa que committuntur circa contractus pecuniarios, et hoc etiam est ex hoc quod inreuerenter se habet homo ad res sacras, in quo attingit peccata que sunt contra precepta prime tabule.

<Questio 11>

Deinde quesitum est de hiis que pertinent specialiter ad quosdam hominum status ; et primo de hiis que pertinent ad prelatos ; secundo de hiis que pertinent ad doctores ; tercio de hiis que pertinent ad religiosos ; quarto de pertinentibus ad clericos.

Circa primum quesita sunt tria : primo, utrum beatus Matheus uocatus sit statim de theloneo ad statum apostolatus et perfectionis ; secundo, utrum ille qui eligitur canonice in episcopum melius faciat consentiendo electioni de se facte uel eam recusando ; tercio, utrum prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo, sperans per hoc suum genus exaltari et ditari, committat symoniam.

<a. 1 [21]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod beatus Matheus non fuerit uocatus statim de theloneo ad statum apostolatus et perfectionis.

<1> Dicit enim Gregorius super Ezechielem : *Nemo repente fit summus* ; set status apostolatus et perfectionis euangelice est summus status humane uite ; ergo Matheus non fuit statim uocatus ad statum perfectionis et apostolatus.

Set contra est quod Ieronimus dicit super Matheum, quod *de publicano repente* fit apostolus ; et Beda dicit super Lucam quod *de publicano in apostolum, de theloneario in euangelistam* est *mutatus* ; et quedam glosa dicit Luce V quod nullam *prorsus cogitationem uel respectum huius uite sibi reseruauit,* quod est perfectionis euangelice ; ergo statim uocatus est ad statum apostolatus et perfectionis.

Responsio. Dicendum quod questio ista ex uerbis euangelii determinari potest.

Si enim loquamur de apostolatu, manifestum est secundum narrationem Mathei, Marci et Luce, quod Dominus post uocationem Mathei aliquanto spacio temporis interiecto ex suis discipulis duodecim apostolos elegit, inter quos unus fuit Matheus. Et sic patet quod statim a principio fuit uocatus ad discipulatum Christi, non autem ad apostolatum. Nisi secundum preordinationem Christi, qui eum in apostolum sumendum disponebat : et secundum hoc intelligenda sunt uerba Ieronimi et Bede.

Si autem loquamur de perfectione euangelica, sic manifestum est quod statim a principio uocatus est ad statum perfectionis : dicitur enim Luce V quod *surgens, relictis omnibus, secutus est eum,* quod etiam ad discipulatum Christi pertinebat, secundum illud quod dicitur Luce XIV : Nisi quis renunciauerit *omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.*

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV*^{4}*)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*)* ; Ψ *(N*^{a}*C*^{b}*M*^{7}*M*^{1}*)* 49 contemptum] conceptionem *AsO* 9 de] a *Ed*^{2,4ss} 16 committat] committit Φ(- *P, E, P*^{1}), *F*^{1} 19 fuerit] fuit E, Φ^{2b} 31 uite] ante Ψ(= *C*^{b}*F*^{1}*M*^{7} : seculi *N*^{a} : uite *rest. M*^{1}) 54 omnibus] + hiis Φ

A.21 Parall. : *Quodl. III*, q.5, a.3 [13], s.c. ; *Contra doctr. retr.*, c. 5, 6-17 ; c. 9, 20-22 ; *Quodl. IV*, q.12, a.1 [23], ad 1 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.189, a.1, s.c. — Vocatio Matthaei magnum obtinuerat momentum in quaestione de peccatorum uel puerorum ingressu ad religione, cf. supra app. fontium ad *Quodl. IV*, a.23, u. 425. 21 Gregorius super Ezechielem : Cf. supra, *Quodl. IV*, a.23, arg.2, cum app. fontium ad u. 15 et 16-17. 26-27 Ieronimus super Matheum : Lib. I, in *Matthaei* IX 9 (CCSL 77, p. 55, 1274) : « cum ipse de publicano in apostolum sit repente mutatus » ; cf. Hieronymus, *Tract. in Marci eu.*, c. X (CCSL 78, p. 498, 74) : « ... de publicano factus sit apostolus ». 28 Beda super Lucam : lib. II (CCSL 120, p. 122, 890-891) : « cum ipse de publicano in apostolum, de teloneario in euangelistam sit repente mutatus ». 30 quedam glosa : *Glosa ord.* (t. IV, p. 159a) : « in nullo prorsus huius uite respectum uel cogitationem sibi reseruauit », liberius deprompta ex Beda, *In Lucae eu.*, lib. II (CCSL 120, p. 122, 901-902). 38 Mathei : IX 9-10 et X 1-5. Marci : II 14-15 et III, 13-19. 39 Luce : V 27-29 et VI 12-16. 50-51 Luce V : 28 « et relictis omnibus surgens secutus est eum » (ed. Wordsworth-White, I, p. 338). 53 Luce XIV : 33 « Sic ergo omnis ex uobis qui non renuntiat (renuntiauerit *uar.*) omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus ».

Ad primum ergo dicendum quod summum in uita humana potest accipi dupliciter.

Vno modo secundum comparationem status ad statum, secundum quod in humana uita unus status est maior alio et aliquis est summus; et sic nichil prohibet aliquem fieri repente summum, id est attingere ad statum summum. Et hoc apparet tam in spirituali uita quam in seculari. Inueniuntur enim aliqui statim a puericia ad statum religionis, qui est perfectissimus, conuolasse, uel proprio arbitrio, sicut beatus Iohannes Baptista et beatus Benedictus, uel etiam deuotione parentum, sicut illi qui monasteriis traduntur a parentibus : sic enim non oportet ut aliquis in seculari uita exerceatur ante quam ad religionem transeat, sicut non oportet quod aliquis exerceatur in laicali uita ante quam clericus fiat. Similiter etiam aliqui repente assumuntur ad regnum, uel ab ipsa puericia, sicut Salomon et Ioas, reges Iuda, uel etiam ex ultimo statu, sicut Saul; et Ecclesiastes VI dicitur : *Quod de carcere catenisque interdum quis ad regnum egreditur.*

Alio modo potest accipi summum secundum comparationem graduum quibus proficit perfectio unius hominis; et sic intelligit Gregorius quod *nemo repente fit summus.* Dicit enim Augustinus super canonica Iohannis quod caritas non *mox ut nascitur... perfecta est* : nam *ut perficiatur, nascitur; cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata, perficitur.* Contingit tamen quandoque quod unus homo repente incipit ab altiori gradu sanctitatis quam sit summum ad quod pertingit profectus alterius hominis, ut patet de beato Benedicto de quo Gregorius dicit in II Dialogorum quod *presentes et secuturi omnes* agnoscant, *Benedictus puer conuersationis graciam a* tanta *perfectione cepisset.*

<Q. 11, a. 2 [22]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod melius faciat qui consentit electioni canonice de se facte quam qui eam recusat.

<1> Dicit enim Gregorius, XXII Moralium : *Potestas cum percipitur non ex libidine, amanda est*; set quando aliquis per canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscitur, non percipit eam ex libidine; ergo debet eam amare; non ergo debet eam recusare.

Set contra est quod Gregorius dicit, XVIII Moralium, quod prelatio *per meliorem intentionem* fugienda est.

Responsio. Dicendum quod in eo qui electioni canonice de se facte consentit, considerari precipue debet quid intendit. Si enim intendit aliquid temporale, puta honorem, diuicias, excutere se a iugo religionis, aut aliquid huiusmodi, manifestum est quod est praua intentio; unde melius faceret si non assentiret. Si autem intendit profectum ecclesie, sic planum est quod est bona intentio; unde Augustinus dicit XIX De ciuitate Dei : *In actione non amandus est honor in hac uita siue poten-*

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(N^aC^bM⁷M¹)* 61 fieri repente] *inu.* Ψ 62 summum] suum Φ^1 74 Ioas] Iosias Φ^{2ab} (*cf. Préf., p.* 149*b) 76 VI *codd, edd* (IV *ex correctione Ed*^{31ss}) 79 quibus] qui Φ (que *sup. ras.*, quos *mg. sec.m. P* : quibus *rest. sec.m. P*¹) 79 proficit] perficit Φ (sunt *Ed*^{2,4ss}) 79-80 perfectio] h' perfectio Φ^1, Φ^{2a} : h' profectus Φ^{2b} 82 canonica] ca. N^a : canonicam M^1, *Ed*^{3}, *Ed*^{19ss} 88 profectus] perfectio Φ 90 secuturi] securi Φ^{2b} (secuturi *rest. sec.m. P*¹) 91 Benedictus puer] Benedictum puerum *Ed*^{31ss} (*cf.* 92, *uar.* cepisse) 91-92 a — cepisset] *om. As* a tanta Ψ (attenta M^1M^3 : a quanta *F*) : a (tanta *om.*) Φ (ad *O* : *deest As*) 92 cepisset] cepisse *Ed*^{2,4ss} : *ab hoc uerbo dest* N^a

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(C^bF¹M⁷M¹)* 5 XXII *codd* (XX *V*⁴ : 21 M^1M^3) : XII *Ed*^{2,4ss} (*praeter* : 24 *Ed*^{30} : XXIV *Ed*^{33}); *cf. app. fontium* 6 percipitur] perficitur Ψ(-M^1 : proficitur C^b) ex libidine, *De interpunctione, cf. ipse Thomas, infra, u.* 55-59. 11 XVIII] XXVIII Φ 16 intendit¹] intendat Ψ intendit²] intendat Ψ (tendat M^1M^3) 17-18 se a iugo] *om. As* : iugum Ψ 20 intendit] intendat Ψ

74 Salomon : Cf. supra, *Quodl. IV*, a.23, s.c.2, u. 188-193. Ioas : *IV Regum*, XI 21 (*Biblia sacra*..., t. VI, p. 266) : « septemque annorum erat Ioas cum regnare coepisset » (ad app. crit., cf. *ibid.*, XXII 1, p. 319 : « octo annorum erat Iosias cum regnare coepisset »). 75 sicut Saul : *I Regum (Samuel)*, IX 21. 75-76 Ecclesiastes VI : Immo IV 14 (*Biblia sacra*, t. XI, p. 150; quod et... egrediatur ad regnum). 80 Gregorius : Cf. supra, u. 21. 81-82 Augustinus super canonica Iohannis : Tr. V, 4 (P.L., 35, 2014) : « Sed numquid mox ut nascitur, iam prorsus perfecta est? Vt perficiatur... » (cetera ad uerbum hab. Thomas). 89-90 Gregorius... in II Dialogorum : Ps.-Gregorius, *Dial.*, II 1 2 (ed. A. de Vogüe, *Grégoire le Grand, Dialogues*, t. II, SC 260, p. 130) : « ... quatenus et praesentes et secuturi omnes agnoscerent, Benedictus puer conuersationis gratiam a quanta perfectione coepisset ».

A.22 Parall. : *In III Sent.*, d.39, q.un., a.3, qla 1, ad 3; *In IV Sent.*, d.29, q.un., a.4, ad 4; *In ep. I ad Tim.*, III, lect. 1, in uersic. 1; *II^a II^ae*, q.185, a.2. 5-6 Gregorius, XXII Moralium : Immo XXIV XXV 55 (CCSL 143 B, p. 1229, u. 101-102) : « Potestas ergo cum percipitur, non ex libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda ». 11 Gregorius... XVIII Moralium : XLIII 70 (CCSL 143 A, p. 936, 92-97) : « quia exteriores curae si peruerso amore non appetuntur, non confuso sed ordinato animo ministrari queunt. Sancti etenim uiri nequaquam eas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt; et quamuis illas *per meliorem intentionem* fugiant, tamen per subditam mentem portant ». 22 Augustinus... XIX De ciuitate Dei : XIX (CCSL 48, p. 686, 17-23) : « In actione uero non amandus est honor in hac uita siue potentia, quoniam omnia uana sub sole, sed opus ipsum, quod per eundem honorem uel potentiam fit, si recte

cia... set opus ipsum..., si recte atque utiliter fit, id est ut ualeat ad salutem subditorum; et inducit illud Apostoli quod habetur I ad Timotheum III : *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*

Set tamen sciendum est quod ad hoc opus maxima requiritur ydoneitas, quia, ut Gregorius dicit in Pastorali : *Tantum actionem populi debet actio transcendere presulis, quantum distare solet a grege uita pastoris*; ad quod humana fragilitas secundum proprias uires sufficiens non est, secundum illud Apostoli, II ad Corinthios II : *Et ad hec quis tam ydoneus?*; set tamen ex auxilio gracie diuine homines ydonei et sufficientes reddun-tur, sicut ipse postmodum subdit : *Ydoneos nos fecit ministros noui Testamenti.* Potest ergo aliquis laudabiliter, considerans proprium defectum, ex humilitate officium prelationis recusare, sicut Ieremias dixit : *Nescio loqui, quia puer ego sum*; potest etiam laudabiliter consentire ex caritate fraterna, ut salutem proximorum procuret, sicut Ysaias qui dixit : *Ecce ego, mitte me.* Set, sicut Gregorius dicit in Pastorali : *In* utroque *est subtiliter intuendum, quia et is qui recusauit plene non restitit; et is qui mitti uoluit, ante se per altaris calculum purgatum uidit; ne aut non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat, aut quem superna gracia elegit, sub humilitatis specie* superne dispositioni *contradicat. Quia* ergo *ualde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere,* prelationis *officium tutius declinatur,* non *tamen pertinaciter, cum ad suscipiendum hoc superna uoluntas agnoscitur.*

Ad primum ergo dicendum quod illud uerbum Gregorii non debet sic intelligi : *Potestas, cum non ex libidine percipitur, amanda est,* set ita : *Potestas, cum percipitur, non est amanda ex libidine*; subdit enim : *set ex longanimitate toleranda.*

Ad secundum dicendum quod melior est intentio prelationem fugientium secundum proprium desiderium, dummodo non assit necessitas ex parte imponentis hoc honus. Vnde Augustinus dicit XIX De ciuitate Dei : *Superior locus, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur... ut decet, tamen indecenter appetitur*; *otium* enim *sanctum querit caritas ueritatis, negocium iustum suscipit necessitas caritatis.*

<a. 3 [23]>

Ad tercium sic proceditur. Videtur quod prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo uel amico, ut alii eius consanguinei exaltentur, symoniam committat.

<1> Est enim symonia *studiosa uoluntas emendi uel uendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum*; set in casu predicto uidetur esse emptio uel uenditio rei spiritualis, quia in hiis potest esse emptio et uenditio in quibus est liberalitas, hic autem hoc speratur ut liberaliter recompenset; ergo est ibi symonia.

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(C^bF¹M⁷M¹)* 32 uita pastoris] *inu.* Φ^{2b}, *Ed*$^{2,4\text{-}19}$ 34 II ad Corinthios *scr. cum* M^7M^1, *Ed*^{20ss} : III ad Corinthios *cett* 35-36 gracie diuine] *inu.* Ψ 48 uidit] uiderit Φ(- *E* : uideret V^4) 50 superne dispositioni] superne disponitur *O* : superne disponi C^b : supreme (dispositioni *om.*) *pr.m.* V^1 : superbe *mg. sec.m.* V^1; *cf. app. fontium* 52 cognoscere] agnoscere Φ 56-57 non ex libidine *scr. cum* M^7 : ex libidine non *codd*(- M^7), *Ed*¹, *Ed*³, *Ed*$^{2,4\text{-}7}$, *Ed*^{30} : ex libidine (non *om.*) *Ed*^{8ss}(- *Ed*^{30}) 65 regi populus] *inu. P, E,* M^1, *Ed*^{2,4ss} 67 negocium] negociatum autem *sec.m.* P^1 : negocium *rest. Ed*¹, *Ed*³, *Ed*^{10ss})

3-4 suo consanguineo] *inu.* Ψ 8 uel] et Φ 9-10 rei — uenditio] *hom.om. Ed*^{4ss}

atque utiliter fit, id est, ut ualeat ad eam salutem subditorum, quae secundum Deum est; unde iam superius disputauimus. Propter quod ait apostolus : *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*». 26 I ad Timotheum III : 1. 29-30 Gregorius... in Pastorali : II 1 (ed. F. Rommel, *Grégoire le Grand, Règle pastorale*, t. I, SC 381, p. 174) : «Tantum debet actionem populi actio transcendere praesulis, quantum distare solet a grege uita pastoris». 34 II ad Corinthios II : 16. 37 postmodum : *Ep. II ad Cor.*, III 6. 41 Ieremias : I 6. 44 Ysaias : VI 8. 45 Gregorius... in Pastorali : I 7 (ed. laud., p. 152, 24-33 : 45 utroque : utrisque *Greg.*; 50 superne dispositioni : superbe *Greg.*; 51 ergo : igitur; 52 prelationis : praedicationis; 53 non tamen pertinaciter : nec tamen declinari, ut diximus, pertinaciter debet). 50 superne dispositioni : Cf. Gregorius, *Moralia*, XXIV XXV 55 (CCSL 143 B, p. 1229, 96-99, paulo ante uerba a Thoma laud., supra u. 5-6 et infra, u. 57-59) : «Percepta autem (potestas) nec pro formidine debet deseri... ne aut peius quis quasi ex humilitate superbiat, si *diuinae dispensationis* ordinem fugiendo contemnat». 56 Gregorii : Cf. supra, u. 5, cum adn. 63-64 Augustinus... XIX De ciuitate Dei : XIX (CCSL 48, p. 687, 31-35 : 64 Superior locus : locus uero superior; 65 teneatur + atque administretur; 66 otium enim : Quam ob rem otium), a Thoma saepius laud., cf. supra, *Quodl. II*, a.11, u. 28, cum adn.

A.23 Parall. : *In IV Sent.*, d.25, q.3, a.1 et 3; *II^a II^{ae}*, q.100, a.1. 6-7 Est — annexum : Iam saec. XII^{ex} et XIII^{in} haec definitio communis erat apud canonistas (cf. St. Kuttner, *Kanonistische Schuldlehre von Gratian bis auf die Dekretalen Gregors IX*, Studi e testi 64, Città del Vaticano 1935, p. 54, adn. 2) et theologos, uelut Guillemum Altissiodorensem, *Summa aurea*, lib. III, tr. 49, c. 1 (ed. Ribaillier, III 2, p. 938) : «Symonia est studiosa uoluntas emendi uel uendendi spirituale uel adiunctum spirituali». 9-10 in hiis — liberalitas : Cf. ipse Thomas, *In IV Sent.*, d.25, q.3, a.3, resp. (ed. Piana, VII 2, f. 149va) : «Emptio autem uel uenditio consistit non solum in datione et acceptione pecunie, set omnium eorum quorum potest pretium numismate mensurari : in hiis enim est liberalitas, secundum Philosophum [cf. infra, adn. ad u. 30-31]. Constat autem quod in eisdem est liberalis datio, et uenditio que est ei contraria».

Set contra est quod super illud Ysaie XXXIII : Beatus *qui excutit manus suas ab omni munere,* dicit Gregorius quod triplex est munus, *a manu, a lingua, ab obsequio,* quorum nullum est in proposito casu ; ergo non est ibi symonia.

Responsio. Dicendum quod, cum symonia circa emptionem et uenditionem consistat, hic distinguendum uidetur, quia, si prelatus intendit obligare eum cui dat beneficium ecclesiasticum ad aliquam recompensationem temporalem faciendam sibi uel suis consanguineis, intentio symoniaca est : intendit enim quandam tacitam uenditionem. Si uero non intendat ad hoc eum obligare, set intendat quod ille sibi uel suis propria sponte temporaliter recompenset, est quidem praua intentio et carnalis, set non symoniaca.

Ad primum ergo dicendum quod secundum Philosophum in IV Ethicorum, liberalitas non est circa quemlibet usum pecunie, set circa dationes et sumptus ; symonia autem est circa emptionem et uenditionem.

<Questio 12>

Deinde circa doctores quesita sunt duo : primo, si doctor semper predicauit aut docuit principaliter propter inanem gloriam, utrum habeat aureolam, si in morte peniteat ; secundo, utrum, si ex doctrina alicuius doctoris aliqui reuocentur a meliori bono, utrum ille doctor teneatur illam doctrinam reuocare ?

<a. 1 [24]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ille qui semper propter inanem gloriam docuit, per penitenciam aureolam recuperet.

<1> Aureola enim doctrine debetur fructui, scilicet conuersioni fidelium, secundum illud Philippensium IV : *Gaudium meum et corona mea* ; set potuit contingere quod ex predicatione eius qui propter inanem gloriam principaliter predicauit, secutus est fructus conuersionis fidelium ; ergo, si peniteat, debetur ei aureola.

<2> Preterea. Sicut uirginitati debetur aureola, ita et doctrine ; set, si illa que, cum uirgo sit carne, mente tamen est corrupta, penitenciam agat, recuperat aureolam ; ergo pari ratione et doctor qui propter inanem gloriam predicauit.

Set contra est quod opera mortua per penitenciam non reuiuiscunt ; set opera istius doctoris propter inanem gloriam predicantis fuerunt mortua, id est cum peccato facta ; ergo non reuiuiscunt per penitenciam ad premium consequendum.

Responsio. Dicendum quod, cum aureola importet quandam singularem excellenciam premii, necesse est quod presupponat auream, sicut

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)* ; Ψ *(C^bF¹M⁷M¹)* 13 quod] + dicitur Ψ super illud Ysaie XXXIII *scr. cum An* : Ysaie XXXIII super illud *cett* 15 Gregorius *scr.* : glosa *codd, edd* (glo *pro* gg ; *cf. app. fontium*) 20 prelatus intendit] *inu.* Ψ 22-23 temporalem faciendam] *inu.* Ψ 24 enim] et enim *O*, Φ^{2b} 26 intendat] intendit *O, E, Ba*, Ψ 27 temporaliter] *om.* Ψ 31 Ethicorum] + quod Ψ 32 set] + est Φ^{2ab}
23 agat] agit Φ 27 fuerunt] fuerint *Ba* : fuerant *Ed*^{5ss} 33 auream] aureolam Φ(-*O* ; auream *rest. sec.m. EV⁴P¹*) : *om. C^b*

13 Ysaie XXXIII : 15. 15 Gregorius : *In euang.*, lib. I, hom. 4, n. 4 (P.L., 76, 1091-1092) : « Vnde bene cum iustum uirum describeret Propheta, ait : *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Neque enim dicit : Qui excutit manus suas a munere, sed adiunxit : *ab omni*, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa, munus a manu pecunia est, munus a lingua fauor », laud. in *Decreto*, II Pars, Causa I, q.1, c. 114 *Sunt nonnulli* (Friedberg, I 402-403), sed non in *Glosa ord.* (ed. 1480-81, repr. 1992, t. III, p. 53). Cf. Alexander de Hales, *Glossa in Sent.*, IV, d.25, (p. 438, 8-11) : « Et notatur triplex munus : a manu, a lingua, ab obsequio. Vnde Gregorius in quadam homilia : Munus a manu est pecunia ; munus a lingua, fauor ; munus ab obsequio, seruitus impensa indebite » ; *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. III, p. 793) : « queritur quibus modis simonia contrahatur ? Et potest dici quod tripliciter, secundum Gregorium super illud Isai. 33, 15 : Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Est enim munus a manu pecunia, et munus a lingua fauor, et munus ab officio seruitus indebite impensa ». — Triplex munus paulo aliter (a corde, ab ore, ex manu) distinguit Gregorius, *Moralia*, IX XXXIV 53 (CCSL 143, p. 494, 45-52), ad quem locum adludere uidetur Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea* (ed. Ribaillier, III 2, p. 941, c. 2, q.1, u. 3-5) ; hunc etiam locum ad Isaie XXXIII 15 addunt quaedam editiones *Glosae ord.* (uelut ed. Venetiis 1603, t. IV, col. 301). 16-17 quorum — casu : Cf. *In IV Sent.*, d.25, q.3, a.3, arg.8 : « set ibi non est aliquod munus ». 30-31 secundum Philosophum in IV Ethicorum : Ar., *Eth. Nic.*, IV, 1119b23-27, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 202, 4-10) : « Laudatur enim liberalis ... circa dationem pecuniarum et sumptionem ; magis autem in datione. Pecunias autem dicimus omnia quorumcumque dignitas nummismate mensuratur ».

A.24 Parall. : *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.3, ad 3 ; d.49, q.5, a.1 ; a.3, qla 3 ; a.5, qla 1 (= *Suppl.*, q.96, a.1, 7 et 11). — Doctrinam « aureolae » primus adumbrauisse uidetur ex interpretatione allegorica *Exodi* XXV 25 Beda, *De tabernaculo*, lib. I, u. 747-770 (CCSL 119 A, p. 24) ; iam perfecta est apud Bonauenturam, *In IV Sent.*, d.33, a.2, q.3 (t. IV, p. 755-758). 14-15 Philippensium IV : 1. 25-26 opera — reuiuiscunt : Cf. *In IV Sent.*, d.14, q.2, a.3, qla 1 ; d.15, q.1, a.3, qlae 3, 4 et 5 ; *III^a*, q.89, a.6.

comparatiuum presupponit positiuum; et hoc significatur Exodi XXV, ubi dicitur : *Facies... super* coronam auream *alteram... aureolam*; et ideo qui non meretur auream, id est premium essenciale, non meretur aureolam. Qui autem propter inanem gloriam operantur, non merentur premium essenciale, quia *receperunt mercedem suam*, ut dicitur Mathei VI; unde nec merentur aureolam. Penitencia autem restituit homini merita prius habita, non autem confert ei ea que non habuit, nisi in quantum ipse motus penitencie est meritorius. Vnde talis non meretur aureolam.

Ad primum ergo dicendum quod conuersioni fidelium debetur aureola, presupposito merito essencialis premii in eo qui predicauit; alioquin locum habet quod dicitur Mathei XVI; *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, anime uero sue detrimentum paciatur?*

Ad secundum dicendum quod aureola uirginitatis debetur integritati carnis, que manet post penitenciam, et ideo debetur uirgini penitenti aureola; set aureola doctrine debetur actui doctoris, qui transit, et ideo post penitenciam non debetur aureola doctori, nisi actus reiteretur.

<a. 2 [25]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod, si per doctrinam alicuius aliqui retrahantur a meliori bono, quod ille teneatur suam doctrinam reuocare.

<1> Talis enim doctor in sua doctrina facit scandalum actiuum, quia doctor informat intellectum, intellectus autem informat affectum et per consequens actum; set scandalum actiuum tenetur quilibet remouere; ergo talis doctor tenetur suam doctrinam reuocare.

<2> Preterea. Spiritualia sunt temporalibus potiora; set in temporalibus, ut Augustinus dicit, *non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum*; ergo multo magis doctori qui facit dampnum in spiritualibus, *non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum*, quod fit per reuocationem doctrine.

Set contra est quod Gregorius dicit : Veritas non est dimittenda propter scandalum.

Responsio. Dicendum quod hic distinguendum uidetur.

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV*^{4}*)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*)*; Ψ *(C*^{b}*F*^{1}*M*^{7}*M*^{1}*)* 34 comparatiuum] temperatiuum *O*, Φ^{2ab}(- P^1 : *obsc. Ba*^{1}) : comparatiuus *Ed*^{1}, *Ed*^{3}, *Ed*^{4ss} 34-35 significatur (signatur *perscr. Ba*^{1}*P*^{1})] figuratur *Ed*^{2,4ss} 35 Facies] facias Φ (faciat *O*) 41 unde] *om.* Ψ 42 merita] propter multa *? As* : pre merita *O* : premia Φ^{2ab} (*cf. Préf., p.* 149*b)
2 quod] *om.* Φ^1, C^bF^1 16 restituatur] restituat *Ed*^{20} 20-57 *In codicibus et in editionibus responsio perturbato ordine transmissa est; ordinem restituere temptaui; cf. Préf., p.* 149*-150*

34 comparatiuum presupponit positiuum : Adagium a Thoma iterum laud. *In De celo*, III 3, n. 7 (ed. Leon., t. III, p. 237, cum adn. crit. o) : « Nam comparatiuum presupponit positiuum : omne enim albius est album ». Adagium erutum esse uidetur ex Prisciano, *Inst. gramm.*, III, 1 (ed. Hertz, in Keil, *Gramm. lat.*, t. II, p. 83) : « Comparatiuum est, quod cum positiui intellectu uel cum aliquo participe sensu positiui ' magis ' aduerbium significat : ut ' fortior ', magis fortis, ' sapientior ', magis sapiens, ' ulterior ', magis ultra quam ille qui ultra est, ' interior ', magis intra quam ille qui intus est » ; cf. Boethius Dacus, *Modi significandi*, q.52 (ed. Pinborg-Roos, Corpus Philos. Danicorum Medii Aeui, t. IV 1, p. 138-139) : « Consequenter queritur, utrum nomen comparatiuum habeat in se intellectum sui positiui. Et uidetur quod non... Contrarium dicit Priscianus in littera. Exponit enim comparatiuum per suum positiuum, ut ' albior ' id est ' magis albus ' ». 35 Exodi XXV : 24-25 (*Biblia sacra...*, t. II, p. 207) : « faciesque illi labium aureum per circuitum et ipsi labio coronam interrasilem altam quattuor digitis et super illam alteram coronam aureolam ». 41 Mathei VI : 2. 49 Mathei XVI : 26 (mundum uniuersum).

A.25 Parall. : *In IV Sent.*, d.38, q.2, a.4, qla 1, arg.3 et ad 3; *In Mathei eu.*, XIV, in uersic. 12 et 14; *In ep. ad Rom.*, XIV, lect.3, in uersic. 22-23; *II*^{a}*II*^{ae}, q.43, a.7; *III*^{a}, q.42, a.2. — In suo *Quodlibet I* (ante diem Paschae 13 aprilis 1270) eandem quaestionem tractauerat Iohannes Pecham : Q.30 *Vtrum doctor presumptuosus docens doctrinam perniciosam teneatur ad restitutionem* (ed. Etzkorn, p. 61-64); quam quaestionem ante oculos habuit Thomas dum suam conscripsit. 13 Augustinus : Cf. Augustinus, *Ep. 153* (CSEL 44, p. 419, 7-8) : « non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum », laud. in *Decreto*, II Pars, Causa XIV, q.VI, c. 1 *Si res aliena* (Friedberg, I 742); a Thoma diligenter laud. *In IV Sent.*, d.28, q.1, a.2, arg.4 (= *Suppl.*, q.46, a.2, arg.4). — Sed saepius uerba Augustini liberius (dimittitur *pro* remittetur) laudantur, uelut a Guillelmo Altissiodorensi, *Summa aurea*, lib. IV, tr. XI, c. 6, q.1 (ed. Ribaillier, p. 286-287) : « dicit auctoritas : Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum » (cf. q.2, s.c., p. 290, 30-31); a Iohanne Pecham, *Quodl. I*, q.30, arg.2 (p. 62, 10), ab ipso Thoma, *II*^{a} *II*^{ae}, q.62, a.2, s.c.; *In Pater*, petitio 4. 18-19 Set — scandalum : Cf. Iohannes Pecham, *Quodl. I*, q.30 : « Contra : Veritas doctrine non est pro scandalo dimittenda » (ed. Etzkorn, p. 62, 11). — Quod effatum Gregorio hic attribuit Thomas, sed re uera est regula iuris cuius Gregorius non est nisi fons remotus. Cf. Gregorius, *In Hiezech.*, I, hom. 7, n. 5 (CCSL 142, p. 85, 89-90) : « Si autem de ueritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam ueritas relinquatur », a Thoma diligenter laud. *In IV Sent.*, d.38, q.2, a.4, qla1, s.c.; *II*^{a} *II*^{ae}, q.43, a.7, s.c.; *III*^{a}, q.42, a.2, ad 1. — Sed sententiam Gregorii aliis uerbis exprimitur ab Innocentio III (*Decretales Gregorii IX*, lib. V, tit. XXXII, c. 2; Friedberg, II 848) : « opera illa, quae sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro uitando scandalo dimittenda », et in regulis iuris (ibid., lib. V, tit. XLI, c. 3; II 927) : « Propter scandalum euitandum ueritas non est omittenda » (laudatur Beda, *In Marci eu.*, IX 41, qui ipse laudat Gregorium). Vnde haec sententia explicata et illustrata est in glossis Decretalium (ed. Ven., 1591, 1386b) et his uersibus notata : « Scandala pro uita, doctrina, iustitiaque / tu non effugies, sunt in reliquis fugienda » (cf. Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. III, tit. 30, ed. Ochoa-Diez, col. 702-703); inuenitur in Guillelmo Altissiodorensi, *Summa aurea*, III, tr. 52, c. 4, q.1 (ed. Ribaillier, III 2, p. 1020, 51-60), Alexandro de Hales, *In IV Sent.*, d.17 (p. 295); *Questiones Antequam* (t. I, p. 494-495, n. 35 et 40); Hugone de Sancto Caro, *In Mathei eu.*, XVIII 7 (*Opera*, Venetiis 1754, t. VI, f. 61rb med). In *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. III,

Si enim doctor doceat falsam doctrinam, tenetur eam modis omnibus reuocare, et maxime si ex ea spirituale dampnum sequatur. ⌜Puta, si aliqui, docendo aliqua erronea, inducerent homines ad aliquam religionem, utpote si dicerent quod quicunque intrat talem religionem, statim erit equalis meriti sicut beatus Petrus.⌝ ⌜Intrare enim religionem propter errorem non est bonum.⌝

Si uero doceat ueram doctrinam, potest ex ea sequi detrimentum spirituale in auditoribus dupliciter.

Vno modo ex defectu ipsius qui docet. <Et hoc dupliciter>. Vno modo quia doctrinam subtilem et altam proponeret rudibus, qui non essent illius doctrine capaces, qui ex hoc detrimentum salutis incurrerent; contra exemplum Apostoli, qui dicit, I ad Corinthios III : *Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi uobis, non escam.* — Alio modo, quia confuse et inordinate proponit, non preferens maiora minoribus, contra id quod Gregorius dicit in Pastorali : *Sic laudanda sunt bona summa ne desperentur ultima, sic nutrienda sunt* bona *ultima ne, dum sufficere creduntur, nequaquam tendatur ad summa.* — Et in hiis casibus tenetur doctor ex cuius doctrina dampnum spirituale accidit, contra hoc dampnum remedium ponere in quantum potest, exponendo saltem doctrinam suam. ⌜Et hoc est quod Gregorius dicit in Pastorali : *Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium* eos *qui erudiri poterant, in errore derelinquit.*⌝

Alio modo potest contingere ex defectu aliorum <. . . . . >. ⌜Vnde sic non retrahit homines a meliori bono talis doctor.⌝ Et in hoc casu non tenetur cessare a sua doctrina.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 13>

Deinde circa religiosos quesita sunt duo : primo, utrum religiosi teneantur patienter tolerare iniurias sibi factas; secundo, utrum ille qui iurat se non intraturum religionem possit licite religionem intrare.

<a. 1 [26]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod religiosi non debeant tolerare suos impugnatores.

<1> In impugnatione enim perfectorum uirorum Deus impugnatur, unde Dominus Saulo persequenti discipulos Christi dixit, Actuum IX :

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(C^{b}F¹M⁷M¹)* 24-28 Puta — Petrus *Hic transposui : post* 53-54 aliorum *codd, edd* 26 aliquam] aliam Ψ (altam *?F¹*) 28-29 Intrare — bonum *Hic transposui : post* 57 doctrina *codd, edd* 33-34 Et hoc dupliciter *suppl. cum O⁴, C², O²Ve, V⁸,* Φ^{2ap}, (hoc + iterum), *Nh, AnF, sec.m. V¹ : om. cett* 34 Vno modo] Alio modo *P, E, non nulli dett : om. Ba¹, non nulli dett, M¹M³* 34 quia] quia per Ψ(- *M¹M³*) : *om. Ba¹, M¹M³ (cf. adn. sup.)* 38 I] *om.* Φ^{2b} 41 preferens] perfectus Φ^{2b} (preferens *rest. sec.m. P¹*) 43 desperentur (disper-, dispar-)] despiciantur *F, Ed¹⁹ˢˢ* 49-52 Et hoc — derelinquit *Hic transposui : post* 57 doctrina (*interpositis u.* 28-29 *et* 55-56) *codd, edd* 50 pertrahit] protrahit Φ 51 errore] errorem *V⁴*, Φ^{2b} 51-52 derelinquit] delinquit Φ^1 54 *Post* aliorum *lacunam indicaui : deesse uidentur aliqua uerba, quibus explicetur uel illustretur defectus aliorum, qui ex propria culpa, imprudentia uel malitia, ueram doctrinam bene expositam male intellegunt.* 55-56 Vnde — doctor *Hic transposui : post* 57 doctrina (*interpositis u.* 28-29) *codd, edd* (*si post* 57 doctrina *haec uerba seruantur, pro* Vnde *legendum est* Nam)

12 dixit] dicit *AsP*

p. 821) legimus : « Regula autem Ieronimi talis est : Omne quod potest fieri uel non fieri salua triplici ueritate omittendum est propter scandalum; sed, si ueritas sit in periculo, non est omittendum bonum propter scandalum, scilicet ut omittatur ueritas iustitie, uite uel doctrine », ad quem locum adnotauerunt editores : « Pro *regula Ieronimi*, apud quem nihil tale reperitur, rectius legendum est *regula Iuris...* » (compendiose scripta uerba « Ieronimi » et « Iuris » parum differunt). E *Summa fratris Alexandri* pendere uidetur Thomas, *In IV Sent.*, d.38, q.2, a.4, qla 2, arg.1 : « regula est Ieronimi quod omne quod potest fieri uel non fieri salua triplici ueritate dimittendum est propter scandalum »; *Contra impugnantes*, c. 15, arg.8 (ed. Leon., t. XLI, p. A 142) : « secundum regulam Ieronimi, omne quod potest fieri uel non fieri salua triplici ueritate omittendum est propter scandalum »; *II^a II^{ae}*, 32, a.6, arg.2 : « secundum Ieronimum, ueritas uite non est dimittenda propter scandalum »; q.43, a.7, arg.4 : « Ieronimus dicit quod dimittendum est propter scandalum omne quod potest pretermitti salua triplici ueritate, scilicet uite, iustitie et doctrine »; a.8, arg.2 : « secundum regulam Ieronimi omnia que possunt pretermitti salua triplici ueritate sunt propter scandalum dimittenda »; *Q. de corr. fraterna*, a.1, arg.3 : « ueritas enim uite non est dimittenda propter scandalum, ut per Ieronimum patet ». Regulam sine auctoris nomine laud. Thomas *In IV Sent.*, d.1, q.2, a.5, qla 3, arg.2; *In ep. ad Rom.*, XIV, lect.3, in uersic. 23a. Semel regulam iuris iuxta locum Gregorii laudauerat Thomas, *In IV Sent.*, d.38, q.2, a.4, qla 1 : « Set contra est quod Gregorius dicit : *Si de ueritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam ueritas relinquatur*; ergo *ueritas non est propter scandalum dimittenda* ». 24-28 Puta — Petrus : Exempli causa adtulerat Iohannes Pecham, *Quodl. I*, q.30 (p. 62), eos qui impugnando paupertatem iuuenes a religionis ingressu retrahunt; ad exemplum praesumptuosorum doctorum maluit Thomas dare eos qui ad ingressum religionis iuuenes attrahunt erroneis rationibus. 38 I ad Corinthios III : 1-2. 41-42 Gregorius... in Pastorali : III 36 (ed. Rommel, S.C. 382, p. 520-522). 49 Gregorius... in Pastorali : II 4 (ed. Rommel, S.C. 381, p. 186-188), a Thoma etiam laud. *II^a II^{ae}* q.10, a.7 (40 eos *Thomas, hic et in II^a II^{ae}* : hos *Greg.*).

A.26 Parall. : *Contra impugnantes*, c. 14 (ed. Leon., t. XLI, p. A 140-142); *Quodl. X*, q.6, a.2 [13]; *II^a II^{ae}*, q.108, a.1; q.188, a.3, ad 1. 12 Actuum IX : 4.

Saule, Saule, quid me persequeris?; set perfecti uiri non debent impugnatores Dei tolerare; ergo neque impugnationes proprias.

<2> Preterea. Quilibet perfectus debet obuiare hiis que statui perfectionis preiudicant, unde Apostolus dicit II ad Corinthios VI : *Vt non uituperetur ministerium nostrum*; set per hoc quod perfecti impugnantur, statui perfectionis derogatur; ergo perfecti uiri non debent tolerare suos impugnatores.

Set contra est quod Gregorius dicit : non sumus perfecti, si aliorum inordinationes ferre non possumus.

Responsio. Dicendum quod perfecti uiri dupliciter impugnari possunt : uno quidem modo quantum ad personas proprias, utpote cum inferuntur eis iniurie personales; alio modo possunt impugnari quantum ad statum eorum, ut puta cum aliqui uerbis uel factis perfectionis statui derogant. Et hec duo tanguntur Iacobi II : *Nonne diuites opprimunt uos per potenciam?*, quod pertinet ad personales iniurias; *Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super uos?*, quod pertinet ad religionem uel statum.

In iniuriis igitur personalibus decet perfectos uiros esse maxime patientes, ut sint etiam parati plura sufferre, secundum illud Mathei V : *Si quis percusserit te in dextra maxilla, prebe ei et alteram.* Statum uero suum impugnari non debent pati, quantum resistere possunt : hoc enim uergeret in iniuriam Dei. Vnde contra quosdam dicitur, Ezechielis XIII : *Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis uos murum pro domo Israel.*

Et ideo Dominus iniurias que contra humanitatem eius inferebantur, patienter tolerauit, sicut cum Iudei dicebant : *Ecce homo uorax et potator uini*, ut habetur Mathei XI; et sicut cum dyabolus ei dixit : *Mitte te deorsum*, quod uidebatur ad propriam iniuriam pertinere. Set iniurias Dei non tolerabat. Vnde Phariseos dure redarguit, Mathei XII, quia dicebant quod in Belzebuth eiceret demonia, quod pertinebat ad iniurias Spiritus sancti. Et similiter cum dyabolus ei dixit : *Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*, quod ad iniuriam Dei pertinebat : statim enim eum repulit, dicens : *Vade retro Sathana*, ut habetur Mathei IV. Vbi Crisostomus dicit : *Illius discamus exemplo nostras quidem iniurias ... magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias ... nec usque ad auditum sufferre, quoniam in propriis iniuriis esse* quemlibet *patientem laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium.*

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<a. 2 [27]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ille qui iurauit se non intraturum religionem, non possit licite intrare.

Omnis enim obligatio licita est adimplenda; set licitum erat isti non intrare religionem; ergo

Φ (pecia 11) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(EV⁴)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹)*; Ψ *(C^bF¹M⁷M¹)* 15 impugnationes proprias] impugnatores proprios $Ed^{2,4ss}$ 17 preiudicant] + uel derogant *E* : + al' derogant Φ^{2b} 26 perfecti uiri] *inu.* Ψ 33 per potenciam opprimunt uos *tr.* Ed^{20} *(cf. app. fontium)* 34 Nonne] in me hoc C^bF^1 : nonne hoc M^7 41 debent] deberent Ψ 44 XIII] XIIII (14 Ba^1) Φ^{2ab} (XIII *rest. sec.m.* P^1)

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(E)*, Φ^{2b} *(BaBa¹P¹V⁴)*; Ψ *(C^bF¹M⁷M¹)* 44-45 opposuistis *Incipit pecia 12ª in* Φ 49 XI] VI Φ^{2ab} (VI *rest. sec.m.* P^1) 54 iniurias] iniuriam Ed^{30ss} 55 dixit] + Mathei IIII M^1 : + (Matth. IV 9) Ed^{31ss} 58 retro] *om.* Ed^{10ss} 4 possit] posse Φ^{2b} (posset *sec.m.* V^4) 6 isti] ei $Ed^{2,4ss}$

18 II ad Corinthios VI : 3. 23 Gregorius dicit : Aliis uerbis (uerbum «inordinatio» apud Gregorium non inuenitur) hanc sententiam saepius expressit Gregorius, uelut : *Moralia in Iob*, V XVI 33 (CCSL 143, p. 241, 30-33) : «Ille enim uere perfectus est qui erga imperfectionem proximi impatiens non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non ualens deserit, ipse sibi testis est quod perfecte necdum proficit»; XX XXXIX 75 (CCSL 143 A, p. 1058-59, u. 16-19) : «Nullus quippe perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim aequanimiter aliena mala non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est quia a boni plenitudine longe distat»; *In Hiezech.*, I, hom. IX, 22 (CCSL 142, p. 135, u. 461-466) : «Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos iam debere esse decernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet, dum malos portare renuimus, quam multum adhuc ipsi de bono minus habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit et cum malis bonus»; *In euang.*, II, hom. 38, n. 7 (P.L., 76, 1286 A) : «Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est quia bonus non est». 32 Iacobi II : 6-7 (ed. Wordsworth-White, III, p. 245-246; per potentiam opprimunt uos). 39 Mathei V : 39 (ed. Wordsworth-White, I, p. 58) «Sed si quis te percusserit in dextera maxilla tua praebe illi et alteram». 43-44 Ezechielis XIII : 5 (*Biblia sacra ...*, t. V, p. 86 : opposuistis + uos *uar.*) 49 Mathei XI : 19. 52-53 Mathei XII : 24-32. 59 Mathei IV : 9-10 (ed. Wordsworth-White, I, p. 51; uade + retro *uar.* — satanas : sathana *uar.*) 59 Crisostomus : Ps.-Iohannes Chrysostomus, *Opus imperf. in Matthaeum*, hom. 5 (P.G., 56, 668 : iniurias¹ + illatas ab impiis siue in dicto siue in facto; iniurias² + et contemptum; quemlibet : quempiam), a Thoma laud. *Catena in Matheum*, IV 10, et *II^a II^ae*, q.108, a.1, arg.4 et ad 2, partim q.188, a.3, ad 1 (eisdem uerbis omissis, sed recte «quempiam»).

cum ad hoc se iuramento obligauerit, uidetur quod teneatur non intrare.

Set contra est quia nullum impedimentum spiritualis profectus est ex Deo; set iuramentum est ex Deo; ergo per iuramentum non impeditur spiritualis profectus intrandi religionem.

Responsio. Dicendum quod obligatio iuramenti tripliciter se potest habere. Quandoque enim est illicita obligatio et de re illicita, puta cum aliquis iurat se fornicaturum; et tale iuramentum non tenetur homo implere, nec etiam est licitum impleri. Quandoque uero est obligatio licita et de re licita, puta cum aliquis iurat se elemosinam daturum; et tale iuramentum preterire non licet. Quandoque uero est obligatio illicita set de re licita, puta cum aliquis iurat se non facturum aliquod maius bonum, quod tamen facere non tenetur, puta non ieiunare, uel non dare aliquam elemosinam, uel religionem non intrare: tunc enim id ad quod se iuramento obligat, licitum est, set tamen obligatio est illicita, quia per hoc homo, quantum in se est, obfirmat se contra graciam Spiritus sancti, que facit hominem *in suo corde ascensiones* disponere. Vnde tale iuramentum licite potest homo implere, abstinendo ab illo bono quod facere non tenetur. Non tamen cogitur ex illo iuramento ad hoc quod impleat quod iurauit, quia iuramentum, ad hoc quod sit obligatorium, debet habere *tres comites, iudicium, iusticiam et ueritatem*, ut habetur Ieremie IV; huic autem iuramento deest iudicium discretionis, quia uergit in deteriorem exitum, retrahendo a meliori bono.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

<Questio 14>

<a. unicus [28]>

Deinde circa clericos quesitum est unum, utrum scilicet liceat clerico qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas sequentis diei de sero.

Et uidetur quod non.

Dicitur enim Ecclesiastici XXI: *Lasciuus et inprudens non* seruabit *tempus*; set iste in dicendo matutinas non obseruat tempus: cum enim dies incipiat a media nocte, uidetur quod matutinas sequentis diei dicat in die precedenti; ergo uidetur hoc ad lasciuiam et inprudenciam pertinere et ita uidetur esse peccatum.

Set contra. Deus clementior est quolibet homine; set homo non imputat debitori in culpam, si debitum reddat sibi ante tempus; ergo multo minus Deus.

Responsio. Dicendum quod hic consideranda est intentio eius qui preuenit tempus in matutinis dicendis, uel in quibuscunque horis canonicis. Si enim hoc facit propter lasciuiam, ut scilicet quie-

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(E)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(C^{b}F^{1}M^{7}M^1)* 7 se iuramento] *inu. Ed*^{10ss} obligauerit] obligauit Φ 17 implere] adimplere Φ^{2ab} 18 impleri] implere Φ^{2b} : in pluribus C^b 23 aliquod] illud Φ^{2b} 24 non^1] *om. Ed*^{20} 39 meliori] maiori Φ^{2b}

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(E)*, Φ^{2b} *(BaBa^{1}P^{1}V^4)*; Ψ *(C^b* [u. 1-22], *F^{1}M^{7}M^1)* 8 XXI] XVI C^b : XX *Ed*^{30ss} 17 reddat sibi] *inu. Ed*^{2,4ss} 22 lasciuiam *Cum hoc uerbo desinit ex abrupto* C^b

A.27 Parall. : Supra ad *Quodl. III*, q.5, a.4 [14]. — Cf. dictum Gratiani, *Decretum*, II P., Causa XXII, q.IV, post c. 23 *Innocens* (Friedberg, I 882, § 6); Bonauentura, *In III Sent.*, d.39, a.3, q.3, praecipue Ad opp. 3 et 4 (p. 879a), concl. (p. 879b) et resp. ad 3 et 4 (p. 880b). 29-30 facit — disponere : Cf. supra, *Quodl. III*, q.6, a.3 [17], u. 70-71, cum adn. 36 Ieremie IV : 2, cum expositione Hieronymi, *In Hieremiam*, I 69 (CCSL 74, p. 40, 15-16 et 23-25) : « Et *iurabis : uiuit dominus in ueritate et in iudicio et in iustitia* ... Simulque animaduertendum quod iusiurandum hos habeat comites : ueritatem, iudicium atque iustitiam; si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium », laud. in *Decreto*, II P., Causa XXII, q.II, c. 2 (Friedberg, I 867); unde dictum Gratiani, ibid., post q.IV, c. 23 (I 882, 1-3) : « Iuramentum namque, ut Ieronimus testatur super Iheremiam, debet habere tres comites, ueritatem, iudicium et iusticiam »; Petrus Lombardus, *Sent.*, III, d.39, c. 2 (ed. Brady, p. 218-219; ipse Thomas, *In III Sent.*, d.39, q.un., a.2, qla 3; *II^a II^{ae}*, q.89, a.3; q.98, a.1, arg.1 et ad 1; *Quodl. XII*, q.13, a.2 [22]; *Coll. de decem preceptis*, secundum preceptum (ed. Torrell, p. 233, 43-44). 38 uergit — exitum : Cf. Beda, *Homiliae*, II 23 (CCSL 122, p. 352, 110-115) : « At si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit quod obseruatum scilicet *peiorem uergat in exitum* libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus ac magis instante necessitate peierandum nobis quam pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum »; laud. a Gratiano, *Decretum*, II P., Causa XXII, q.IV, c. 6 *Si aliquis* (Friedberg, I 876); a Petro Lombardo, *Sent.*, III, d.39, c. 9, n.3 (ed. Brady, p. 226); e quo pauca uerba sine auctoris nomine retinuit Thomas, *In III Sent.*, d.39, q. unica, a.3, qla 1, arg.1; *In IV Sent.*, d.38, q.1, a.3, qla 1, arg.3 et ad 3; *II^a II^{ae}*, q.89, a.7, c. et ad 2, ad 3; q.98, a.4, ad 3.

A.28 Parall. : *Quodl. III*, q.13, a.2 [29]; *III^a*, q.80, a.8, ad 5. 8 Ecclesiastici XXI : Immo XX 7 (*Biblia sacra* ..., t. XII, p. 229) : « lasciuus autem et inprudens non seruabunt tempus » (seruabit *edd. agre*) 10-11 dies — nocte : Cf. infra, ad u. 35-36.

tius sompnolencie et uoluptati uacet, non est absque peccato. Si uero hoc faciat propter necessitatem licitarum et honestarum occupationum, puta si clericus aut magister debet uidere lectiones suas de nocte, uel propter aliquid aliud huiusmodi, licite potest de sero dicere matutinas, et in aliis horis canonicis tempus preuenire, sicut etiam hoc in sollempnibus ecclesiis fit, quia melius est Deo utrumque reddere, scilicet et debitas laudes et alia honesta officia, quam quod per unum aliud impediatur.

Ad primum ergo dicendum quod, quantum ad contractus et alia huiusmodi, dies incipit a media nocte; set quantum ad ecclesiasticum officium et sollempnitatum celebritates, incipit dies a uesperis; unde, si aliquis post dictas uesperas et completorium, dicat matutinas, iam hoc pertinet ad diem sequentem.

Φ (pecia 12) : Φ^1 *(AsOP)*, Φ^{2a} *(E)*, Φ^{2b} *(BaBa*^{1}*P*^{1}*)* ; Ψ* (*F*^{1}*M*^{7}*M*^{1}) 23 est] *om.* Φ^{2b} *(suppl. sec.m. V*^{4}*)* 24 uero] enim Φ^{2b} 25 licitarum] legitimarum *E* : litterarum *pr.m. In*^{1}, *B*^{1} 30 sollempnibus ecclesiis] sollempnitatibus ecclesiasticis Ψ* (-nibus *M*^{7} : *inu. M*^{1}*M*^{3}), *pauci dett* : sollempnitatibus in quibusdam ecclesiis *P*^{5a} : solennibus festis *coniecit Nicolaï* 40 sequentem] + Istud quodlibet determinauit frater thomas de aquino fratrum predicatorum parisius. anno domini .M^o .CC^o. LXXI. circa festum natalis domini *E* (*nec non, cum minoribus uar., M*^{2}*P*^{5a}*C*^{2}*C*^{c}*O*^{5}*Ve, DlPrTsAvBs, Bw; cf. Préf., p.* 151*b).

35-36 dies incipit a media nocte : Cf. *Digesta*, lib. II, tit. XII, 8 (Mommsen-Krueger, p. 54b) : « More Romano dies a media nocte incipit et sequentis noctis media parte finitur » ; *Decretales Gregorii IX*, lib. I, tit. XIX, c. 24 (Friedberg, II 170, 2-5) : « licet etiam secundum consuetudinem et constitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat et in medio noctis desinat subsequentis » ; cf. J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas* (Bibliothèque thomiste XXX), Paris 1955, p. 41.

<QVODLIBET DVODECIMVM>

CODICES

α

α^a

Md^b = Madrid, Bibl. Nacional 500. *Pars secunda*

α^{c1}

Ba^1 = Basel, Universitätsbibl. B V 22
Gf = Grottaferrata, Bibl. du Collège des éditeurs de S. Thomas 13

α^{c2}

Pr = Praha, Knihovna metropolitní kaptuly A CLVII
F = Firenze, Bibl. Medicea Laurenziana Conv. Soppr. 623

β

β^1

P^{10b} = Paris, Bibl. Mazarine 3486. *Pars secunda*
L = Leipzig, Universitätsbibl. 465

β^2

L^1 = Leipzig, Universitätsbibl. 480

Compendia et notae

codd. cett (codices, ceteri) : ad codices tantum respiciunt qui ineunte adnotatione in singulis paginis recensentur
— lineola in lemmatibus uerba omissa supplenda esse indicat, ita ut uaria lectio ad totum locum referatur
... tres puncti in lemmatibus uerba omissa non supplenda esse indicant, ita ut uaria lectio ad sola uerba retenta referatur

interp. = *interpunxit, -xerunt*
scr., scrib. = *scripsi, scribendum*
secl. = *seclusi*
mg. = *margo, margine*
tr. = *transposuit, -suerunt*
u., s.u. = *uersus, supra uersum*

◆ *ponitur ante uariam lectionem quam aequalis auctoritatis aestimamus*

Cetera patent.

Quesitum est de rebus que sunt supra hominem et de rebus humanis.

Circa primum quesitum est de Deo, de angelis et de celo.

Circa primum quesitum est de Deo quantum ad suum esse, quantum ad suam potenciam, quantum ad eius predestinationem.

<Questio 1>

<a. unicus [1]>

Circa primum quesitum est utrum in Deo sit tantum unum esse, scilicet essenciale, uel preter illud sit etiam in Deo esse personale.

Et uidetur quod sic.

<1> Quia aliud est Patrem esse, aliud Filium esse et aliud Spiritum sanctum esse; set esse essenciale non est aliud et aliud; ergo etc.

<2> Preterea. Proprium forme est quod det esse; set in diuinis sunt tres proprietates personales, que optinent uicem forme; ergo etc.

Contra. Augustinus dicit : In diuinis tantum unum esse.

Responsio. Dicendum quod ueritas fidei habet quod in diuinis solum est distinctio que est secundum relationes oppositas; relatio autem, sicut et quelibet forma, habet esse ex comparatione ad illud cui inest; unde esse filiationis est per comparationem ad subiectum cui inest. Relatio autem in diuinis non distinguitur ab eo cui inest uel in quo est, quia est ipsa res que refertur; set distinguitur solum ex parte eius cui opponitur, et ex hac parte non consideratur esse relationis, set distinctio et oppositio eius. Et ideo est in Deo unum tantum esse, scilicet essenciale.

Ad primum ergo dicendum quod esse dupliciter dicitur : quandoque enim esse idem est quod actus entis; quandoque autem significat compositionem enunciationis et sic significat actum intellectus; quo modo intelligitur quando dicitur quod aliud est esse Patris et aliud Filii, non primo modo.

Ad secundum dicendum quod, sicut et quelibet forma, paternitas facit esse, scilicet Patrem, qui est diuinum esse, et facit tantum unum esse in quantum paternitas facit esse.

<Questio 2>

Deinde quesitum est de potencia Dei.

Et primo, utrum Deus possit facere contradictoria esse simul; secundo, utrum possit facere infinita in actu.

<a. 1 [2]>

Responsio. Ad primum dicendum quod non.

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 3 angelis] angelo β^{2} 10-11 sit tantum] *inu.* α^{c1}, *L* 12 illud] istud β^{2} 15 esse^{1}] *om.* β^{2} 16 est] + in eis α^{c1} ergo etc.] ergo preter essenciale esse est in Deo etiam personale esse *F* 17 det] dat α^{c1} 19 ergo etc.] ergo preter essenciale esse est in diuinis esse personale *F* 20 dicit] + quod *F, nec non Bw,* β^{2Gg} 26 illud] id α^{c1} : aliud β^{2} 26-27 unde — inest] *hom.om.* α(- *F*), *nec non B*^{1}, *Lb*^{2} *: suppl. F (sed pro* filiationis *hab.* subsistens) 28-29 cui inest] in quid *Pr : om. (om. etiam* uel) *F* : cui in se est *P*^{10b} 29 uel in quo est] *om.* β^{1p} uel in quo est, quia est] *om.* β^{2} 36 actus] accidens *Md*^{b} significat] assignat *L*^{1}, *pr.m. Wr* : designat β^{2Gg} 38 quo modo intelligitur] qui (quia *Gf*) intelligitur α^{c1} : *om.* α^{c2} 38 quando (quandoque *L*^{1}*Wr*)] + ergo α^{c2} 39-40 Patris — modo] Patrem et aliud *(om. Pr.)* Filium, non intelligitur quod aliud esse sit (sit esse et *F*) Patris et Filii (+ set etc.) α^{c2} 41-42 sicut et quelibet forma] quelibet forma facit esse α^{c2} 42 paternitas] *praem.* sic α^{c1}, et *Pr*, set *F* 44 facit esse] facit esse diuinum α^{c1} : et sic unum tantum *(inu. Pr)* esse facit α^{c2}

3 Deus] *om.* α^{c1} 4 esse simul] *inu. Md*^{b}, *P*^{10b}*L* 7 Responsio. Ad primum dicendum] R^{7o} dicendum ad primum *Bw, LHeUt, Wr* : Respondendum (Respondeo β^{2g}) ad primum *L*^{1}, β^{2Gg} : Ad primum sic proceditur. Videtur etc. Respondetur *Pr* : Quo ad primum dicendum *F* 7-8 quod — in Deo] quod Deus non potest facere contradictoria esse simul uera, non quod ex parte Dei hoc importet *F* non. Et] *om. L*

A. 1 Parall. : *In I Sent.*, d.2, q. unica, a.5; d.8, q.4, a.2, ad 4; *Q. de uer.*, q.1, a.5, ad 19; *Q. de pot.*, q.2, a.6; q.8, a.2, ad 11; q.9, a.4, ad 5; a.5, ad 19; *I*^{a}, q.3, a.3; q.39, a.1. 17-18 Proprium — esse : Adagium erutum ex Boethio, *De Trinitate*, II (ed. Peiper, p. 152, 20; ed. Stewart-Rand, p. 10, 21) : « Omne namque esse ex forma est ». 20 Augustinus : *De Trinitate*, VI IV 6 (CCSL 50, p. 234, 16-19) : « Deo autem hoc est esse quod est potentem esse aut iustum esse aut sapientem esse et si quid de illa simplici multiplicitate uel multiplici simplicitate dixeris quo substantia eius significetur », laud. a Petro Lombardo, *Sent.*, I, d.8, c. 5 (ed. Brady, p. 100, 5-10), ab ipso Thoma, *I*^{a}, q.13, a.2, s.c.

A. 2 Parall. : Cf. supra ad *Quodl. III*, q.1, a.1; *Quodl. V*, q.2, a.1 [3].

Et hoc non importat in Deo inperfectionem potencie, set quia hoc non habet rationem possibilis. Nam omnis uirtus actiua producit effectum similem sibi; omne autem quod agit, agit in quantum est ens actu; ergo effectus agentis est ens actu; quicquid ergo repugnat ei quod est esse actu, repugnat potencie actiue. Quod esset, si contradictoria simul essent.

<Q. 2, a. 2 [3]>

Ad secundum dicendum quod esse aliquid infinitum actu posset suspicari ex primo aspectu quod esset inpossibile, quia sequeretur illud esse equale Deo. Set hoc non sequitur, quia ei quod est infinitum omnibus modis non adequatur illud quod est infinitum uno modo : dato enim quod esset ignis infinitus secundum magnitudinem, non adequabitur Deo, quia, etsi sit infinitus ignis in quantitate, tamen est quid finitum specie, Deus autem omnibus modis est infinitus.

Cum ergo queritur utrum sit possibile Deo facere aliquod infinitum in actu, dicendum quod non. Potencie enim agentis per intellectum aliquid repugnat dupliciter : uno modo quia repugnat potencie eius; alio modo quia repugnat modo quo agit. Primo modo non repugnat potencie Dei absolute, quia non implicat contradictionem. Set, si consideretur modus quo Deus agit, non est possibile : Deus enim agit per suum intellectum et per Verbum, quod est formatiuum omnium; unde oportet quod omnia que agit sint formata. Infinitum autem accipitur sicut materia sine forma, nam infinitum se tenet ex parte materie. Si ergo Deus hoc ageret, sequeretur quod opus Dei esset aliquid informe, et hoc repugnat ei per quod agit et modo agendi, quia per Verbum suum omnia agit, quo omnia formantur.

<Questio 3>

<a. 1 [4]>

Deinde quesitum est de predestinatione, utrum sit certa.

Et uidetur quod non.

<1> Quia possibile est predestinatum dampnari, sicut Petrum, si fuisset statim mortuus quando peccauit Christum negando.

<2> Si uero dicas quod predicta locutio est de dicto uera, de re uero non, contra : quia hoc

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 8 importat in Deo] quia importet... in Deo (*post* 9 potencie) *Pr* 13 ei quod est esse (ens α^{c1}) actu] actui β^{2}

2 Ad secundum dicendum] Ad secundum sic proceditur etc. Respondetur dicendum *Pr* : [*mg.* 3^{us}] Queritur utrum possit facere aliquod infinitum actu? Responsio. Dicendum *F* 2 quod] *om. Pr* 2-5 esse — Deo] si esset aliquod infinitum in actu, sequeretur illud esse equale Deo, ut possemus suspicari primo aspectu. hoc autem est inpossibile *F* 3 ex] in α^{c1} 5-6 quia ei quod est] adhuc. Quia dato quod aliquid esset *F* 6-7 adequatur (equatur β^{2Gg}) illud quod est] equaretur illi quod esset *F* 7 enim] ergo *F* 8 ignis] unus ignis *F* 8 secundum magnitudinem] *om. F* 9 non adequabitur] adhuc non equabitur *F* 9-10 infinitus ignis in quantitate] infinitus secundum quantitatem ignis *Pr* : infinitum in quantitate *F* 10 specie] secundum speciem *PrF* (+ quia sic ignis est quod non aqua et huiusmodi *F*) 12 Cum — sit] Estne ergo *Pr* : Set estne *F* 13-14 dicendum quod non] Non *Pr* : Sciendum ad hoc quod *F* 14 enim] *om.* α^{c1}, *L* agentis] agenti *Pr, Ed*^{36} 17 modo^{1}] *om.* α^{c1} 17-18 modo^{1} — potencie] *om.* β^{2} 18 Dei] eius *F* : rei *L*^{1}*Wr* 21 intellectum et per] *om.* α^{c1}, *Pr (nec non F, qui insuper ordinem uerborum alterat)* 25 Si ergo Deus hoc ageret] dico quod ideo non potest illud deus, quia *Pr* : ideo deus non potest producere, quia *F* 26 opus — aliquid] aliquod corpus esset *L*^{1}*Wr* (aliquod opus dei esset β^{2Gg}) : *om. F* 27-28 et modo — agit] *hom.om.* α^{c1} (verbo scilicet *suppl. Gf*) 28 omnia agit] *om. F*

10-11 omnis — sibi : Cf. adagium : « Omne agens agit simile sibi », de quo adn. ad Thomam, *In De anima*, II 30, u. 35, in ed. Leon., t. XLV 1, p. 198. 11-12 omne — actu : De hoc adagio, cf. adn. ad Thomam, *In De sensu*, I 9, 178-179, in ed. Leon., XLV 2, p. 55.

A. 3 Parall. : Cf. supra ad *Quodl. IX*, q.1, a.1. 17-19 Primo — contradictionem : Cf. *Préf.*, p. 152*-153* 23-25 Infinitum — materie : Cf. *Quodl. IX*, a.1, adn. ad u. 145.

A. 4 Parall. : *In I Sent.*, d.40, q.3, a. unicus; *Q. de uer.*, q.6, a.3; *Quodl. XI*, q.3, a. unicus [3]; *I*^{a}, q.23, a.6. 10 de dicto ... de re : Antiquiorem distinctionem sensus compositi et sensus diuisi (qua in hac materia usus erat Petrus Lombardus, *Sent.*, I, d.40, c. 1, n. 3, ed. Brady, p. 285, 8-16) his uocibus « de dicto », « de re », expresserant « sophiste Italici uel Latini », ut dicit ante 1240 Guillelmus Aluernus, *De uniuerso*, I, pars 3, c. 15 (ed. 1674, t. I, p. 778b E; cf. R. J. Teske, *William of Auvergne on the* De re *and* De dicto *Necessity*, in *The Modern Schoolman*, 69, 1992, p. 111-121). Re uera hae uoces communes sunt apud Logicos ante saec. XIII med. : Petrus Hispanus, *Tractatus*, VII 71 (ed. L. M. De Rijk, p. 124, 14-18); Rogerus Bacon, *Summule dialectices*, III, De argumentatione (ed. A. de Libera, in *Arch. hist. doctr. litt. M.A.*, 54, 1988, p. 245, n. 482); Lambertus de Latiniaco, *Summa* (ed. F. Alessio, p. 158-159); cf. Vincentius Bellou., *Spec. doctr.*, III 93 (ed. Duaci 1624, col. 277 B-C) : « possibile est sedentem ambulare ... multiplex est : si composita, falsa; diuisa est uera; distinguitur tamen communiter : de re uera, de dicto falsa ». In quaestione de scientia uel de praescientia Dei, his uocibus usi sunt Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. I, tr. IX, c. 2 (ed. Ribaillier, t. I, p. 180, 11-26; cf. u. 19 : « de dicto siue coniuncta »; u. 23 : « de re »; sed ibid., tr. IX, c. 3, q.5, p. 195,69-196,1, et p. 319, 18-20, hanc distinctionem perperam confundit Guillelmus cum distinctione aristotelea duplicis modi quo res sunt falsae, hi sunt in compositione et in imaginatione, de qua cf. Thomas, *In Peryerm.*, I 3, 114-147, cum adn.); Rolandus Cremonensis, *Summa*, lib. III, c. 100, § 24 (ed. Cortesi, p. 311); *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. I, p. 270b) : « hec est duplex 'prescitum non euenire est inpossibile', sicut hec 'sedentem ambulare est inpossibile'. Si enim intelligatur de dicto, uera est... Si intelligatur de re, falsa est ». 10-12 contra — inseparabilis : Cf. *Summa fratris Alexandri* (ed. Quaracchi, t. I, p. 271a, arg.3) : « Item,

habet locum in formis separabilibus; set hec forma que est predestinatio est inseparabilis.

Responsio. Dicendum quod predestinatio est quedam pars diuine prouidencie; prouidencia autem dicit directionem aliquorum in finem, et hoc presupponit scienciam et uoluntatem. Sic ergo predestinatio habet certitudinem ex parte sciencie Dei, que non potest falli, et ex parte uoluntatis diuine, cui non potest aliquis resistere, et ex parte prouidencie, que certissimo modo ducit ad finem, cum Deus sit sapientissimus.

Ad primum ergo dicendum quod predestinatio habet certitudinem, et tamen non est necessarium predestinatum saluari, set remanet contingens. Dictum est enim quod habet certitudinem ex sciencia, uoluntate et prouidencia, et nullum istorum contingenciam impedit. Sciencia non, quia sciencia Dei est futurorum prout sunt in presenti, et secundum hoc sunt determinata. Voluntas non, quia uoluntas Dei est principium tocius entis, ergo non cadit sub ratione contingencie uel necessitatis, set hec effluunt et ordinantur ex Dei uoluntate, et sic ipsa Dei uoluntas facit quedam esse contingencia, preparando causas contingentes illis rebus quas uult esse contingentes (et similiter necessarias causas rebus et effectibus necessariis); et sic uoluntas Dei semper impletur, non tamen aliqua necessario eueniunt, set eo modo quo uult ea esse, et uult quod sint contingenter. Prouidencia non, quia non tollit contingenciam.

Ad secundum dicendum quod bona est distinctio. Set ad obiectum de formis, dicendum quod aliter est de formis realibus et aliter de predicatis, que important aliquid pertinens ad actum rationis; quia in primis, scilicet realibus, si in eis debeat habere locum talis distinctio, oportet ibi esse separationem in re et in consideratione; in secundis non requiritur, set oportet quod res illa cadat sub hac consideratione. Et sic dico quod iste predestinatus potest considerari uel ut in se uel ut diuine cognitioni relatus, et sic uno modo

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 12-13 est^{2} — predestinatio] *hom. om. Md*^{b} 15 dicit directionem] dicitur directio β^{2} 16 hoc *scr.* : hec *Ed*^{2,4ss} : h' *codd* 17 certitudinem] rationem certitudinis *F* 19 non potest aliquis (-id *Ed*^{2,4ss}) resistere] aliquis non potest resistere *Md*^{b} : nichil potest resistere α^{c1} : nullus potest resistere *Pr* : nullus resistit *F* 21 cum] + ergo *F* Deus] aliquis β^{1} : deus (*uel* dominus) β^{2} sapientissimus] + et sic dico quod predestinatio habet certitudinem *Pr* : + dicendum quod predestinatio certitudinem habet *F* 22 ergo] *om.* α(- *Pr*) quod] + etiam α^{c1} 23 est] potest esse α^{c1} 26 uoluntate] et uoluntate α(- *F* : *om. Pr*) 26-27 nullum istorum] nulla istarum *F* 27 contingenciam impedit] *inu.* α^{c2} 27 Sciencia non] Quod primum non impediat, patet *F* non] *om. Gf* 27-31 quia — entis] *om.* α^{c1} 28 sciencia] certitudo sciencie *F* 28 futurorum] eorum que futura sunt *F* presenti] + esse *F* 29 sunt] fuerunt *Md*^{b} 29-30 Voluntas non] Item, quod secundum non impediat, patet *F* 30 non, quia uoluntas] uero *Md*^{b} 33 ipsa] *om.* β^{2} 35 uult] scit β^{2} 37 necessariis] + eueniunt β^{2} *(ex u.* 38) 38 aliqua] aliquo *L*^{1}, *pr.m. Wr* : omnia *In*^{1}, β^{1p}(- *Kr*^{2}*Kr*^{7}*)*, *Ed*^{2,4ss} : *om. F, HeUt, Kr*^{2}*Kr*^{7} *(? ordinem restituendum* aliqua tamen non) 39 quo] + Deus *Ed*^{2,4ss} 40 Prouidencia non, quia] Item, non tercium, quia certitudo prouidencie est ex hoc quod ubi deficit alicuius causa ipsa subuenit apponendo remedium, et hoc *F* 42-43 bona est distinctio] uera dixtinctio est de dicto et de re *F* 43 Set ad obiectum (obiectionem *In*^{1}, *Kr*^{1}*Kr*^{3}, β^{2Gg})] Set ad id quod obicitur *Gf* : Ad quod dicit *F* dicendum] dico *F* 45 important aliquid pertinens] sunt *F* 46 scilicet] *om.* α^{c2} realibus *scr. cum In*^{1}, *Ed*^{2,4ss} : predicatis α (+ realibus *mg. Ba*^{1}, *in textu Gf*), *mg. sec.m. P*^{10b} : *om.* β *(spatium uac. L*^{1}*Wr)* 46-48 si — consideratione] oportet de necessitate quod si locum habet talis dixtinctio, oportet inc't' separari *F* 47 oportet] apparet *Md*^{b}*Bw* 47-48 ibi esse *Md*^{b}, β^{2Gg} : inesse *Bw*, β(- β^{2Gg}) : esse α^{c1}, *Pr* 49 non] hoc non α^{c1} 50 hac) alia *Ed*^{2,4ss} consideratione] + uel sub alia α^{c1} 52 ut] *om.* β ut diuine cognitioni relatus] in dei cognitione *F*

queritur si hec est uera 'prescitum euenire est necessarium', et dicitur uera de dicto, de re autem falsa; contra : si albedine existente in subiecto aliquo, non sit possibilitas in eodem subiecto ad formam oppositam, ita scilicet ut possit albedini succedere nigredo, nunquam hec erit uera 'album potest esse nigrum'; ergo cum sit similiter ex illa parte, cum dico 'prescitum possibile est non euenire', nunquam, existente prescientia in illo, est possibilitas ad non eueniendum; hec non potest esse uera 'prescitum potest non euenire'; ergo etc.» (ad hoc argumentum respondet ipsa *Summa*, p. 271b, 3 Ad aliud, nec non Thomas, *Q. de uer.*, q.2, a.12, ad 4, u. 282-299); Albertus, *In I Sent.*, d.40, a.14, arg.1 (XXVI, p. 323a) : «Si albedo esset inseparabilis a subiecto aliquo, non distingueremus hanc 'album possibile est esse nigrum', ex eo quod possit esse de re uel de dicto, sicut non distinguimus hanc 'possibile est cygnum esse nigrum', quia, siue de re siue de dicto, semper est falsa. Eodem modo *cum predestinatio sit forma* uel respectus *inseparabilis* a predestinato, non erit subiectum predestinationis possibile unquam ad formam contrariam predestinationi; hec autem est dampnatio; ergo uidetur quod hec omnibus modis inpossibilis sit 'predestinatus potest dampnari'» (cf. Thomas, *In I Sent.*, d.38, q. unica, a.5, arg.6; *I*^{a}, q.14, a.13, ad 3 : Sed obstant). 15 directiõnem aliquorum in finem : Cf. *Quodl. XI*, q.3, a. unicus [3], u. 24, cum adn. 22-41 predestinatio — contingenciam : Cf. ipse Thomas, *In Peryerm.*, I 14, u. 369-461, cum adn. in ed. Leon., t. I* 1, p. 77-79, nec non supra *Quodl. XI*, a.3, u. 45-54, cum adn. 42-43 bona est distinctio : Cf. ipse Thomas, *In I Sent.*, d.38, q. unica, a.5, ad 6, in fine : «et ideo patet quod distinctio illa, scilicet quod possit esse uel de re uel de dicto, bona est». 43-50 Set — consideratione : Cf. Thomas, *In I Sent.*, d.38, q. unica, a.5; *Q. de uer.*, q.2, a.12, ad 4; *I*^{a}, q.14, a.14, ad 3. — De hac doctrina, cf. I. M. Bocheński, *Notes historiques sur les propositions modales*, in *Rev. Sc. ph. th.*, 26 (1937), p. 673-692. 52 uel ut diuine cognitioni relatus : Cf. Albertus, *In I Sent.*, d.38, a.14, ad 1 (XXVI, p. 323b) : «predestinatio non inest absolute rei, sed rei comparate ad aliud»; ipse Thomas, *In III Sent.*, d.7, q.3, a.1, ad 1 (ed. Moos, p. 274, n. 90) : «Predestinatus autem est participium quod imponitur ab actu anime, scilicet preuidere uel preordinare».

attribuitur ei quod possit dampnari, alio modo non.

<Q. 3, a. 2 [5]>

Deinde quesitum est de fato, utrum omnia subsint fato.

Responsio. Dicendum quod primo oportet scire quid sit fatum, et sic postea faciliter patebit propositum.

Videmus autem multa contingenter euenire, et ideo fuit olim dubium utrum ista que uariabiliter et inordinate contingunt, reducantur in aliquam causam ordinantem.

Et qui dicunt quod non, dicunt fatum nichil esse, ut Tullius.

Quidam dicunt quod in aliquam causam superiorem et noticiam <reducuntur>, et isti nominauerunt fatum a for, faris, quasi hec omnia sint prefata a quadam superiori causa.

Set horum est triplex opinio.

Quidam enim reduxerunt hec in quandam *seriem causarum* quam dicunt fatum, sicut Stoici, qui dicunt quod nichil est quod non habeat causam, et posita causa necesse est ponere effectum; si ergo euenit uel est talis uel talis effectus, habuit causam, et hec causa aliam causam, et sic inde; sicut aliquis est occisus de nocte, quia exiuit domum; quare exiuit domum? quia sitiuit; quare hoc? quia salsa comedit; et sic, quia comedit salsa, ex necessitate moritur. — Aristotiles respondet negans duo prima : primo, quod non quicquid fit, habet causam, set tantum quod fit per se : quod autem ego occidar me exeunte, est per accidens; secundo dicit quod non, posita causa, ponitur effectus, quia potest impediri, et ideo non sequitur uel non stat series causarum.

Alii reducunt hec in aliam causam, scilicet in corpora celestia, ex quorum necessitate dicunt omnia accidere; unde dicunt quod fatum nichil aliud est quam *uis positionis syderum*. Hec autem opinio dupliciter est falsa. Primo quantum ad res humanas, que proueniunt ab intellectu qui, cum sit uirtus incorporea, non subiacet actioni alicuius corporis; et ponere animam subiacere uirtuti corporum celestium, nichil aliud est quam

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 3 subsint] sint (sunt *Pr*) subiecta α^{c2} 4 quod] *om.* α(- *F*) 5-6 postea — propositum] patebit *(om. F)* utrum omnia subsint (sint sub *F*) fato α^{c2} 7 autem] + in mundo *Ba*^{1}, α^{c2} : + in uniuerso *Gf* 8 olim] *om.* α *(ante* fuit *suppl. Pr* : dudum *suppl. Bw)* uariabiliter] uariantur *Pr*, β^{1p} : uariabantur β^{2} 10 ordinantem] ordinatam β^{2} 11 qui] quidam α^{c1}, *F, L* dicunt quod non] *om.* α^{c1}, *L* non] + reducuntur (+ et *F*) α^{c2} (= *PrF, mg. sec.m. P*^{10b}) 11 dicunt fatum] quod dicunt facit *L* 11-12 fatum nichil esse] quod fatum nichil est *Md*^{b} 12 Tullius] + dicit *P*^{10b}, β^{2}, *Ed*^{2,4ss} 13 dicunt quod] reducunt omnia *Ba*^{1} *: om. Gf* 14 et noticiam *scr. cum Pr, s.u. sec.m. P*^{10b} : et notifi^{tem} et notā *Md*^{b} : et neci^{am} et notā *Ba*^{1} : et noti^{am} et notā *Gf* : et noticiam et notā *Bw* : necessariam *F* : *om.* β 14 reducuntur *suppl. cum F, sec.m. BwWr*, β^{2Gg} : reducunt *suppl. L* : reducantur *suppl.* β^{1p} : ordinantur *suppl. In*^{1}, *Ed*^{2,4ss} : *om.* α(- *F*), *P*^{10b}*L, B*^{1}*HeUt (spatium uac. L*^{1}*Wr)* 15 nominauerunt] denominauerunt β^{2} 20-21 nichil — causam] nichil quod non habet causam reducitur ad aliquid *F* 21 ponere] poni α^{c2} 22 si] non α^{c1}, *Bw* 22-23 habuit causam] nisi causam habuerit α^{c2} : nisi habeat causam *Bw* 23 inde α(- *Bw*) : in infinitum *Bw* : deinceps β 24 est occisus] *inu.* β^{2} 25 quare exiuit domum] *hom.om. Gf, P*^{10b}, β^{2} domum 2] *om.* α^{c2} *(unde* quare exiuit *tantum suppl. mg. sec.m. P*^{10b}) 28 duo] dicens *F* prima] *om. Gf, PrF*, β^{2G} 30 ego] *om.* α^{c1}, *Bw* occidar] occidor α^{c1} 30-31 quod — accidens] cum ergo hoc quod occidar sit per accidens, non habet causam *F* 31 non] + semper α^{c1} 32 ponitur] necesse est poni *F* 33 uel non stat (statur *Md*^{b}) series] series (uel non stat *om.*) α^{c2} : uel non stat *P*^{10b}; uel non *L* : quod non stat *L*^{1}*Wr* : quod non stet β^{2Gg} 37 est] sit β^{2} 38 dupliciter] uidetur α^{c1} est] *om. Ba*^{1}, *F* : esse *Gf* : dicitur esse β^{2} 39-40 cum sit *(om. F)* uirtus incorporea] etsi sit unitus (uinctus *Gf*) corpori α^{c1} : cum sit in corpore *L*^{1}*Wr* 41 animam] *om. Pr* : animam rationalem *F* 41 subiacere] + corpori uel β^{1}

A. 5 Parall. : *C.G.*, III 93 et 94 ; *Comp. theol.*, I 138-139 ; *I*^{a}, q.116, a.1 et 4 ; *Q. de malo*, q.16, a.7, arg.14-18 et ad 14-18 ; *In Mathei eu.*, II, in uersic. 1 Vidimus ; *In Peryermenias*, I 14, u. 210-519 ; *In Met.*, VI, in 1027a29-b18. — Hic breuiter contrahere uidetur Thomas quae in sua expositione libri Peryermenias fusius explicauerat. 7 Videmus — euenire : Cf. ipse Thomas, *C.G.*, III 93 (t. XIV, p. 286a3-4) : « Videntes enim homines multa in hoc mundo per accidens contingere ». 12 Tullius : Cf. Thomas, *I*^{a}, q.116, a.1 : « Et hii fatum et prouidenciam negauerunt, ut de Tullio Augustinus recitat in V De ciuitate Dei [c. IX, CCSL 47, p. 136-140] » ; *In Mathei eu.* II, in uersic. 1 Vidimus : « et isti sustulerunt fatum, et ultra hoc omnem prouidenciam diuinam ; et fuit, secundum Augustinum, hec opinio Tullii ». 14-15 et isti — faris : Cf. Augustinus, *De ciuitate Dei*, V IX (CCSL 47, p. 138, 85-86 et 92-93) : « nisi forte ut fatum a fando dictum intellegamus, id est a loquendo... Hac itaque ratione possemus a fando fatum appellare » ; unde Thomas, *Comp. theol.*, I 138, u. 23-24 : « unde et fatum a fando est appellatum » ; *I*^{a}, q.116, a.1, arg.2 : « ut Augustinus dicit V De ciuitate Dei, fatum a fando dictum intelligimus, id est a loquendo » ; *In I Sent.*, d.39, q.2, a.1, ad 5 : « fatum dicitur a for, faris » ; *In Mathei eu.*, II 1 : « cum fatum dicatur a for, faris ». 18-19 Quidam — Stoici : Ex Augustino, *De ciuitate Dei*, V VIII ; cf. Thomas, *In Peryermenias*, I 14, u. 214-215, cum adn. in ed. Leon., I* 1, p. 74. 20-27 qui — moritur : Doctrinam « Stoicorum » ex Aristotele describit Thomas ; cf. *In Peryermenias*, I 14, 215-220 et 246-250, cum adn. in ed. Leon., I* 1, p. 74 et 75. 27-33 Aristotiles — causarum : Stoicis respondet Aristoteles ! Cf. *In Peryermenias*, I 14, 221, cum adn. ; 251-253. 34-37 Alii — syderum : Cf. *In Peryermenias*, I 14, 270-276, cum adn. (in *C.G.*, III 93, ed. Leon., XIV, p. 286a18, legendum est « uim positionis siderum », cum cod. autographo, Vat. lat. 9850, f. 68rb28).

ponere intellectum non differre a sensu, ut dicit Philosophus in II De anima, in fine; tamen per accidens et occasionaliter subditur anima celo, in quantum intellectus afficitur per passionem corporis, non tamen ex necessitate mouetur ab ea. Secundo, quia multa in rebus naturalibus contingunt que non accidunt ex necessitate celi, set per accidens, et non habent causam.

Alii reducunt omnia hec in causam supercelestem, scilicet in prouidenciam Dei, a qua omnia sunt predeterminata et ordinata. Et secundum istos, fatum erit quidam effectus prouidencie, quia prouidencia nichil aliud est quam ratio ordinis rerum prout est in mente diuina, fatum uero est *explicatio* illius *ordinis* prout est in rebus; unde Boetius : *Fatum* est inmobilis *dispositio rebus mobilibus inherens.*

Sic ergo accipiendo fatum, potest dici quod omnia subiciuntur fato. Vnde dicitur Osee II, super illud : *Non uocabit me ultra Baalim,* set *Vir meus,* quod idem est utrumque, set Deus noluit hoc, quia Baalim nomen erat cuiusdam dei gentium. Et ideo sunt uitanda nomina gentilium, cum quibus nec nomina conuenit habere communia. Et ideo Augustinus dicit : Si quis hoc modo intelligat fatum, *sententiam teneat, linguam corrigat*; ut non dicat fatum, set prouidenciam Dei.

<Questio 4>

Deinde quesitum est de angelis. Et circa hoc quesita sunt duo.

<a. 1 [6]>

Primo, utrum esse angeli sit accidens eius.

Et uidetur quod non.

Quia accidens intelligitur inesse alicui preexistenti; angelus autem non preexistit ipsi esse.

Contra. Hylarius dicit etc.

Responsio. Dicendum quod opinio Auicenne fuit quod unum et ens semper predicant accidens. Hoc autem non est uerum, quia unum, prout conuertitur cum ente, significat substanciam rei,

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 43-44 ut dicit Philosophus] *om. Pr* : ut dicit Aristotiles *F* 44 II (li° = libro *F*)] primo β 44 in fine] + quod nobi^{tas} (= nobilitas, *pro* uoluntas!) talis in hominibus qualis est in die, ducit etc. et isti non faciunt differre intellectum a sensu *F (cf. app. fontium)* 45 et — celo] *om. F* 45-46 in quantum] + scilicet α^{c1} 46 passionem] passiones α^{c1}, *F, L,* β^{2Gg} 47 ea] eis α^{c1} 48-49 quia — set] quantum ad res multas quas uidemus in rebus naturalibus, que non sunt necessitate illorum, scilicet que sunt *F* 50 et] que *F* 52 scilicet (siue *Pr*)] uel β 52-53 omnia sunt] *inu.* β^{2} 58-59 inherens rebus mobilibus *tr. F (cf. app. fontium)* 61 fato] + Non tamen est sic dicendum propter suspicionem huius nominis fatum, quo utuntur gentes (-tiles *Kr*^{1}*Kr*^{3}*Kr*^{8}) in suis erroribus β^{1p} 62 Non uocabit α^{c1} : Non uocab' *Md*^{b}, *L*^{1}, *PrF* : Non uocabis *Bw, Wr* : inuocabit *L* 62 set] + uocabit me α^{c1} 63 meus] + ibi dicitur α(- *F*) 64 dei α, *s.u. sec.m. P*^{10b} : *om.* β (ydoli *suppl.* β^{1p} : dee *suppl. ante* cuiusdam *M*^{4}) 65-66 Et ideo — quibus] *om. Md*^{b} 66-67 cum — communia] *om. F* 69 prouidenciam] prouidencia β 69 Dei] *ante* prouidenciam α^{c1} : diuinam α^{c2} (*ante* prouidenciam *F*)

2 angelis] angelo *F*, β^{1} 9 Contra — etc.] *om.* α^{c2} etc.] VII De Trinitate : Esse in Deo non est accidens α^{c1}

44 Philosophus in II De anima, in fine : Ar., *De anima*, II, 427a21-26, cum expositione Thomae, *In De anima*, II 28, 55-82 (sed codex *F* laudare uidetur adagium : « Talis est uoluntas in hominibus qualem in die ducit pater uirorum deorumque », cf. ed. Leon., t. XLV 1, Préf., p. 209*). 51-53 Alii — ordinata : Cf. *In Peryermenias*, I 14, 334, aliqui, cum adn. in ed. Leon., I* 1, p. 76. 53-59 Et — inherens : Cf. Boethius, *Philosophiae consolatio*, IV, pr. VI, 9-10 (ed. Bieler^{2}, CCSL 94, p. 80) : « nam prouidentia est ipsa illa diuina ratio in summo omnium principe constituta quae cuncta disponit, *fatum* uero *inhaerens rebus mobilibus dispositio* per quam prouidentia suis quaeque nectit ordinibus. Prouidentia namque cuncta pariter quamuis diuersa quamuis infinita complectitur, fatum uero singula digerit in motum locis, formis ac temporibus distributa, ut haec temporalis *ordinis explicatio* in diuinae mentis adunata prospectum prouidentia sit, eadem uero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum uocetur »; Boethii definitio fati a Thoma laudatur *C.G.*, III 93 (ed. Leon. XIV, p. 286b6, legendem est « rebus », sine « in ») ; *Comp. theol.*, I 139, u. 2-4 ; *I*^{a}, q.116, a.1, s.c. ; a.2, s.c. ; a.4, arg.3. 61 Osee II : 16 (*Biblia sacra*..., t. XVII, p. 85) : « et erit in die illo ait Dominus uocabit me Vir meus et non uocabit me ultra Bahali » (*uar.* Baalim). 63-65 idem — gentium : *Glosa ord.* (t. III, p. 357a) : « non baalim, quod similiter interpretatur Vir meus, quia etsi secundum ethimologiam posset dici, tamen idolorum odio non debet dici, ne in cultu Dei recordemur nominis idolorum, ne dum uirum nominet, idolum cogitet, quod potest esse, propter ambiguitatem uerbi. ex hoc habemus, ex solis uocibus inordinate prolatis heresim posse incurri ». 66-67 cum — communia : Adagium a Thoma saepius laud. : *In Boethium De Trin.*, q.2, a.3, arg.6 (ed. Leon., t. 50, p. 97, u. 43-44) ; *C.G.*, III 93 (t. XIV, p. 286b15-16) ; *Comp. theol.*, I 138, 37-38 ; *III*^{a}, q.16, a.8. Cuius adagii fons ultimus est Irenaeus, cf. supra, *Quodl. X*, a.15, u. 47-48, cum adn. 67 Augustinus : *De ciuitate Dei*, V 1 (CCSL 47, p. 128, 7-9) : « Quae si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei uoluntatem uel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat » ; a Thoma laud. *C.G.*, III 93 (p. 286b20-23) ; *Comp. theol.*, I 138, 42-45 ; *I*^{a}, q.116, a.1 ; *In Mathei eu.*, II, in uersic. 1.

A. 6 Parall. : *In I Sent.*, d.8, exp. primae partis textus ; *I*^{a}, q.3, a.4 ; q.44, a.1 ; q.50, a.2, ad 3 ; q.61, a.1. 9 Hylarius : *De Trinitate*, VII 11 (CCSL 62, p. 271, 34-36) : « Esse enim non est accidens nomen, sed subsistens ueritas et manens causa et naturalis generis proprietas », laud. a Petro Lombardo, *Sent.*, I, d.8, c.1, n.7 (ed. Brady, p. 96, 30-32), qui tamen pro « accidens nomen » habet « accidens Deo » ; unde ex Petro Lombardo Thomas, *C.G.*, I 22 (XIII, p. 69b6-7) ; *I*^{a}, q.3, a.4, s.c. (ubi legendum est « accidens Deo » cum codd ; perperam edd « accidens in Deo » ; cf. ed. Leon., t. IV, p. 42, cum adn. β) ; *Quodl. II*, q.2, a.1 [3], arg.2. 10 Auicenne : Cf. supra, *Quodl. X*, a.1, u. 55-61, cum adn. 12-13 unum ... conuertitur cum ente : Cf. supra, *Quodl. VI*, a.1, u. 24-25, cum adn.

et similiter ipsum ens; set unum, prout est principium numeri, significat accidens.

Sciendum ergo quod unumquodque quod est in potencia et in actu, fit actu per hoc quod participat actum superiorem; per hoc autem aliquid maxime fit actu, quod participat per similitudinem primum et purum actum; primus autem actus est esse subsistens per se; unde completionem unumquodque recipit per hoc quod participat esse. Vnde esse est completiuum omnis forme, quia per hoc completur quod habet esse, et habet esse cum est actu; et sic nulla forma est nisi per esse.

Et sic dico quod esse substanciale rei non est accidens, set actualitas cuiuslibet forme existentis, siue sine materia siue cum materia. Et quia est completio omnium, inde est quod proprius effectus Dei est esse, et nulla causa dat esse nisi in quantum participat operationem diuinam. Et sic proprie loquendo non est accidens.

Et ad id quod Hylarius dicit, dico quod accidens dicitur large omne quod non est pars essencie, et sic est esse in rebus creatis, quia in solo Deo esse est eius essencia.

<Q. 4, a. 2 [7]>

Secundo quesitum est utrum dyabolus cognoscat cogitationes hominum.

Responsio. Dicendum quod cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter : in se et per se, et in aliquo effectu.

Primo modo, solius Dei est; Ieremie XV : *Prauum est cor hominis et inscrutabile*; unde nec angeli sic eas cognoscunt. Cuius ratio est triplex. — Vna, propter debilitatem esse quod habent, eo quod <uix> supra gradum quo aliquid est ens in potencia, est gradus quo res sunt in anima. — Alia ratio est quia quod est in uirtute cause alicuius non potest cognosci nisi a causa que nata est mouere illam; uoluntatem autem mouet solus Deus; cum ergo omnes cogitationes dependeant a uoluntate sicut a sua causa, solus Deus eas

α : α^a *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^1 *(P*^{10b}*L)*, β^2 *(L*^{1}*)* 17 et in actu] *om.* α^{c1} fit actu] *om. Md*^{b} : fit in actu α^{c1} : fit autem actu *F* 19 per] *om.* α^{c2} 19-20 similitudinem] similem *F (cf. adn. sup.)*, β^2 21 per se] *om.* α^{c2} 23 completiuum] complementum α^{c1}, *M*^{4}, *Ed*^{20ss} : completum *Ed*$^{4-5}$, *Ed*^{19} 25 et habet esse] *om. Md*^{b}, α^{c1} : et esse habet *Pr* est^2] + in actu α^{c2} (= *PrF, mg. sec.m. P* ^{10b}) 26 per esse] per se β 28 set] + est *Md*^{b} 29 quia] + esse *Ed*^{2,4ss} 30 completio] complementum *Ed*^{19ss} 31 nisi in] uerum (+ non *L*) β (u'm *pro* n^i in) 32 participat] *om. Md*^{b} : *post* operationem diuinam α^{c1} 34 Et — quod^2] Set *(cetera om.) F* 34 ad id *suppl. cum* α^{c1} : *om. cett* 35 omne quod non] pro eo quod *F* 36 et sic est esse] scilicet *F* 37 eius] *post* essencia α^{c1} : ipsa *F*

5 cordis] cordium *Md*^{b}, *Pr* 7 XV] .3. *L* 8 inscrutabile] + quis cognoscet illud, dominus scrutans corda α^{c1} 8-9 unde — cognoscunt] et huiusmodi ratio est. quod in angelis non possit esse ista cognitio *F* 9 Cuius — triplex] triplex uia est *F* 10 Vna] Vno modo *Pr* : prima uia est *F* 10 debilitatem — habent] debilitatem esse quod habet ea que sunt in anima *Pr* : debilitationem quam habent ea que sunt in anima *F* 10 habent] + in eis α^{c1} 10-11 eo quod] quia α^{c1}, α^{c2} 11 uix *suppl.* : *om. codd, edd* supra gradum] sunt gradus β^2 13 in uirtute] cum ueritate *L* : in ueritate *Ed*^{8ss}(- *Ed*^{30}) 15 illam] illud α^{c1}

34-37 Et — essencia : Haec uerba laudantur a M. Heidegger, *Grundprobleme der Phänomenologie*, 1927, p. 129.

A. 7 Parall. : *Q. de uer.*, q.8, a.13 ; *I*^{a}, q.57, a.4 ; *Q. de malo*, q.16, a.8 ; *Resp. de 43 art.*, a.39 (ed. Leon., t. XLII, p. 334) ; *Resp. de 36 art.*, a.36 (p. 346) ; *In ep. I ad Cor.*, II, lect. 2. 7 Ieremie XV : Immo XVII 9 : « prauum est cor omnium et inscrutabile » (*Biblia sacra ...*, t. XIV, p. 118 ; omnium : hominum, hominis *uar.*), laud. a Thoma (semper hab. « hominis ») : *Q. de uer.*, q.8, a.4, s.c.8 ; a.13, s.c. ; *C.G.*, IV 17 (t. XV, p. 70b3-4) ; *I*^{a}, q.57, a.4, s.c. ; *Q. de malo*, q.16, a.8, s.c. ; *III*^{a}, q.59, a.2, arg.3 10-12 Vna — anima : Materia « habet esse imperfectum secundum ultimum gradum essendi, quia est esse in potencia » (*In I Sent.*, d.36, q.2, a.4, ad 2 : cf. *Q. de uer.*, q.2, a.5, u. 289-291 : « materia autem propter debilitatem sui esse, quia est in potencia tantum ... ») ; sed prope hunc ultimum gradum essendi est gradus essendi quem habent res in anima, quia est « esse spirituale » uel « esse intentionale » (cf. Thomas, *In de anima*, I 10, 191-195 ; II 24, 56 ; cum adn. in ed. Leon., XLV 1, p. 50 et 169), quod, cum sit relatiuum, est esse debilissimum, secundum Auerroem, *In Met.*, XI *(lambda)*, comm. 19 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 306raB) : (relatio) « est debilioris esse aliis predicamentis », a Thoma laud. *In I Sent.*, d.8, q.4, a.3, arg.4 ; d.26, q.2, a.2, s.c. ; *Q. de uer.*, q.27, a.4, s.c.5 ; *Q. de pot.*, q.8, a.1, arg.4 ; *In Phys.*, III 1, n. 6. Insuper esse intentionale, sicut esse accidentale, est esse diminutum : Ar., *Met.*, VI, 1027b33 - 1028a2, a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In Met.*, VI, textus 8 (Vat. lat. 2081, f. 68rb ; ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 152raB) : « dimittamus ergo ens quod est quasi accidens et quod est quasi uerum : causa enim unius non habet diffinitionem, et causa alterius est cognitio ; et utrumque est in genere diminuto generum entis et non sunt ex eis que significant esse entis », cum comm. Auerrois, comm. 8 (Ms., f. 68va ; ed., f. 152va H-I) : « dimittamus igitur perscrutari perscrutationem de ente quod est per accidens et de ente quod est ueridicans, scilicet quod est in anima. Ens enim quod est per accidens non habet causam terminatam, et quod est ueridicans non habet causam nisi animam ; et ideo utrumque numeratur in genere entis diminuti ; et ideo perscrutandum est de ente perfecto, quod est ens extra animam » ; a Thoma laud. *In IV Sent.*, d.1, q.1, a.4, qla 2 : « uirtus instrumenti ... (est) quoddam ens incompletum, sicut est uirtus inmutandi uisum in aere, in quantum est instrumentum motum ab exteriori uisibili. Et huiusmodi entia consueuerunt intentiones nominari et habent aliquid simile cum ente quod est in anima, quod est ens diminutum, ut dicitur in VI Methaphisice » (cf. d.8, q.2, a.3 ; *Q. de uer.*, q.27, a.4, ad 4 ; *Q. de pot.*, q.3, a.7, ad 7). Addendum Thomas, *In De sensu*, I, 4, 54-56 (ubi non agitur de modo essendi specierum in anima, sed in medio, qui tamen modus similis est) : « iste modus essendi propter suam inperfectionem appropinquat ad modum quo aliquid est in alio in potencia ».

cognoscet. — Alia ratio est quia angeli, illa que cognoscunt naturaliter, cognoscunt per species naturaliter inditas, et hee sunt species rerum naturalium, non autem cogitationum, quia hee non reducuntur ad causam naturalem, uel non pertinent ad cognitionem naturalium.

Tamen per effectus cogitationum cognoscunt cogitationes, sicut et homo facit. Tamen ipsi subtilius cognoscunt effectus qui causantur ex cogitationibus : nam secundum cogitationes homo afficitur aliqua passione et per has mouetur cor, et hos motus subtilius ipsi cognoscunt quam nos; et sic aliquid cognoscunt de cogitationibus cordis. Et hoc Augustinus dicit in libro De diuinationibus demonum, licet alibi dicat quod determinare in eis talem cognitionem sit presumptuosum.

<Questio 5>

Deinde quesitum est de celo. Et circa hoc duo quesita fuerunt.

<a. 1 [8]>

Primo, utrum celum uel mundus sit eternus.

Responsio. Dicendum quod non, set mundum incepisse est de numero eorum que cadunt sub fide, non sub demonstratione. Nam que dependent ex simplici uoluntate Dei possunt esse et non esse; et ad hoc quod sint, non inducit aliqua necessitas ex parte Dei; diuina autem bonitas, que est finis rerum, potest esse ita si non sit mundus sicut si sit.

<a. 2 [9]>

Secundo quesitum est utrum celum sit animatum.

Responsio. Dicendum quod de hoc diuersimode senserunt doctores ecclesie : Ieronimus enim super Ecclesiastes dicit quod sol est animatus; Damascenus hoc negat. Et hec differencia etiam est apud philosophos : Plato enim et Aris-

α : α^a *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^1 *(P*^{10b}*L)*, β^2 *(L*^{1}*)* 18 cognoscet] cognoscit α^{c1}, α^{c2} (*ante* 17 eas [ea *F*] α^{c2}) 18 Alia] Tercia α^{c1} 21 hee α^{c1} : hec *cett* 22-23 reducuntur — naturalium] reducuntur uel non pertinent ad cognitionem naturalium quia hec non reducuntur ad causam naturalem *Pr* : non pertinent ad causam naturalium *F* 24-25 per — Tamen] *hom.om. Md*^{b} 25-26 sicut — effectus] scilicet per passiones et motus α^{c1} 25 Tamen] cum *L*, *Ed*^{4ss} 25-27 ipsi — cogitationibus] angeli habent subtiliores affectus quam nos *F* 26 cognoscunt] cognoscant *L*, *Ed*^{30ss} effectus] affectus α^{c2} 29-30 ipsi — nos] cognoscuntur ab angelis quam a nobis *F* 30 cognoscunt] percipiunt *F* 31 cordis] cordium *Md*^{b}, *F* 31-32 diuinationibus] diuinatione *Pr* : diuina. *F* 32 alibi (ibi *F*) dicat] aliqui dicunt α^{c1} 33 talem] taliter α^{c1}

2 Deinde — celo] *om. F* 2-3 Et — fuerunt] *om.* α^{c2} duo] *om. L*, *Ed*^{2,4ss} : *post* 3 quesita *L*^{1} 3 quesita fuerunt] quesitum fuerit *Ed*^{20} : quesitum fuit *Ed*^{30ss} 5 Primo] *om. Pr* : Queritur *F* uel] siue α^{c2} 6 Responsio. Dicendum] Respondendum *L*^{1} Dicendum quod non] Non *Pr* : dicendum quantum ad presens quod mundus non est eternus *F* 6 set] et *F* 7 cadunt] sunt *F* 8 non] licet non cadat *F* 8 non sub] nondum *Md*^{b} : non (sub *om.*) *Gf*, β Nam] *om.* β 10 et ad (ex *L*) hoc] Ad hoc enim α^{c1} 10-11 et^2 — Dei] et ab ea non est aliqua necessitas quod res sint. huiusmodi autem dependent ex simplici uoluntate Dei *F* 11 autem] enim α^{c1} 12 rerum] rei β^1 esse ita] esse et est ita *F* : ita esse β 13 sicut] ergo *pr.m. Md*^{b} : quam *F*

2 Secundo] Deinde *Pr* : *om. F* quesitum est] Queritur *F* 4-5 diuersimodi — ecclesie] diuersi doctores ecclesie diuersa senciunt *F* 5 ecclesie] + Nam α^{c1} Ieronimus] + dicit β 6 enim] *om.* α^{c1} super] supra illud α^{c1} : *om. F* Ecclesiastes *Ba*^{1}*Gf*, *P*^{10b} : Ecclesiasten *Pr*, *L*^{1} : *om. F* : *obsc. cett* 6 Ecclesiastes] + Lustrans (lucrans *Gf*) uniuersa etc. α^{c1} dicit] *om.* β 6-7 animatus] + set α^{c1} 8 Plato] *obsc.* (ph^9, pli^9) β

31-32 Augustinus ... in libro De diuinationibus demonum : *De diuinatione daemonum*, V 9 (CSEL 41, p. 608, 3-6) 32 alibi : Augustinus, *Retractationes*, II XXX (CCSL 57, p. 114, 5-13).

A. 8 Parall. : Cf. supra ad *Quodl. III*, q.14, a.2 [31].

A. 9 Parall. : *In II Sent.*, d.14, q.1, a.3; *Q. de uer.*, q.5, a.9, ad 14; *C.G.*, II 70; *Q. de pot.*, q.6, a.6; *I*^{a}, q.70, a.3; *Q. de anima*, q.8, ad 3; *Q. de spir. creat.*, a.6; *Resp. de 43 articulis*, a.3; *In De celo*, II 3 et 13. 5 Ieronimus : Hieronymus, *Comm. in Ecclesiasten*, I 6 (CCSL 72, p. 255, u. 164-165), laud. in *Glosa ord.* (II, p. 694b) : « ... uel ipsum solem spiritum nominauit, quod animal sit et spiret et uigeat ». 7 Damascenus : Iohannes Damascenus, *Traditio orthodoxae fidei*, c. 20 (II 6), a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 83, 90-91) : « Nullus autem animatos caelos uel luminaria existimet : inanimati enim sunt et insensibiles ». 8 Plato : Cf. Augustinus, *De ciu. Dei*, XIII 16, u. 22-51 (CCSL 48, p. 397-398), nec non Macrobius (a Thoma laud. in *Q. de pot.*, q.6, a.6), *In Somn. Scip.*, I 14 (ed. Willis, p. 55-60), et Boethius, *In Isagogen*, ed. 2^a, II 5; III 4; IV 6 et 7 (CSEL 48, p. 184, 21-22; 209, 1-2; 257, 8-10; 259, 19-21). 8-9 Aristotiles : *De celo*, II, 285a29-31, a Gerardo Cremonensi transl. (ed. P. Hossfeld, in *Alberti Opera omnia*, ed. Col., V 1, p. 114, 73-74) : « Et dico iterum, quia si celum habet animam et est in eo principium motus, tunc sunt ei procul dubio sursum et deorsum et dextra et sinistra » (cf. a Michaele Scoto transl., in Auerroe, *In De celo*, II, textus 13, ed. Ven. 1562, t. V, f. 102ra B); 292a18-21, a Gerardo transl. (p. 171, 83-86) : « ... ipsa sunt uiua habentia operationem animalem »; a Michaele Scoto transl. (textus 61, f. 139vb) : « Dicamus ergo quod oportet nos intelligere ea esse uiua et habere actionem animalem »; cf. Thomas, *C.G.*, II 70 (t. XIII, p. 449b9-11) : « Vnde et in De celo dicit expresse quod celum est animatum » (cf. II 90, p. 549a6-8 et 550a16-17); *In De anima*, III 11, 113-114; *In Met.*, XII, in 1071a2-3; in 1072b14-16.

totiles ponunt corpora celestia animata esse; Anaxagoras non, et ideo legitur fuisse occisus.

Ego autem dico, secundum Augustinum, II super Genesim ad litteram, quod non refert ad fidem utrum sic uel aliter sit. Vnde hoc non determinat in Encheridion, addens quod, si ponamus corpora celestia esse animata, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudicandorum, scilicet angelorum et hominum et animarum <celorum>, quia ille anime computabuntur cum angelis. Et hoc sensisse uidetur ille qui fecit prefationem, cum dicit : *Celi celorumque uirtutes.*

Et ideo patet...

<Questio 6>

Deinde quesitum est de homine, quantum ad naturam et quantum ad graciam et quantum ad culpam.

Circa primum quesita sunt tria : primo quantum ad animam; secundo de cognitione anime; tercio de effectu cognitionis.

Circa animam quesita sunt duo.

<a. 1 [10]>

Primo, utrum anima perficiat corpus inmediate uel mediante corporeitate.

Responsio. Dicendum quod in nullo corpore est nisi forma substancialis.

Cuius ratio est triplex. Prima est quia, si plures, sequens non erit forma substancialis, que facit esse simpliciter, set solum accidentalis, que facit esse hoc. — Item, si sic, acquisitio forme substancialis non erit generatio simpliciter. — Item, quia non esset compositum ex anima et corpore unum simpliciter, set duo simpliciter et unum per accidens.

Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter : quandoque tres dimensiones, et hoc non est forma substancialis, set accidens; aliquando dicitur quedam forma ex qua prouenit trina dimensio, et hec non est alia a forma specifica.

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 9 celestia] supracelestia *Md*^{b} : supercelestia β 10 et] *om.* α^{c1} 11 II] *om.* α^{c1}, *L*^{1} 14 addens] addit α^{c2} 15 celestia] supracelestia *Md*^{b} esse] *om.* α^{c2} 16-18 iudicandorum — celorum] *om. F* 17-18 celorum *suppl. cum Pr, s.u. sec.m. P*^{10b} : caelestium *suppl. Ed*^{30} *: om. cett* 21 Et ideo patet...] Et ideo patet quid sit dicendum β^{2G} *(-B*^{2}*E*^{1}*Wr*^{5}*)*, *Lb*^{2} : Et ratio patet *Ed*^{2,4ss} : Et ideo potest dici quicquid homo uult circa hoc α^{c2} (= *PrF, sec.m. P*^{10b}) 5 Circa primum] Quantum ad primum *Pr* : Quantum ad naturam *F* 7 effectu cognitionis] cognitione effectus α^{c1} 8 Circa animam] De anima α^{c2} 10 anima] *om.* α^{c2} inmediate perficiat corpus *tr.* α^{c2} 11 uel mediante corporeitate] Secundo utrum cum semine traducatur. Ad primum uidetur quod non perficiat corpus inmediate, set mediante corporeitate (traducatur cum semine *F*; uidetur *om. F*; perficiat corpus *post* corporeitate *F*) α^{c2} 13 substancialis] + que facit esse simpliciter (*e u.* 15-16) α^{c1} 14 Cuius] huius α^{c2} (Et *praem. F*) 14 ratio est] *inu.* β^{1} si] + essent α^{c1} 15 plures — erit] ita esset quod preexisteret alia forma substancialis, sequeretur quod sequens non esset *F* 15 que] quia substancialis forma *F* : que non *L* 16 accidentalis] *om.* α^{c1} 17 hoc] + si ergo prima forma substancialis est, dat esse simpliciter *F* Item, si sic] § Alia ratio, quia *F* 18 simpliciter] + nec amissio corruptio simpliciter *Pr* : et amministratio nec corruptio *F* 19 Item] Tercia ratio *F* esset] erit α^{c2} : est *L* 22 corporeitas] + est α^{c2} 25 dicitur] etiam *Pr* : *om. F* quedam] aliqua *Pr* : quadam *F* ex qua] manente *F* 26-27 est — specifica] *om. F* 26 a] *om. Md*^{b}

10 Anaxagoras : Cf. Augustinus, *De ciu. Dei*, XVIII 41 (CCSL 48, p. 636, 33-35) : « Vnde miror cur Anaxagoras reus factus sit, quia solem dixit esse lapidem ardentem, negans utique deum... ». 11-12 secundum Augustinum, II super Genesim ad litteram : 18 (CSEL 28, p. 62), cum adn. in *Œuvres de saint Augustin, 48. La Genèse au sens littéral*, p. 612-614. 14 in Encheridion : XV 58 (CCSL 46, p. 80-81). 14 addens : Augustinus dicit tantum solem et lunam ad societatem angelorum pertinere, sed cf. ipse Thomas, *Q. de pot.*, q.6, a.6 : « Quod (caelestia corpora esse animata) tamen a pluribus modernorum reprobatum uidetur propter hoc quod, cum numerus beatorum ex solis hominibus et angelis secundum scripturam diuinam constituatur, non possent ille substancie spirituales nec inter hominum animas computari nec inter angelos, qui sunt incorporei. Set tamen Augustinus, in Encheridion, hoc etiam sub dubio relinquit, sic dicens : Nec *illud quidem certum* habetur, *utrum ad eandem societatem*, scilicet angelorum, *pertineant sol et luna et cuncta sidera, quamuis nonnullis lucida esse corpora non cum sensu uel intelligencia uideantur* ». 19-20 prefationem : Praefatio communis, in liturgia O.P., Ms. Roma Arch. Gen. O.P., XIV.L.1, f. 403v.

A. 10 Parall. : Cf. supra, *Quodl. XI*, q.5, a. unicus [5]; *Quodl. I*, q.4, a.1 [6].

<a. 2 [11]>

Secundo, utrum anima sit ex traduce.

Responsio. Dicendum quod Augustinus hanc questionem non determinat, set indeterminatam relinquit (<determinatur> libro De ecclesiasticis dogmatibus, set ille liber non est Augustini, set Gennadii); Gregorius etiam non uult determinare.

Tamen credendum est quod non.

Et est una ratio Philosophi, libro De animalibus, quod inpossibile est quod uirtus corporea producat id quod excedit corpus; uirtus autem seminis est uirtus corporea.

Alia ratio est, VII Methaphisice : quia enim quidam posuerunt quod forme naturales sunt ex creatione; cum enim materia aeris recipit formam ignis, aut inerat, et sic est latitatio, aut non, ergo fit de nouo, non ex aliquo, set ex nichilo, ergo creatur; — soluit Philosophus, quod forma non fit, sicut nec <est> ens uel esse habens, per se, set fit compositum, quia habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma que per se subsistat, illa habet per se fieri; anima autem habet esse per se subsistens, et remanet corrupto corpore; et ita oportet quod habeat suum fieri.

<Questio 7>

<a. unicus [12]>

Deinde quesitum est de cognitione hominis, utrum intellectus humanus cognoscat singularia.

Responsio. Dicendum quod aliquid cognoscitur dupliciter, directe et indirecte, scilicet per reflexionem.

Differt autem inter intellectum humanum et diuinum, quia humanus non cognoscit directe singulare, diuinus sic. Quia cognitio fit per simi-

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 2 Secundo] Secundo queritur α^{c1} : Ad secundum *Pr* : Queritur *F* 5 determinatur *suppl.* : *om. codd. edd (cf. app. fontium)* 6-7 set — Gennadii] *om. F* 7 Gennadii *Md*^{b} : *uariant cett* (g'nadii, gignadii, *etc.*) 9 Tamen credendum est] tamen credit α^{c1} : Tamen dicendum α^{c2} : Credendum est tamen (est *om. L*) β quod non] quod inpossibile est quod sit ex traduce *F* 12-13 producat — corporea] *hom.om. Md*^{b} : attingat ad productionem alicuius incorporei (corporei *Ba*^{1}); set anima est inmaterialis. Vnde et non utitur corpore in sua operatione. ergo etc. α^{c1} 12 producat] inducat β^{2} excedit] est supra *Pr* 13 corporea] + ideo inpossibile est quod producat illud quod est supra corpus. Tale autem quid est intellectus quia non est actus corporis *F* 14 VII Methaphisice] Auicenna (auic' *pro* 7 me^{ce}?) α^{c1} : *om.* α^{c2} *(cf. app. fontium)* quia enim] et alii *Ba*^{1} : quia enim et alii *Gf* 15 forme naturales] forme *Pr* : omnes forme *F* 17 aut^{1} — non] aut ergo hec erit ibi, ergo latitatio. si non ibi *F* 19 soluit Philosophus] soluitur questio *F* 19-23 forma — autem] non fit nisi quod est. forma autem ignis non ipsa est corporis. set est quo ignis est. et ideo ipsa non fit. set ignis. Si ergo aliqua forma fit que est subsistens. oportet quod fiat per se. et talis est anima rationalis. Et ideo sicut *F* 20 est *suppl. cum* α^{c1}, *sec.m. P*^{10b} : *om. cett* uel esse habens] *om. Pr* 21 quia] quod *Pr, Ed*^{2,4ss} 21-23 quia — fieri] ergo est eius fieri, cuius est esse α^{c1} 22 que per se subsistat] per se subsistens *Pr* illa] ita β^{1} (ista *sec.m. P*^{10b}) 23 autem] humana quia α^{c1} 23 esse per se] esse (per se *om.*) α^{c1} : esse suum *F* : per se esse β 24 et^{1}] quod α^{c2} 25 fieri] et cum sit inmaterialis, non potest fieri per generationem, set solum per creationem (*ex I*^{a}, q.118, a.2) α^{c1}

10 singulare] singularia α^{c1} diuinus] diuinus uero α^{c1} : set diuinus *F, L* : diuinus autem *Ed*^{2,4ss} cognitio fit] cognoscit *F, L*

A. 11 Parall. : *In II Sent.*, d.18, q.2, a.1 et 3 ; *Quodl. IX*, q.5, a.1 [11] ; *Quodl. XI*, q.5, a.un. [5], ad 1 et ad 4 ; *C.G.*, II 86-89 ; *Comp. theol.*, I 93 ; *Q. de pot.*, q.3, a.9 ; *I*^{a}, q.90, a.2 ; q.118, a.2 ; *In ep. ad Rom.*, V, lect. 3. 3-7 Augustinus — Gennadii : Cf. ipse Thomas, *Q. de pot.*, q.3, a.9 : « circa hanc questionem antiquitus diuersa dicebantur a diuersis. Quidam namque dicebant animam filii ex parentis anima propagari, sicut et corpus propagatur ex corpore. Alii uero dicebant omnes animas seorsum creari, set ponebant eas a principio extra corpora fuisse creatas simul et postmodum corporibus seminatis coniungebantur uel proprio motu uoluntatis, secundum quosdam, uel Deo mandante et faciente, secundum alios. Alii uero dicebant animas simul cum creantur corporibus infundi. Que quidem opiniones, quamuis aliquo tempore sustinerentur et que earum esset uerior in dubium uerteretur, ut patet per Augustinum in X super Genesim ad litteram et in libris quos scribit de origine anime, tamen prime due postmodum iudicio Ecclesie sunt dampnate et tercia approbata. Vnde dicitur in libro De ecclesiasticis dogmatibus : *Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas* credimus, *sicut Origenes fingit, nec cum corporibus per coitum* seminantur, *sicut Luciferiani et Cirillus et aliqui Latinorum presumptores affirmant... Set dicimus... corpus tantum per coniugii copulam seminari... ac formato iam corpore animam creari et infundi* ». — Quaestionem indeterminatam semper reliquit Augustinus : *De Genesi ad litteram*, X 21 (CSEL 28, p. 325, 21-22) : « Ego adhuc inter utrosque ambigo et moueor aliquando sic, aliquando autem sic » ; *Ep. 166, De origine animae* (CSEL 44, p. 545-585) ; *De natura et origine animae* (CSEL 60, p. 304-419) ; *Retrac.*, I 13 (CCSL 57, p. 10, 81-84) ; II 45 (p. 127, 7-8) ; II 56 (p. 135, 5-7) ; *Opus imp. contra Iulianum*, II 178, 3 (CSEL 85, 1, p. 299) : « quod me nescire confiteor ». — E contrario quaestionem determinat liber *De ecclesiasticis dogmatibus*, secundum Thomam, *I*^{a}, q.118, a.2 : « Set contra est quod dicitur in libro De ecclesiasticis dogmatibus, quod anime rationales non seminantur per coitum » ; cf. Gennadius, *Liber siue diffinitio ecclesiasticorum dogmatum*, c. 14 (P.L., 42, 1216). 7 Gregorius : *Registrum epistularum*, IX 148 (CCSL 140 A, p. 703, 131-139) : « de origine animae inter sanctos patres requisitio non parua uersata est... Grauis enim est quaestio nec ualet ab homine comprehendi... ». 10 Philosophi, libro De animalibus : Cf. Ar., *De animalibus*, liber XVI (= *De generatione animalium*, II, 736a24-b29), a Michaele Scoto transl. (Ar. Sem.-Lat., V 3, p. 72-74), ab ipso Thoma liberius contractus. 14-19 VII Methaphisice... Philosophus : Re uera potius quam ab Aristotele Thomas hic pendet ex Auerroe, *In Met.*, VII, 1034a30-b7, comm. 31 (ed. Ven. 1562, t. VIII, f. 180r-181v) ; unde per « quidam », u. 15, intelligendi sunt Auicenna et Plato, quos impugnat Auerroes ; cf. *In II Sent.*, d.18, q.2, a.3 ; *Quodl. IX*, q.5, a.1 [11], u. 67, cum adn. ; *In De sensu*, I 9, u. 166-176, cum adn.

A. 12 Parall. : *In II Sent.*, d.3, q.3, a.3, ad 1 ; *In IV Sent.*, d.50, q.1, a.3 ; *Quodl. VII*, q.1, a.3 [3] ; *Q. de uer.*, q.2, a.6 ; q.10, a.5 ; *C.G.*, I 65 ; *I*^{a}, q.86, a.1 ; *Q. de anima*, q.20 ; *In de anima*, III 2, u. 124-195.

litudinem cogniti in cognoscente, et hec est in intellectu nostro per abstractionem a condicionibus indiuiduantibus et a materia, et ideo, cum recta cognitio sit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi uniuersale. Intellectus autem diuinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam, set per extensionem sue essencie ad res, et hec similitudo, scilicet diuina essencia, in Deo est omnium que sunt in re expressa similitudo, et ideo directe cognoscit quicquid est in re, etiam quod pertinet ad materiam indiuidualem.

Set querens Philosophus, si separatus est intellectus, quomodo cognoscit que sunt in materia, dicit quod oportet quod hec cognoscat *aut alio,* sicut forma separata cognoscitur intellectu et coniuncta materie per ymaginationem, *aut* alio modo, scilicet per extensionem, in quantum coniungitur fantasie, que representat sibi fantasma, et sic indirecte cognoscit.

<Questio 8>

Deinde quesitum est de effectu cognitionis.

<a. 1 [13]>

Et primo utrum habitus sciencie acquisite remaneant post hanc uitam.

Responsio. Dicendum quod circa hoc est duplex opinio.

Quidam dicunt quod non, sequentes Auicennam in VI Naturalium, <qui ponit> quod species acquisite non remanent in intellectu possibili nisi quandiu intelligit. Quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species et retinet secundum modum suum; unde, cum ipse sit inmobilis, utpote inmaterialis et incorruptibilis, recipit species intelligibiles secundum modum suum, et nunquam inde recedunt. Et quod sint ibi etiam dum actu non intelligit, patet III De anima, ubi dicitur quod sunt in anima aliter quam dum actu intelligit, scilicet habitu.

Et sic dico quod remanent, siue in dampnatis siue in beatis, set destruuntur hii habitus scienciarum quantum ad modum sciencie, quia hic semper intelligit conuertendo se ad fantasmata, propter corpus, et non solum propter hoc fantasmatibus indigemus, set ad utendum huiusmodi speciebus. Et iste modus non erit tunc, quia non conuertet se ad fantasmata.

Contra. Non communicare salubre remedium seu quodcunque bonum, est contra caritatem; ergo etc.

Responsio. Aliter dicendum est hic simpliciter, et aliter in casu.

Simpliciter loquendo non tenetur, set male facit iurando: iuramentum enim non solum amittit uim quando iuramentum est illicitum, set iurando deierat. Quia iuramentum obligans debet

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 19 Sciendum igitur] *om.* α^{c1}, α^{c2} quod] *om.* α^{c2} 20 secundum se, scilicet] *om. F* 20-21 regem et mulierem] regem mulierem β^{1} : mulierem regem *Pr*, β^{2} : mulier rex *F* 21 ueritatem] ueritas *F* 21 sunt] + una genere uel *F* 22 generis] + Comparatio autem est ad res eiusdem generis *Pr* : Comparatio enim fit inter res unius generis *F* 22 Tamen] Item *F* 22-23 si — comparationem] si comparentur *Pr* : si consideremus quantum *F* 23 aliquem] *om. F* 24 possunt comparari] comparantur *F* 25-26 in — possunt] *om. F* conueniunt et possunt] conuenire possunt *Pr* 29-30 hominis quoddam] in homine. vnum *F* 30 est[2]] *om.* α^{c1}, α^{c2} animale] animal β 31 scilicet] *om.* α^{c2}, β 31-32 sensibile — duplex] *om. Pr* : Et hoc duplex *F* 32 practicum] actiuum *F* 33 speculatiuum] + ergo inmutatiuum uel est corporale uel sensibile uel intelligibile, practicum et speculatiuum *Pr, mg. sec.m. P* ^{10b} : + ergo inmutatiuum aliud corporale aliud spirituale uel intellectiuum *F* 34 inmutatiua *scr.* : mutatiua *Md*^{b} : inmutationem α^{c1} : inmutatiua uel inmutantia *obsc. Pr.* β : inmutandum *F* 34 naturaliter] naturalem α^{c1} 36 talenta] temulenta β^{1p} : temulentiam *Ed*^{20} 39 practicis] politicis *F* et in rebus humanis] *om.* α^{c2} 39-40 que potest homo facere] *om. F* 40 maximam] summam *F* habet] tenet *F* 41 summum et potentissimum] *om. F* 41 potentissimum] propriissimum *Md*^{b} : potissimum α^{c1}, β^{2} 43-44 intellectualibus, et inter] *om.* β 45-46 dignior — fortior] magis *F*

2 accipiens] aliquis accipiens α^{c1}, *F* 2-3 doctrinam alicuius] *om. F* 3 experimenti] experti α^{c1} : experiti α^{2} : experimentum *F* 7 uergat] sit *F* 7-8 dedit uel qui] *om. F* 8 docuit] + hoc α^{c1} 10-11 tale experimentum] *om. F* 11 non — detrimentum α^{c2} (= *PrF, mg. sec.m. P* ^{10b}*)* : non est in detrimentum α^{c1} : *om. Md*^{b}, β (non tenetur ex parte *suppl. Ed*^{2,4ss}) 12 cum] et *Ba*^{1} : *om. Gf, F* 12 teneatur] tenetur *Gf, F* 13 non — communicare] *om.* α(- *Pr*) 14-15 Non — bonum] hoc *F* 20 facit] fecit α^{c1}, *L*, *Ed*^{2,4ss} 20 iurando] + quod simpliciter loquendo non tenetur (teneatur + tali iuramento *P* ^{10b}), patet α^{c2} (= *PrF, mg. sec.m. P* ^{10b}) 20 iuramentum enim] quia iuramentum α^{c2} 20-21 enim — est] *om. Md*^{b} 21 amittit uim] *inu. Ba*^{1} : naturam amittit *Gf* 21 iuramentum est] iuratur *Pr* : quis iurat se facturum quid *F* 22 deierat] pegerat *uel* peierat β *(cf. supra, Quodl. V, a.16, u.* 12-13, *cum adn. crit.)*

prophetasse intellegendus est, quod inter quosdam iuuenes orta quaestione, quid amplius ualeret in rebus, cum reges unus dixisset, alter uinum, tertius mulieres, quae plerumque regibus imperarent, idem tamen tertius ueritatem super omnia demonstrauit esse uictricem». 35-36 facit per talenta loqui : *Ezrae III*, c. III 21 (p. 1915b) : (uinum) «omnia per talenta facit loqui». — Obscurior est uox «per talenta» (graece διὰ ταλάντων); cum talentum maxima sit mensura auri uel argenti, talentum in hac uoce idem ualere uidetur ac maxima quantitas (cf. *Thesaurus Graecae linguae* , ed. Didot 1854, t. VII, 1787 A), sicut Gallice «tonne» : uinum facit loqui uerba «par tonnes».

A.22 Parall. : De iuramenti obligatione, *In III Sent.*, d.39, q.un., a.3, qla 1 et 2; *Quodl. III*, q.5, a.2 [12]; *Quodl. V*, q.13, a.2 [27]; *II*^{a} *II*^{ae}, q.89, a.7 3 experimenti : Hic uerbo «experimentum» utitur Thomas ut uerbo proprio medicinae, quod idem ualet ac «remedium» (cf. u. 14) uel «curatio» (cf. u. 36) quam unusquisque medicus sua propria experientia inuenit. 7 uergat, *et* 11 uergit : Cf. supra, *Quodl. V*, a.27, u. 39, cum adn. 22-23 iuramentum — ueritatem : Cf. supra, *Quodl. V*, a.27, u. 34-37, cum adn.

habere *iudicium, iusticiam et ueritatem*; set, si iuro quandoque aliquid quod licet michi non facere, puta non ire ad ecclesiam, non licet iurare; quia, licet sit michi licitum pro aliquo tempore non facere uel dimittere huiusmodi bonum quod est ad ecclesiam ire, non tamen licet michi iuramentum interponere et animum obfirmare ad aliquod bonum non faciendum, quia hoc est facere contra Spiritum sanctum. Et ideo iuramentum contra omne id quod est de genere bonorum, est illicitum et non est seruandum.

Tamen in casu seruare tenetur, puta si ille sufficiens medicus presens esset et paratus esset curare et uti illo experimento in salutem corporalem aliorum.

Et sic patet solutio ad obiecta.

<Questio 14>

Deinde quesitum est de uirtutibus moralibus; et primo de uirtutibus secundum se; secundo specialiter de quodam actu iusticie, scilicet de restitutione.

<a. unicus [23]>

Circa primum quesitum est utrum uirtutes morales sint connexe.

Et uidetur quod non.

<1> Quia acquiruntur ex actibus, qui sunt diuisi et distincti; ergo potest acquiri una uirtus sine alia.

<2> Preterea. Augustinus dicit: Nichil contra diuinam sententiam dicit, qui dicit quod qui habet unam non habet omnes.

<3> Preterea. Virtutes habentur ex consuetudine, que requirit tempus.

Responsio. Dicendum secundum omnes sanctos et philosophos, quod sic.

Et, loquendo de uirtutibus in communi, duplex ratio assignatur a diuersis, secundum quod diuersimode locuti sunt de uirtutibus: uirtutes enim cardinales dupliciter accipiuntur ab aliquibus.

Quidam enim dicunt uirtutes esse quosdam modos generales qui requiruntur in omni uirtute, puta quod fortitudo est quecunque firmitas animi

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 23 habere] + comites tres α^{c1} *(cf. app. fontium)* si] et si α^{c1}, β^{2} : et ... si (quandoque *tr. ante* si) *Pr* 24 quandoque] *om. F* 24-26 quod — iurare] de quo licet iuramentum facere, numquid tenet? Non *F* 25-26 non^{1} — iurare] numquid licet me iurare non intrare religionem? Non *Pr* 26 michi licitum] illicitum β^{1} 26-27 pro aliquo tempore] *om.* α^{c2} 27 uel dimittere] *om.* α^{c2} huiusmodi] aliquid huiusmodi *Pr* : aliquod *F* 28 quod — ire] *om.* α^{c2} 28 non tamen] *inu.* α^{c2} 29 iuramentum interponere et] *om.* α^{c2} 29-30 animum obfirmare] *inu.* α^{c2} (conf- *Pr* : off- *F*) 31 facere] *om.* α^{c2} 34 seruare tenetur] *inu.* α^{c2} 34-35 ille sufficiens *scr.* : ille uel alius sufficiens *Md*^{b}, β : aliquis alius sufficiens α^{c1} : *om.* α^{c2} *(in casu proposito, unus et solus medicus experimentum cognoscit, quod secretum uult seruare)* 36 curare et] curare. tunc enim non deberet α^{c1} : *om. F* 38 patet solutio ad obiecta] patet ad obiecta *Pr* : soluitur questio *F*

9 uidetur] ostenditur *F* 10 Quia] + uirtutes huiusmodi *F* sunt] + periculosiori (!) *Ba*^{1} *(cf. adn. crit. ad u.* 72 peius) 11 ergo] Preterea α^{c1} 11 uirtus] *om.* α^{c2} 13 Preterea] Contra *F* 13-14 Nichil — quod] *om. F* 15 non] *om. L* 18 Responsio] Set contra est quod omnes uel saltem plures doctores dicunt eas esse connexas. § Respondeo *Wb* 18-19 sanctos et philosophos *scr. cum F* : sanctos *Ed*^{2,4ss} : philosophos *Pr* : sanctos uel (+ secundum β^{2Gg}) plures *cett (? plures = falsa lectio* pl'es *pro* ph'os) 19-20 sic. Et *scr. cum Pr, sec.m. P*^{10b} : uirtutes morales sunt connexe. Et *F* : sic. Sed *Ed*^{2,4ss} : *om. cett* 21 ratio] + connexionis α^{c2}

A.23 Parall. : *In III Sent.*, d.36, q.un., a.1 et 2; *In IV Sent.*, d.33, q.3, a.2, ad 6; *Q. de uirt. card.*, a.2; *I*^{a} *II*^{ae}, q.65, a.1; *In Eth.*, VI 10 et 11; *II*^{a} *II*^{ae}, q.152, a.3, arg.2 et ad 2. — Cf. O. Lottin, *La connexion des vertus chez saint Thomas d'Aquin et ses prédécesseurs*, in *Psychologie et morale aux XII*^{e} *et XIII*^{e} *siècles*, t. III, Louvain-Gembloux 1949, p. 195-252. 10-11 acquiruntur — distincti : Cf. Albertus, *In III Sent.*, d.36, a.1, s.c. 2 (29, p. 666a) : «Politice uirtutes generantur ex actibus; actus autem diuisi sunt et diuisim adsunt». 13 Augustinus : *Ep. 167*, III 10 (CSEL 44, p. 596, 11-12) : «non enim et ista diuina sententia est, qua dicitur : Qui unam uirtutem habuerit, omnes habet eique nulla est, cui una defuerit. sed hominibus hoc uisum est multum quidem ingeniosis, studiosis, otiosis sed tamen hominibus», laud. a Guillelmo Altissiodorensi, *Summa aurea*, lib. III, tr. 40, c. 1 (ed. Ribaillier, p. 763, 36-37), Alexandro de Hales, *Glossa in III Sent.*, d.36 (ed. Quaracchi, p. 445, 10-13), Philippo Cancellario, *Summa de bono* (ed. Wicki, p. 1078, 54-55), Alberto, *In III Sent.*, d.36, a.1, s.c.1 (29, p. 666a), Bonauentura, *In III Sent.*, d.36, a.un., q.3, fund. 1 (p. 797a); Thomas, *Q. de uirt. card.*, a.2, arg.12. 18 omnes : Re uera, ante quam c. 1246-47 Aristotelis Ethicorum Nicomacheorum liber VI a Roberto Grosseteste translatus est, omnes, non sancti, non philosophi, sed theologi de uirtutibus politicis dixerunt quod non, sequentes Guillelmun Altissiodorensem, *Summa aurea*, lib. III, tr. 40, c. 2 (ed. Ribaillier, p. 768-773). 25 Quidam : Hanc doctrinam primus adumbrauisse uidetur Alexander de Hales, *Glossa in III Sent.*, d.33 (ed. Quaracchi, p. 386-387), sed perfecta est a Philippo Cancellario, *Summa de bono* (ed. Wicki, p. 754-755, u. 7-26; p. 1071-1072, u. 77-97), quem secuti sunt Odo Rigaldus (ed. Lottin, *loc. laud.*, p. 225, u. 88-94), Anonymus (*ibid.*, p. 227, 50-68); Albertus, *De bono*, tr. I, q.6, a.2 (ed. Col., t. 28, p. 80-81). — At tamen hanc sententiam iam Stoicis attribuit recensio L Glossae Alexandri *In III Sent.*, d.36 (ed. Quaracchi,

in quibuscunque rebus, temperancia est moderancia animi in omnibus rebus, et sic de aliis. Et secundum istos necesse est quod uirtutes sint connexe, quia isti modi generales requiruntur in omni uirtute et, si aliquod horum defuerit, non est uirtus aliqua, quia, si temperancia rectitudinem non habeat, que est iusticia, uel non habeat animi firmitatem, que est fortitudo, et sic de aliis, non est uirtus. Et hunc modum Augustinus ponit III De Trinitate, et in III Sentenciarum Magister.

Alii autem accipiunt distinctionem harum uirtutum secundum determinatam materiam, sicut Aristotiles et Peripatetici. Vnde prudencia secundum Philosophum non est recta ratio in omnibus, set solum in agibilibus; similiter iusticia non dicit rectitudinem animi circa adequationem omnium rerum, set tantum circa commutationes et distributiones et actiones humanas que sunt ad alterum; fortitudo etiam dicit firmitatem animi non circa omnia, set circa ea in quibus est difficillimum animum fortem habere, scilicet circa pericula que sunt in bellis; temperancia uero est circa ea in quibus difficillimum est animum moderare, scilicet circa delectationes gustus et tactus, que sunt maxime delectationes, non in quibuscunque aliis concupiscenciis, sicut sciencie uel pecunie. Et sic etiam loquendo de uirtutibus, uirtutes morales sunt connexe. Cuius connexionis ratio accipitur secundum Philosophum ex parte prudencie, quia nulla uirtus potest haberi sine prudencia et inpossibile est habere prudenciam sine uirtutibus moralibus. Cuius ratio est quia prudencia nichil aliud est quam *recta ratio agibilium,* inpossibile est autem rectam rationem habere circa aliquid nisi ex recta ratione circa principia, principia autem agibilium sunt fines uirtutum, et circa fines uirtutum nullus bene se habet nisi per habitum illius uirtutis; et sic necesse est quod prudencia habeat secum alias uirtutes morales. Similiter alie non possunt haberi sine prudencia : potest enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus alicuius uirtutis sine prudencia, et quanto habet maiorem inclina-

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 28-29 moderancia] moderatio α^{c2} 31-32 isti — et] *om. F* 32 aliquod] aliquis α^{c1} : aliquid *F* 32 defuerit] + illud quod remanet *F* 33-35 si — aliis] si in rectitudine que est iusticia non est firmitas, non est uirtus. Et si hoc, non habet modum (*?* medium) et *F* 36 Et] + dat *L* 37 ponit] *om.* β^{1} *(cf. adn. sup.* ; ponit *suppl. sec.m. P*^{10b}*)* 37-38 Magister in III Sententiarum *tr. F*, β 41 Vnde] ut α^{c1}, *Pr* : Tamen *F* 42-43 non — agibilibus] non habet determinatam materiam, set est discretio et ratio respectu omnium agibilium. set alie sic *F (cf. Préf., p.* 157*a) 43-47 similiter — alterum] quia iusticia est rectitudo circa ea que in communicatione consistunt *F* 44-45 adequationem *scr. (cf. app. fontium)* : acquisitionem (adq-) *Kr*^{1}*Kr*^{8}*, Ed*$^{23,25-26}$: inquisitionem *cett* (43-45 inquisitionem — circa *hom.om. Kr)* 45 omnium rerum *scr. cum Pr* : causarum rerum α^{c1} : causarum omnium *Md*^{b}*Bw* : omnium causarum β (omnium creaturarum β^{1p}[-*Sz*]) : *deest F (cf. supra adn. ad u.* 43-47) 46 humanas] habitas β 48 omnia, set circa] *om.* β^{2} 48-51 est — quibus] *om.* α, β^{2} (difficillimum est animum firmum tenere, scilicet circa pericula mortis ; temperancia similiter non importat modum et moderationem animi in omnibus set solum in illis *suppl. Pr* : *aliter suppl. F* : *aliter dett)* 50-55 temperancia — pecunie] temperancia habet modum in maximis delectationibus et concupiscenciis et non in qualibuscunque *F* 51 est^{2}] + Temperancia etiam est *Md*^{b} 52-53 gustus — delectationes] *hom.om. Md*^{b} 53 non] + autem α^{c1} 53-55 non — pecunie] *om. Pr (cf. adn. ad u.* 50-55) 55 Et — uirtutibus] *om. F* etiam] *om.* α^{c1}, *Pr (deest F)* 56 uirtutes] Et hec *F* 56-58 Cuius — haberi] secundum ipsum. Et huius ratio est quia inpossibile est habere quamcunque uirtutem *F* 60 Cuius] Et huius α^{c2} 65 et — uirtutum] principia (-pium *Gf*) autem uirtutis α^{c1} 65-66 nullus bene (unde *L*) se habet] nullus in se habet α^{c1} : non potest homo bene se habere *F* 68-69 Similiter — prudencia] Et nisi habeat prudenciam, non habet alias *F* 69 prudencia] + quia proprium uirtutis moralis est facere electionem rectam, cum sit habitus electiuus ; ad hanc autem non sufficit inclinatio in debitum finem, quod fit (et sic *Ba*^{1}) per alias, nisi directe eligat ea que sunt ad finem α^{c1} *(ex I*^{a} *II*^{ae}, q.65, a.1 ; *cf. Préf., p.* 154*b) 69-72 potest — peius est] *om. Ba*^{1} 69-71 potest — prudencia] *hom.om. Pr* : licet possit habere aliquam inclinationem naturalem *suppl. F* 70 actus] actum *L*, β^{2Gg}

p. 453, 3-6) : « ubi legitur hoc in morali philosophia ... apud Ciceronem, qui fuit in hac opinione, quam habuit a Stoicis », et a magistro anonymo (ed. Lottin, *loc. laud.*, p. 229, 7). Nec mirum, cum pro ea adferat Philippus auctoritates Senecae et Tullii (p. 1069, u. 8-13 ; cf. p. 1072, u. 94-96). Recte laudat Philippus Ciceronem, *Tusc.*, II XIV 32 (quem laudat etiam Thomas, *In III Sent.*, d.36, a.1, s.c.2 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.65, a.1). Sed falso Senecae attribuit adagium (p. 1068, 8-9) : « Dicit Seneca quod omne quod bene fit, iuste fit et fortiter et prudenter et temperate » ; quod adagium laudant etiam Albertus, *In III Sent.*, d.36, a.1, arg.3 (29, p. 665a) ; Bonauentura, *In III Sent.*, d.36, a.un., q.3, opp. 1 (p. 796a) ; Thomas, *In III Sent.*, d.36, q.un., a.1 (ed. Moos, p. 1216-1217). Apud Senecam hoc adagium ad uerbum non inuenitur, sed fictum esse uidetur ex compluribus locis Senecae, uelut : *Ep. 66*, 15 : « In utraque (materia) enim quod fit, aeque recte fit, aeque prudenter, aeque honeste » ; *Ep. 67*, 10 ; *Ep. 77*, 6 : « magnum est honeste mori, prudenter, fortiter ». — De hac opinione, cf. Thomas, *In III Sent.*, d.33, q.1, a.1, qla 3 ; *Q. de uirt. in communi*, a.12, ad 23 ; *Q. de uirt. card.*, a.1, ad 1 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.61, a.4 ; *In Eth.*, II 8, u. 33-73. 36-37 Augustinus ... III *De Trinitate* : Immo VI *De Trinitate*, IV 6 (CCSL 50, p. 233-234, u. 1-13), a Thoma laud. *Q. de uirt. in communi*, a.12, arg.13 ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.65, a.1, s.c. et c. ; q.66, a.2, s.c. et c. 37-38 in III Sententiarum Magister : Petrus Lombardus, *Sent.*, III, d.36, c. 2, n. 3 (ed. Brady, p. 203), ubi laudatur « Augustinus in VI libro De Trinitate » (cf. adn. sup.). 41 Aristotiles : *Eth. Nic.*, lib. II-VI. 43-45 iusticia — rerum : Cf. ipse Thomas, *In III Sent.*, d.28, q.1, a.6, ad 4 : « iusticia (consistit) in adequatione rerum » ; d.33, q.3, a.4, sol.1 (ed. Moos, p. 1096, n. 376) : « et hec adequatio proprius modus iusticie est » ; *In IV Sent.*, d.14, q.1, a.1, qla 4, ad 4 ; sol.5 (ed. Moos, p. 589, n. 66 et 69) ; d.15, q.1, a.1, sol.2 (p. 644, n. 31) ; a.4, sol.1 (p. 661, n. 129) ; *Q. de uer.*, q.23, a.6, u. 53-58 ; *Q. de uirt. card.*, a.1, c. et ad 1 : « omnem rectitudinem adequantem actus humanos uocantes iusticiam ». 57 secundum Philosophum : Ar., *Eth. Nic.*, VI, 1144a11-1145a2, a Roberto Grosseteste transl. et ab Anonymo recogn., A.L., XXVI, p. 491,8-493,6. 61-62 recta ratio agibilium : Vox ficta ab Alberto, *Lectura in Eth.*, II, lect. 4 (ed. Col., XIV, p. 109, u. 64) : « ratio recta agibilium » ; a Thoma saepius usurpata ; cf. *In Eth.*, II 4, 44-45, cum adn. 71-73 et quanto — prudencia : Ar., *Eth. Nic.*, VI, 1144b10-12, ad sensum ; cf. ipse Thomas, *In Eth.*,

tionem sine habitu uirtutis, tanto peius est et plus impigere potest sine prudencia, sicut patet de illo qui habet fortitudinem naturalem sine discretione et prudencia. Et ideo dicit Gregorius : Cetere *uirtutes, nisi ea que* agunt *prudenter agant* etc.

Est et alia ratio connexionis in uirtutibus gratuitis, scilicet propter caritatem, in qua connectuntur, quia qui habet caritatem, habet omnes gratuitas, et similiter qui habet unam, habet caritatem.

Ad primum dicendum quod actus non sunt diuisi secundum Stoycos, quia non potest esse actus temperancie sine actu fortitudinis nec actus fortitudinis nisi cum actu temperancie etc.

Ad secundum dicendum quod hoc dicitur quia non probatur per auctoritatem Biblie.

Ad tercium dicendum quod non dicuntur morales a consuetudine, set a more. Et, dato quod indigeant tempore, tamen non habebis uirtutem nisi sis prudens.

<Questio 15>

Deinde quesitum est de restitutione, que est actus iusticie.

Et circa hoc quesita sunt tria : primo, de illis qui propter partes sunt extra ciuitates; secundo, de eo qui mala fide longo prescripsit tempore; tercio, de eo qui aliena consumpsit.

<a. 1 [24]>

Circa primum queritur utrum expulsi propter partes possint repetere bona sua ab illis qui sunt in ciuitate manentes.

Et uidetur quod non.

<1> Quia multi de hiis qui sunt in ciuitate culpam non habuerunt ad eorum expulsionem, et sic punirentur aliqui pro culpa alterius.

<2> Preterea. Expulsi fuerunt contra partem ecclesie, et sic iustum bellum : ergo actio est contra eos, et sic dampna eis non sunt restituenda.

<3> Preterea. Secundum Philosophum, cum mutatur ordo ciuitatis, non remanet eadem ciuitas; set cum mutatur dominium et principatus, mutatur ordo, et sic non est eadem ciuitas; ergo expulsi non pertinent amodo ad ciuitatem que prius erat; ergo ciues non tenentur eis ad restitutionem.

Contra. Qui spoliatur a raptore potest repetere et accipere ea que sunt sibi ablata; ergo et isti expulsi.

Responsio. Dicendum quod aut sunt expulsi iuste, scilicet propter eorum culpam, et sic non possunt repetere amissa; aut iniuste, id est sine culpa et sine debito ordine iusticie, et sic possunt

α : α^{a} (*Md*^{b}), α^{c1} (*Ba*^{1}*Gf*), α^{c2} (*PrF*) ; β : β^{1} (*P* ^{10b}*L*), β^{2} (*L*^{1}) 72 peius] periculosior *Gf* (*cf. Ba*^{1}, *adn. ad u.* 10) ; *ex I*^{a} *II*^{ae}, q.58, a.4, ad 3. 72-73 et — prudencia] *om. F* 73 impigere potest] impigit α^{c1}, *Pr (deest F)* 75 Et ideo (Vnde *F*)] + in II Moralium α^{c1} 76 etc.] uirtutes esse nequaquam possunt α^{c1} 78 scilicet] et hec est *F : om.* β 78-79 in qua connectuntur (-tantur α^{c1})] *om. F* 79 quia qui] qui enim α^{c1} omnes] + uirtutes β 80-81 caritatem] + et sic connexe *F* 82 primum] + ergo β 83 diuisi] distincti et diuisi α^{c1} (*cf. supra, u.* 11) secundum Stoycos α *(om. F)* : secundum β (+ *spatium uac. L*^{1} : habitus *suppl. sec.m. Wr, sec.m. s.u. P* ^{10b} [*sed* secundum Stoycos *mg. sec.m.* P ^{10b}] : uirtutes *suppl. Ed*^{2,4ss}) 84-85 nec actus fortitudinis α^{c1} : nec fortitudinis *Pr*, β^{2}, *Ed*^{2,4ss} : *om. Md*^{b}, *F*, β^{1} 85 etc.] et sic de aliis α^{c1} 87 auctoritatem] + uere α^{c1} 89 a^{1}] ex α^{c2} Et] Set α^{c2} 90 indigeant] indigerent (-ret *Gf*) α^{c1} habebis *Ba*^{1}, *Pr* : habebit *cett* 91 sis *Md*^{b}, *Ba*^{1}, *Pr : om. F* : sit *cett*

6 tempore] *ante* prescripsit α^{c2} (= *PrF, sec.m. P* ^{10b}) : *om.* β 7 consumpsit] concupiscit *Ba*^{1} : assumpsit *Pr* 10 repetere] expetere *Md*^{b}, β 14 ad ... expulsionem] de ... expulsione α^{c1} 15 alterius] + et sic iniustum *F* 16 Expulsi — partem] illi qui expulsi sunt fuerunt forte contra pacem *F* 17 iustum bellum] fuit iustum bellum α^{c1} : iustum est bellum *F* : iniustum bellum erat *Wb* ergo actio est] actum est *Pr : om. F* (*obscuriora sunt uerba ; an* : « donc il y a matière à action judiciaire contre eux » *? Forsitan pro* « g^{o} actio » *legendum sit* « exactio », *sensu primo quem habet uerbum apud Ciceronem, sed apud Thomam nusquam, nisi forte hic* : « expulsion » : « et ainsi l'expulsion est à leur encontre un acte de juste guerre ») 18 eis] + illata α^{c2} 20 Secundum Philosophum] secundum (+ *mg. sec.m.* philosophum) *P* ^{10b} : *om. L* 21 mutatur ordo] mutantur multi *F* remanet] est *F* 22-23 set — ciuitas] *hom.om. Pr*, β^{2} 22 dominium et principatus (-pium *Ba*^{1})] dominatus *F* 23-25 ergo — erat] *om. F* 28 sibi] *om.* β^{1} 30 Dicendum quod] distinguendum est hic (+ quia *Pr*) α^{c2} 31-33 et sic — iusticie] *om. Pr* 32-33 possunt ... possunt] licet ... licet *F*

VI 11, 52-54 : « si corpus fortiter moueatur absque uisu dirigente, accidit quod in quod mouetur *impingat* et fortiter ledatur » ; *Q. de uirt. in communi*, a.6, ad 4 : « sicut ponit Philosophus exemplum de ceco qui tanto magis leditur ad parietem *impingens* quanto fortius currit » ; *Q. de uirt. card.*, a.2, c. : « sicut equus si uisu careret tanto fortius *impigeret* quanto fortius curreret » ; *I*^{a} *II*^{ae}, q.58, a.4, ad 3 : « Huiusmodi enim inclinatio, quanto est fortior, tanto potest esse *periculosior*, nisi recta ratio adiungatur ... sicut equus currens, si sit cecus, tanto fortior *impingit* et leditur quanto fortius currit ». 75 Gregorius : *Moralium*, II XLVI 71 (CCSL 143, p. 101, u. 9-12) : « In domo fratris primogeniti conuiuantur filii quia nisi uirtutes reliquae sapientiae epulis repletae, ea que appetunt prudenter agant, uirtutes esse nequaquam possunt », a Thoma laud. *Q. de uirt. card.*, a.2, c. ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.47, a.14, s.c. 83 secundum Stoycos : Cf. supra, adn. ad u. 25. 88-89 non — more : Cf. ipse Thomas, *In Eth.*, II 1, u. 56-57 et 62-67, cum adn. in ed. Leon., t. XLVII 1, p. 77.

A.24 Cf. *Préf.*, p. 159*-160*. 20 secundum Philosophum : Ar., *Pol.*, III, 1276b1-15, a Guillelmo de Moerbeke transl., in ed. Leon., t. XLVIII, p. A 189, cum expositione Thomae, p. A 190-191.

repetere. Si autem habent superiorem, debent per superiorem petere sibi restitui; si autem non habent superiorem, ipsimet possunt, si possunt, recuperare.

Ad primum dicendum quod non punitur sic aliquis pro peccato alterius, set pro suo, quia maiores omnia faciunt auctoritate et fauore populi, et sic populus in fauendo maioribus fuit in culpa. Preterea, illud intelligitur de pena spirituali, qua nullus punitur sine propria culpa, non de temporali uel corporali, qua frequenter unus pro alio punitur.

Ad secundum dicendum quod in quantum iuste agunt, sunt pro ecclesia, in quantum iniuste, sunt contra ecclesiam.

Ad tercium dicendum quod, si sunt eedem persone, manifestum est quod tenentur; si alie, omnino non tenentur.

<a. 2 [25]>

Secundo queritur utrum ille qui mala fide prescribit teneatur ad restitutionem.

Et uidetur quod non.

<1> Quia lex dicit quod qui etiam mala fide prescribit, acquirit dominium.

Contra. Decretalis dicit quod tenetur nec acquirit dominium.

Responsio. Dicendum quod circa hoc est contrarietas ciuilis et canonici iuris, quia secundum ius ciuile talis prescriptio tenet, secundum ius canonicum talis prescribere non potest. Et ratio huius contrarietatis est quia alius est finis quem intendit ciuilis legislator, scilicet pacem seruare et facere inter ciues, que impediretur si prescriptio non curreret : quicunque enim uellet, posset uenire et dicere : "Istud fuit meum", quocunque tempore. Finis autem iuris canonici tendit ad quietem ecclesie et salutem animarum; nullus autem in peccato saluari potest nec penitere de dampno alieno nisi recompenset.

Et ideo dicendum quod, si quis prescribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem, etiam si sciat alienum fuisse post prescrip-

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 34-35 Si — restitui] *hom.om. Pr* 34 Si autem habent] tamen si habeant *F* 34-35 debent — restitui] per eum repetant *F* 36 possunt^{1}] debent *Pr* si possunt] *om.* α^{c1} : sibi *F* 38 primum] + ergo β 38-39 punitur ... aliquis (quis *Pr*)] puniuntur ... aliqui α^{c1} sic aliquis] *om. F* 39 set pro suo] *om. F* 40 auctoritate et] *om. F* 41-42 in fauendo — culpa] fauendo in causa *F* 42-43 illud — culpa] quod dicitur (obicitur *F*) : Nullus punitur pro peccato alterius, intelligitur de *(om. F)* pena spirituali α^{c2} 43 propria culpa] *inu.* β 44 temporali uel (et *Pr*) corporali *Md*^{b}, *Gf, Pr* : temporali *Ba*^{1} : corporali *F*, β 44-45 qua — punitur] *om.* α^{c2} 48 sunt *Md*^{b}, α^{c2} : agunt, sunt *L* : *om. cett* 48 contra] propter β (preter *multi dett* : contra *rest. Ed*^{2,4ss}) 50 si] set *Pr* : set si *F* : sibi β : si sunt *sec.m. P*^{10b}

2-3 mala fide prescribit (-psit *L*)] prescripsit mala fide α^{c1} 5 lex] *om.* β^{1} (constitutio *suppl. Wb*) : ex *L*^{1}, *pr.m. Wr* lex dicit] in lege ordinatur *F* 5 etiam] *om.* α^{c2} 6 prescribit] + tamen α^{c2} 10 ciuilis — iuris] iuris ciuilis et canonici *Pr*, β : inter ius ciuile et canonicum *F* 11-13 talis — potest] potest prescribere, set non secundum canonicum *F* 15 pacem seruare et facere] facere pacem α^{c2} : pacem seruare et stare *Ed*^{2,4ss} : pacem seruare et facere ... concordiam (*post* inter ciues) β^{2Gg} 15 inter ciues] in ciuitate *F* que] quod *F*, β^{1} 15-16 impediretur] + seruari α^{c1} 16 si] si inter ciues β^{1} : sunt ciues β^{2} prescriptio non curreret] *om. F* 16 enim] *om.* α^{c2} 17 posset — dicere] ueniret *F* 18-20 iuris — autem] *hom.om. Md*^{b} 19 ecclesie] temporalem *F* 20-21 saluari potest nec] de commisso potest bene *F* 21 de dampno alieno] de dampno uel de alieno *Md*^{b}, β : de dampno illato uel (+ de *P*^{10b}) alieno *Pr, sec.m. P*^{10b} : *om. F* 22 prescribat] prescribit α^{c1}

A.25 Parall. : *In IV Sent.*, d.41, a.5, qla1, arg.2 et ad 2. — A fine saec. XII usque hodie, «circa hoc est contrarietas ciuilis et canonici iuris», immo controuersia est inter canonistas et theologos; cf. Raimundus de Pennaforte, *Summa de penitencia*, lib. II, tit. v, n. 33 (ed. X. Ochoa et A. Diez, t. B, col. 507-510); *Glosa ord. in Decretales Gregorii IX*, lib. II, tit. XXVI, c. 5 et 20 (ed. Venetiis 1591, p. 607-608 et 620-621); Hostiensis, *Summa aurea*, lib. II, De prescriptionibus rerum immobilium (ed. Lugduni 1556, praesertim f. 168r-v). — Minus recta de hac quaestione retulit J.-M. Aubert, *Le droit romain dans l'œuvre de saint Thomas* (Bibl. thomiste 30), Paris 1955, p. 70-71. 5 lex : Legem ciuilem ueri simile est non laudare Thomam nisi ex decretali Alexandri III; cf. adn. inseq. 7 Decretalis : Alexandri III, in *Decretales Gregorii IX*, lib. II, tit. XXVI, c. 5 (Friedberg, II, 383) : «Vigilanti studio cauendum est ... ne malae fidei possessores simus in praediis alienis ... quoniam nulla antiqua dierum possessio diuino iure iuuat aliquem malae fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se nouerit aliena possidere, quum iure etiam bonae fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim legislator [Theodosius II, † 450] ... solum propter uitandam miserorum segnitiem et longi temporis errorem et confusionem primus tricennali uel quadragenali praescriptioni uigorem legis imposuit. Nobis autem tam in rebus cognitis quam in rebus latentibus placuit non habere uigorem»; confirmata sub Innocentio III in concilio generali Lateranensi IV (ibid., c. 20; II, 393). 10 contrarietas : Cf. Hostiensis, *Summa aurea (loc. laud*, f. 168ra) : «Verum, quicquid dicant legiste, et aliqui magistri ... nullus potest per prescriptionem rem alienam corporalem acquirere, nisi habeat bonam fidem atque continuam». 22-25 si quis — prescriptionem : Haec est sententia communis, non theologorum, sed canonistarum, etsi Raimundus de Pennaforte *(loc. laud.)* aliquem habere posse conscienciam remordentem, quam debet sequi, concedit, quam conscienciam remordentem erroneam esse contendit Hostiensis (*loc. laud.*, f. 168rb-va) : «Set quid si iam completa prescriptione conscienciam rei aliene incipiat habere ... numquid ... debet reddere? Theologi dicunt quod sic ... Magistri canonum communiter contradicunt ... Alanus [Anglicus, c. 1208] uolens concordare theologos et magistros distinxit ... Goffredus dixit quod sententia theologorum consilium est, non necessitas ... Michi uidetur quod in hac questione consciencia theologorum est nimis angelica, sicut et sententia legistarum ... est nimis sensualis ... In utraque ergo dico standum esse canonibus ... si quis credit peccare mortaliter retinendo rem prescriptam legitime, ipsum non theologum iudico, set fraudulosum, cum id timeat quod nulla suspicione est dignum».

tionem, quia lex potest aliquem pro peccato et negligencia punire in re sua et illam alteri dare et concedere. Sed qui mala fide prescribit, tenetur emendare et satisfacere reddendo dampnum quod alii intulit.

Ad primum ergo dicendum quod uerum est quod omnia sunt principum, ad gubernandum, non ad retinendum sibi uel ad dandum aliis; et, si que leges tales sunt, tyrannice sunt et non absoluunt a consciencia, set a iudiciali foro et uiolencia.

<Q. 15, a. 3 [26]>

Tercio queritur utrum ille qui rem alienam consumpsit teneatur ad restitutionem.

Et uidetur quod non.

<1> Quia ille cuius res fuerat non habet actionem in consumptorem, intellige : si ius habet casum in prescriptione.

Contra. Iste mala fide possedit alienum, quod consumpsit.

Responsio. Dicendum quod tenetur. Cuius ratio est quia quilibet tenetur ad faciendum iusticiam alteri; consistit autem iusticia in quadam equalitate, unde nisi reintegretur equalitas, non potest aliquis esse iustus; inequalitas autem fuit quod consumpsit rem non suam; et ideo oportet quod reddat.

Ad primum dicendum quod, licet non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius ciuile, habet tamen secundum ius diuinum, cuius finis est salus animarum, et ideo ei repugnat.

<Questio 16>

Deinde quesitum est de officiis, quatuor : primo, de officio expositorum sacre scripture; secundo, de officio predicatorum; tercio, de officio confessorum; quarto, de officio uicariorum.

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *PrF)* ; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 25-27 quia — concedere] *om.* α^{c2} 27-28 prescribit — reddendo] non potest satisfacere de peccato nisi emendando et hoc nisi reddat *F* 29 alii] *post* intulit α^{c2} (aliis *Pr*) : *om.* β 30 ergo] *om.* α^{c1}, α^{c2} 30 dicendum quod] *om. Pr* : quod obicit *F* uerum est] *post* 31 principum α^{c2} 32 retinendum] recipiendum β^{1} sibi — aliis] et donandum *F* 34 iudiciali foro] *inu.* α^{c2} 34-35 et uiolencia] *om.* α^{c2}

2 Tercio] Ad tercium sic proceditur *Pr, Wb* queritur] *om. Md*^{b} : et queritur *Wb* : querebatur *L*^{1} : uidetur *Pr* utrum] quod *Pr* 3 consumpsit (-serit *L*^{1})] + non *Pr* 4 Et — non] *om. Pr* 5 fuerat] fuit *Md*^{b}, *F* : fuerit *? Pr* : fuerant β^{2} : seruat α^{c1} 6 intellige *obsc. codd* (intelligencie, intelligere, *etc.*) 6-7 intellige — prescriptione] *om.* α^{c2} : secundum ius ciuile *Wb* 8 Iste] *om.* α^{c2} 8-9 alienum quod consumpsit] *om. F* 12 alteri] *om. F* consistit autem iusticia] hec constat *F* 17 primum] + ergo β 19 secundum ius diuinum] iure diuino *F* 19-20 cuius — repugnat] quia repugnat fini eius qui est salus animarum α^{c2} (quia repugnat *om. Pr*) 20 ei repugnat] *inu.* α^{c1} *(an supplendum pauca uerba, uelut :* <quicquid peccatum importat> *?)*

2 Deinde] *om. F* quesitum est] Queritur *F* : quesita sunt β quatuor] de quatuor *F* : Circa quod quesita sunt quatuor *Pr : om.* α^{c1}, β^{2} 3 primo] scilicet *F* sacre] *om. F* 4-5 secundo — uicariorum] predicatorum. confexorum. vicariorum *F* 5 uicariorum] mortuorum *L*

25-26 pro... negligencia punire : Haec est praescriptionis causa ab ipso legislatore data (cf. supra, ad u. 7 : « propter uitandam... segnitiem »), et a magistris canonum iterata : Raimundus (*loc. laud.*, col. 508) : « odium negligentis petere rem suam » ; *Glosa ord.* (p. 607b, 7 ab imo) : « propter uitandam negligentiam » ; (p. 621a, 7 ab imo) : « negligentiam non petentis rem suam » ; Hostiensis (f. 170va) : « negligentiam non petentis, quam leges considerant ». 26-27 illam alteri dare et concedere : Haec est ratio quam fusius explicat Hostiensis (f. 168rb-va) : « Ego tamen de illis (qui conscienciam remordere posse putant) non sum, quia non uideo rationem nisi contrariam. Nam ex quo prescripsi aliquam rem, dominium acquisiui... et hoc auctoritate iuris, quod, cum essent omnia communia, etiam per uiolentiam ab initio res diuisit... et fecit per certos modos hoc meum et hoc tuum... Nunquid ergo, si per prescriptionem legitimam rem alienam acquisiui, habeo de cetero rei conscienciam aliene? Absit, immo mee, quia et mea facta est. Vnde et auctoritate iuris, necessitate famis instante, possum rem alterius occupare sine pena furti et comedere..., sic et si princeps michi rem alienam dederit, non habeo rei aliene conscienciam, set mee, quia hoc facere potest, cum sit mundi dominus... nam hoc est ius principis, quod potest rem alienam donare, quia, quantumcunque aliena sit, ipse tamen est dominus... Et, licet aliqui intelligant quod omnia sint principis quo ad iurisdictionis tuitionem et defensionem, uerius est tamen quod etiam quo ad proprietatem et maius dominium, et ut in alium dominium possit transferre, non solum quo ad utilitatem uel fructuum perceptionem; ideo potius uidetur dare suam quam alienam ». 30-35 uerum — uiolencia : Hic uidetur Thomas rationem Hostiensis (cf. adn. sup.) restringere.

A.26 Parall. : De restitutione in generali : *In IV Sent.*, d.15, q.1, a.5 ; *II*^{a} *II*^{ae}, q.62. — Cf. K. Weinzierl, *Die Restitutionslehre der Früscholastik*, München 1936 (usque ad Guillelmum Altissiodorensem) ; Id., *Die Restitutionslehre der Hochscholastik bis zum hl. Thomas von Aquin*, München 1939. 5-6 ille — consumptorem : Cf. Guillelmus Altissiodorensis, *Summa aurea*, lib. IV, tr. XI, q.2, s.c. (ed. Ribaillier, p. 300, 16-18) : « Iste cuius fuit illa res, non habet actionem contra istum secundum ius humanum, quia non potest uendicare aliquam rem quam iste habeat ». 19 secundum ius diuinum : Cf. Guillelmus Altissiodorensis (*loc. laud.*, p. 301, 35-40) : « ius naturale dictat iniustum esse quod aliquis in iacturam alterius de re aliena fiat locupletior. Sed istud ius naturale ius diuinum est; ergo... secundum ius diuinum tenetur restituere ».

<a. unicus [27]>

Circa primum quesitum est utrum omnia que doctores sancti dixerunt sint a Spiritu sancto.

Et uidetur quod non.

<1> Quia in suis dictis sunt aliqua falsa : nam in suis expositionibus quandoque dissonant; non potest autem esse uerum quod dissimile uel dissonum est, quia utraque pars contradictionis non potest esse uera.

Contra. Ad eundem pertinet facere aliquid propter finem et perducere ad illum finem; set finis scripture, que est a Spiritu sancto, est eruditio hominum; hec autem eruditio hominum ex scripturis non potest esse nisi per expositiones sanctorum; ergo expositiones sanctorum sunt a Spiritu sancto.

Responsio. Dicendum quod ab eodem Spiritu scripture sunt exposite et edite. Vnde dicitur, I Corinthiorum II : *Animalis homo non percipit ea que* Dei sunt..., *spiritualis autem* etc.; et precipue quantum ad ea que sunt fidei, quia fides donum Dei est. Et ideo interpretatio sermonum numeratur inter alia dona Spiritus sancti, Corinthiorum XII.

Ad primum ergo dicendum quod gracie gratis date non sunt habitus, set sunt quidam motus a Spiritu sancto; alias, si essent habitus, propheta quando uellet per donum prophetie reuelationem haberet, quod falsum est. Et ideo de aliquibus occultis reuelandis aliquando tangitur mens a Spiritu sancto et aliquando non, set aliqua eis occultantur. Vnde dixit Heliseus, IV Regum III : *Et dominus celauit a me.* Aliquando etiam aliqua dicunt a se ipsis, sicut patet de Nathan, qui consuluit Dauid quod edificaret templum, postea autem a Domino reprehensus et quasi retractans prohibuit hoc ipsi Dauid ex parte Dei. Hoc tamen tenendum est quod quicquid in sacra scriptura continetur uerum est; alias qui contra hoc sentiret, esset hereticus. Expositores autem in aliis, que non sunt fidei, multa ex suo sensu dixerunt, et ideo in hiis potuerunt errare. Tamen dicta expositorum necessitatem non inducunt ut necesse sit eis credere, set solum scriptura canonica, que in ueteri et in nouo Testamento est.

<Questio 17>

Deinde quesitum est de predicatoribus. Et circa hoc quesita sunt duo.

<a. 1 [28]>

Primo, utrum aliquis possit predicare propria auctoritate, ita ut liceat predicare sine licencia prelati.

α : α^{a} *(Md*^{b}*)*, α^{c1} *(Ba*^{1}*Gf)*, α^{c2} *(PrF)*; β : β^{1} *(P*^{10b}*L)*, β^{2} *(L*^{1}*)* 7-8 Circa — dixerunt] Primo igitur queritur de hiis que sancti doctores dixerunt, vtrum *Md*^{b} : Circa primum queritur utrum omnia que dicunt expositores *F* 10-14 Quia — uera] quia in expositionibus aliquando multa falsa dicuntur. quia non est uerum quod est dissonum. et isti dissonant. sicut Ieronimus et Augustinus. et sic non dicunt uerum. ergo non est a Spiritu sancto *F* 16 et — finem] ad quem spectat ad finem ducere α^{c1} illum] *om. F* 17 scripture — sancto] a Spiritu sancto que sunt scripture β^{2} 18 hec — hominum] que *Md*^{b}, *F* 18-19 ex scripturis] ex scriptura α^{c1} : *om. F*, β^{2} 20 expositiones sanctorum sunt] *om. F* 22 quod] + sic, quia *Pr* : a spiritu sancto loquntur, quia *F* 23 Vnde] ut β^{2} : *om. F* 23 dicitur] *om.* α^{c1}, *F : post* 24 II *Pr* 23-24 I Corinthiorum II] I ad Corinthios II *Gf* : Apostolus *F* 25 Dei sunt] sunt Spiritus dei α^{c1} 25 etc.] homo diiudicat omnia α^{c1} : iudicat omnia *F* 27 numeratur] computatur (*post* 28 sancti) *F* 28 alia] *om. F* 28 Corinthiorum XII] I *(om. L, L*^{1}*)* ad Corinthios XII β : *om. F* 29 ergo] *om.* α^{c1}, α^{c2} 30 habitus non sunt *tr.* α^{c1} 31 propheta] prophetaret quis *F* 32-33 per — falsum est] set hoc non *F* 34 aliquando] *ante* 33 de aliquibus *tr.* α^{c1} : *post* 35 sancto *Pr* : *om. F, L*^{1} 34 tangitur mens] propheta tangitur *F* 36 III] IV α^{c1} *(cf. app. fontium)* 37 a me] + et non indicauit michi α^{c1} 39-40 postea — Domino] qui postea a deo α^{c1} : et tamen *F* 40 reprehensus] est *praem.* α^{c1}, *Pr, add. F, pr.m.* P^{10b} 40-41 et — Dei] *om. F* 42 quicquid] + est *F* 43 continetur] *om. F* 43-44 alias — sentiret] aliud dicens *F* : vnde qui aliter sentiret *Wb* 45 in — sensu] aliqua de sensu suo *F* 46 in hiis] in hoc *F : om.* α^{c1}, β^{1} errare] deficere *F* Tamen] ideo α^{c1} : set *L* 47 dicta expositorum] ipsi expositores *F* non inducunt necessitatem *tr.* α^{c2} 47-48 ut — credere] in sacra scriptura *F* 48-49 canonica] aliqua *Pr* 49 que — est] *om. F* est] + contenta α^{c1}

3 circa] de α^{c1} duo] tria *Pr, Wb* (2-3 Et — duo *om. F*) 5 Primo utrum] utrum scilicet *F* 6 ita ut] id est utrum α^{c1} : Secundo utrum aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere predicationem. § Tercio utrum liceat predicatoribus recipere elemosinas (in predicationibus liceat elemosinas accipere *F*) ab usurariis. Ad primum (+ sic proceditur *Pr*). Videtur quod α^{c2} 6 ita — predicare] *om. Wb* 7 prelati] + sui β : + sui. Secundo utrum aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere predicationem. Tercio utrum liceat predicatoribus recipere elemosinas ab usurariis. Ad primum sic proceditur. Videtur quod possit predicare quis sine licencia prelati sui *Wb*

A.27 Parall. : *I*^{a}, q.1, a.8, ad 2; *II*^{a} *II*^{ae}, q.171, a.2 et 5. 17-18 eruditio : Latinitatis christianae uerbum proprium est, quo designatur non doctrina profana, sed haec diuina sapientia quae mentes hominum excolit in Lege Dei (qua mira eruditione clarificauit Deus ipsum Thomam). 23-24 I Corinthiorum II : 14-15 (ed. Wordsworth-White, t. II, p. 185-186; ea que sunt spiritus Dei; autem + iudicat [diiudicat *uar.*] omnia). 28 Corinthiorum XII : *Ep. I ad Cor.*, XII 10. 36 IV Regum III : Immo IV Regum IV 27. 38-41 sicut — Dei : Cf. II Regum VII 1-17.

A.28 Parall. : *In IV Sent.*, d.19, q.2, a.2, qla 2, ad 4; *In ep. ad Rom.*, X, lect. 2, in uersic. 15.

Et uidetur quod sic.

<1> Quia predicare est bonum alii facere; set debemus *bonum* operari *ad omnes,* Galatarum VI; ergo etc.

<2> Preterea. Dicitur Ecclesiastici <XVII> : *Vnicuique mandauit* Deus *de proximo suo*; ergo etc.

Contra. Romanorum X : *Quomodo predicabunt, nisi mittantur?*; ergo etc.

Responsio. Dicendum quod nullus, quantumcunque sciencie magne uel quantumcunque sanctitatis, nisi missus a Deo uel a prelato, predicare potest, quia nullum agens natum est agere nisi supra debitam materiam ministratam; predicatio autem est exhortatio et doctrina, si sit publica, respiciens totam ecclesiam; tota autem ecclesia et cura publica ecclesie commissa est prelatis; et ideo nullus debet aliquid exercere quod requirat auctoritatem publicam nisi auctoritate prelati.

Ad primum dicendum quod cuilibet licet facere bonum sibi proportionatum, non autem quodcunque bonum.

Ad secundum dicendum quod mandauit Deus monere proximum priuata monitione et familiari.

<Q. 17, a. 2 [29]>

Secundo, utrum aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere predicationem.

Et uidetur quod non.

<1> Mathei X : *Nolite timere eos qui occidunt corpus,* dicitur predicatoribus; ergo timore principum non debent dimittere.

<2> Preterea. Actuum IV : *Deo oportet magis obedire quam hominibus*; set Deus precipit precipue prelatis quod predicent, II Timothei IV : *Predica uerbum* ; ergo etc.

<3> Preterea. Nullus debet obedire alicui in eo in quo peccat precipiens; set princeps peccat prohibendo hoc; ergo etc.

Contra. Actuum : Quia *repulistis* regnum Dei etc. — Preterea. Mathei <X> : Si uos persecuti fuerint *in* una *ciuitate, fugite in aliam.*

Responsio. Dicendum quod hic est opus duplici distinctione.

Quia, quando aliquis prohibetur predicare, uel prohibetur solum a tyranno, aut simul a tyranno et populo. Si primo modo, sic, cum de multitudine sint aliqui qui audire uolunt, non est

α : α^{a} (*Md*^{b}), α^{c1} (*Ba*^{1}*Gf*), α^{c2} (*PrF*); β : β^{1} (*P*^{10b}*L*), β^{2} (*L*^{1}) 8 Et — sic] *om.* α^{c2} 9 bonum alii facere] facere bonum alicui *Pr* : bonum facere *F* 10 set — omnes] cuilibet autem licet bene facere *F* 10-11 Galatarum — etc.] *om.* α^{c2} 11 VI *scr.* : *om. Md*^{b} : VIII α^{c1} : 5 *P*^{10b} : 2 *L, L*^{1} 12 Dicitur] *om.* α^{c1}, α^{c2} 13 XVII *suppl. : lac. Md*^{b}, β^{2} : XXVII *Ba*^{1} : 1 *Gf* : 4 β^{1} : *om.* α^{c2} 17-18 quantumcunque] quantecunque *F, sec.m. L* 18 sciencie magne] ingenii *Md*^{b} quantumcunque] quantecunque *Pr*, β : *om. F* 19-20 predicare potest] potest predicare *Pr* : debet predicare (*ante* 19 nisi) *F* 20 natum est agere] agit *F* 21 supra debitam materiam] super determinata materia *F* 21 materiam ministratam α(-*F*) : materia *(cf. adn. sup.) F* : ministratam (materiam *om.*) β (materiam ministratam *sec.m. P*^{10b} : materiam *sec.m. L, sec.m. L*^{1}, *Wr*) 22 autem] *om.* α^{c2} exhortatio et] ammonitio uel *F* si sit publica] *om. F* 23 respiciens] respicit α^{c1} totam ecclesiam] ecclesiam totam quando publice predicat *F* 23-24 et — ecclesie] *om. F* 24 commissa est prelatis] est commissa cure prelati *F* 30 Deus] + cuilibet α^{c1} 31 proximum] *om.* α^{c2} priuata — familiari] priuata admonitione *Pr* : et hoc uerum est de priuata et secreta monitione *F*

2 Secundo] + queritur α^{c1} 2-3 Secundo — debeat] Ad secundum uidetur quod non debet *Pr* : Ad secundum quod queritur dicendum quod non licet *F* 3 predicationem] *om. Pr* 4 Et — non] *om.* α^{c2} 5-7 *Argumentum* 1 *post argumentum* 2 (*u.* 8-11) *tr.* α^{c2} 5 Mathei] *praem.* Nam α^{c1}, Preterea α^{c2}, Vnde β^{2} : *om.* β^{1} X] 10 *Pr* : 4 *Md*^{b}, α^{c1} : *om. F*, β 6-7 dicitur — dimittere] *om. F* 6 dicitur] dicitur de *Ba*^{1}, *Pr* : dei *L*^{1} 7 dimittere] + predicationem α^{c1} 8 Actuum IV] Actuum V α^{c1} *(cf. app. fontium)* : autem petri *Pr* 8-9 Oportet Deo magis obedire *tr. Pr* : Obedire oportet Deo magis *tr. F (cf. app. fontium)* 10 II Timothei (thy-) IV] thy. *Md*^{b}, *Pr* : 2 ad thimotheum 4 β : secundum illud *F* 11 uerbum] + insta oportune *F* : + dei β 12 obedire alicui] *inu.* β 13 precipiens] ille qui precipit *F* princeps] ille *F* 14 hoc] *om.* α^{c2}, β 15 Actuum] + XIII α^{c1} repulistis regnum (uerbum *Pr*) Dei] regnum dei repellitis α^{c1} 16 etc.] et indignos uos existimastis (esti- *Gf*) eterne uite, ecce conuertimur ad gentes α^{c1} : ecce conuertimur ad gentes *Pr : om. F* 16 Preterea] Item *Gf*, α^{c2} Mathei] matheus *Ba*^{1} *: om. Gf, F* : dominus dicit *Pr* 16 X *suppl. : lac. Md*^{b} *: om. cett* 17 una ciuitate] unam ciuitatem *Md*^{b}, α^{c1}, *L* 18-19 opus — dictinctione] necessaria distinxio duplicis uie. vna est quia quod aliquis predicans prohibeatur, aut *F* 21 aut] uel α^{c1} 21-22 a tyranno et populo] cum eo a tota multitudine *F* 22-23 de — uolunt] multi sint in plebe qui audiunt *F*

10-11 Galatarum VI : 10 « Operemur bonum ad omnes ». 12-13 Ecclesiastici XVII : 12 (*Biblia sacra* ..., t. XII, p. 216) « et mandauit illis unicuique de proximo » (+ suo *uar.*). 15 Romanorum X : 15. 20 nullum agens : particulare, cf. *C.G.* II 16 (t. XIII, p. 299a19-27). 31 familiari : Cf. *II*^{a} *II*^{ae}, q.177, a.2 : « sermone potest aliquis uti dupliciter. Vno modo, priuate ad unum uel paucos, familiariter colloquendo ... ».

A.29 5 Mathei X : 28. 8 Actuum IV : Immo Actuum V 29 (ed. Wordsworth-White, t. III, p. 68) : « oboedire oportet deo magis quam hominibus ». 10 II Timothei IV : 2 (ed. Wordsworth-White, II, p. 640) : « praedica uerbum insta oportune inportune ». 15 Actuum : XIII 46 (III, p. 127) : « uobis oportebat primum loqui uerbum dei. sed quoniam repellitis illud et indignos uos iudicastis aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes » (repellistis, repulistis *uar.*). 16 Mathei X : 23 (I, p. 78) : « Cum autem persequentur uos in ciuitate ista fugite in aliam ».

dimittenda predicatio, quamuis sit sic moderanda quo ad tempora et loca ut ex timore ad tyrannum non impediatur; et quandoque etiam tunc liceret predicare occulte *per domos,* sicut per Apostolos legitur factum. Si secundo modo, tunc debet cedere predicator et fugere ad alia loca, secundum mandatum Domini. Et hoc etiam Gregorius dicit in Dyalogo, quod, quando omnes sunt mali et indurati, debet eis dicere illud Apostoli : Quia *repulistis* a uobis regnum Dei etc.

Alia distinctio est hic habenda, quia predicator aut habet curam animarum aut non, id est aut predicat ex necessitate officii aut propria sponte. Si primo modo, sic non debet dimittere gregem etiam propter periculum mortis, dummodo possit aliquod bonum facere remanendo cum grege. Si secundo modo, sic, etiam si posset ibi inter tales fructificare, non tenetur instare, nec ad ponendum animam suam, nisi in casu, puta si aliquis uellet corrumpere fidem; et tunc ubi fides periclitaretur, teneretur animam pro fratribus ponere, quia hoc est in precepto in tali casu. Si autem non inminet talis casus, sic est in consilio, quia omnia consilia in casu sunt in precepto.

Ad primum dicendum quod Deus precipit predicare, tamen ordinate et eo modo quo utile sit saluti animarum.

Ad secundum dicendum quod non est aliquid dimittendum quod sit secundum Deum, timore mortis; set si aliquis sine causa et sine necessitate se ingerat ad periculum, non fit sapienter.

Ad 25 : Non bene times Deum quando non dimittis omnia peccata et propositum peccandi.

PrF 294 uoluntas manet] *inu. F* 296 ipsis] illis *F* 297 sunt] *om. F* contriti] + sunt *F* peccatis] peccato *F* 298 Ad 15] + dicendum quod *F* facta] acta *F* 299 ipsum] *om. F* 301 et] + sic *F* est — doleas] retines *F* 302 Ad 16] + dicendum quod *F* 304-305 est uerum] *om. F* 307-308 in actu] *om. F* 308 Superbia — causa] *om. Pr* 309 Ad 17] + dicendum quod *F* 309 talis] *om. F* accipiendo large] *inu. F* 310 satisfactionem] satisfacere *F* set] + hec *F* 311 penitencie] *om. F* quoddam] *om. F* 312 uera] *om. F* 313 Ad 18] + dicendum quod *F* 314 et dolere] *om. F* secundum illud Psalmi] quia in Psalmo dicitur *F* 315 lectum] *om. F* debet singula] de singulis *F* 316 dices] obicis *F* iustificatio] + impii *F* 316 est] erit *F* 317 dicendum] dicitur *? Pr* peccati] *om. F* potest esse] hic accipitur *F* 318 uel[1]] *om. F* 319 et sic] *om. Pr* aliquando] *om. Pr* 321 de singulis] *om. F* 322 cogitat] recogitat omnia *F* illa] ista *F* 324 dicendum] dicitur *? Pr* 326 dicendum] dicitur *? Pr* 326-327 In — iustum] in omni iusticia quod iustum sit *F* 328 hoc] *om. F* 330 satisfaciat] *om. F* 331 Ad 20] + dicendum quod *F* nec *scr.* : neque *F : om. Pr* 332 que] quia *F* nec] neque *F* 333 uerum] *om. F* 334 uirtutibus] *om. F* naturaliter] *om. F* 335 uirtutes] + sunt *Pr* 335-336 uirtutes — omnes] in uirtutibus perfectis, omnes sunt *F* 337 Ad 21] + dicendum quod *F* ibi accipitur pro] id est *F* 338 quando] aliquando *F* 338 peccato] aliquo *F* 339 est] *om. F* 340-341 pacienter — peccatis] uult patienter sustinere pro omnibus peccatis suis *F* 340 ueniam *suppl.* : *om. Pr (deest F, cf. adn. sup.)* 342 Zacheus] dicendum de Zacheo quod *F* etiam alia (*scil.* opera satisfactoria) fecit *Pr* : non fecit alia (*scil.* peccata) *F* 343 Ad 23] + dicendum quod *F* 344 de deformitate] *om. F* deformitas] *om. F* 345 autem anime] *inu. F* 346 deformitates] simul *F* 347-348 *Responsio ad argumentum* oo *deest in PrF* 349 Ad 24] + dicendum quod *F* 349-350 est peccatum] peccator *F* 351 Ad 25] + dicendum quod *F* 352 peccandi] + Ad .26. dicendum quod penitencia est causa (*legendum* cura) generalis omnium peccatorum. et ideo non sufficienter excidis quamdiu non omnia peccata *F*

298 ante facta : Cf. supra, adn. ad u. 70-71. 314 Psalmi : 100, 7. 332-335 nec de acquisitis — aliam : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, VI, 1144a11-1145a6, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 268,15 - 270,27).

<II>
<Anonymi>
<Quodlibet de uniuerso>

Quesitum est
de uniuerso et de partibus eius

<Questio 1>

De primo quesita sunt duo, scilicet de eternitate mundi, et de fine.

<a. 1 [1]>

Ad primum sic proceditur. Videtur quod mundus sit eternus.

<1> Quia, si incepit, fuit a causa agente, scilicet Deo; Dei autem actio est eius substancia; set substancia Dei est eterna; ergo et actio; ergo et factum.

<2> Preterea. Causa et causatum se habent relatiue; posito autem uno relatiuorum, ponitur aliud; set Deus est ab eterno; ergo et mundus.

<3> Set dicebat quod uoluntate, ergo non quando fuit, set quando uoluit. Contra : Aut semper uoluit aut non; si non semper, set quandoque, uoluntas Dei est mutabilis, hoc autem est inpossibile, quia eius uoluntas est eius essencia; si autem semper uoluit, inpossibile, quia nulla ratio assignatur quare nunc fecit et non prius; ergo est ab eterno.

Contra. Genesis 1 : *In principio creauit Deus celum et terram.* — Item, dicimus quod uenturus est iudicare, Iob. — Item, oportet materiam esse proportionatam agenti; uirtus autem Dei est simpliciter infinita; nulla autem materia est ei proportionata; ergo ex nichilo.

Responsio. Dicendum quod, secundum sentenciam fidei, mundus non semper fuit neque secundum substanciam neque secundum motum, quia proprie loquendo solus Deus est eternus; tamen, quantum ad finem, substancia mundi durabit, non tamen dispositio huius mundi qui nunc est, set quandoque mutabitur, unde Apostolus : *Preterit figura huius mundi.*

Hec autem sentencia fidei sufficientibus et demonstratiuis rationibus probari non potest, sicut nec alia que fidei sunt. Item, nulla sufficienti ratione improbari potest, quia demonstratio est uerorum, fidei autem non subest falsum, et ideo inpossibile est quod contra fidem, quia uero non opponitur nisi falsum.

Et quod non possit probari et improbari sufficienti demonstratione, ratio est quia rationes demonstratiue semper sumuntur ex aliqua causa, causa autem agens mundi est uoluntas Dei, finalis autem Dei bonitas. Si ergo demonstrares, oporteret te demonstrare, uel ex parte finis — set non potest hoc esse, quia fine existente non est necessarium esse nisi illa sine quibus finis esse non potest; si autem finis potest esse sine illis, tunc ex fine non potest demonstrari de his que sunt ad finem, bonitas enim Dei non dependet ex rebus creatis. Item, non potest demonstrari ex parte uoluntatis, quia agit propter finem, nec habet in suo opere necessitatem nisi ex fine.

Quodlibet de uniuerso. *Hoc quodlibet integrum praebet solus codex F, sed hoc habuisse archetypum recensionis* α^{c2} *adtestatur codex Pr, qui huius quodlibet, etsi non textum, quaestionum tamen et articulorum titulos praebet*, f. 127v : « XIII Quodlibet. Quesitum est de vniuerso et de partibus vniuersi. et de primo quesita sunt duo primo de eternitate mundi 2° de fine eius. vtrum scilicet finis ipsius mundi sit scibilis. deinde quesitum est de partibus vniuersi et primo de angelis 2° de hominibus. Circa angelos quesita sunt tria primo vtrum cognoscant se ipsos 2° vtrum possint errare 3° de pena errancium. Circa primum quesitum est tripliciter scilicet quantum ad naturam quantum ad graciam quantum ad culpam. Circa primum quesita sunt duo primo vtrum anima inmediate uniatur corpori 2° vtrum separata naturalem inclinationem habeat ad corpus suum ».

F 39 oporteret *scr.* : 03 40 hoc *in mg. pr.m.*

A.1 Cf. supra, Thomae *Quodl. III*, q.14, a.2 [31]. 4-6 si — factum : Cf. Thomas, *I*^{a}, q.46, a.1, arg.10. 19 Iob : XXXI 14 « cum surrexerit ad iudicandum Deus ». 28 Apostolus : *I ad Cor.*, VII 31.

Ad primum ergo dicendum quod eius substancia est eterna, et in Deo nulla actio noua, nec tamen effectus eternus; nam effectus non sequitur ex actione nisi secundum modum principii actionis, sicut a calefactione ignis non est effectus nisi secundum modum forme ignis, que est principium. Voluntas autem Dei est ratio principii in actione creationis mundi, et ideo non sequitur effectus quando actio, set quando uoluntas disponit.

Ad secundum dicendum quod ad formam argumenti est plana responsio. Nam, secundum Philosophum in V Methaphisice, quedam relatiua sunt quorum utrumque est ad alterum, et in istis uerum est quod dicitur hic; quedam quorum unum est ad aliud et non e conuerso, et in istis non est uerum : sicut scibile secundum se non refertur ad scienciam realiter, set sciencia nostra secundum se ad scibile, et ideo sequitur : Si sciencia scibile, non autem e conuerso. Quod autem Deus dicitur causa et creatura effectus, relatiue dicitur secundum rationem dicendi, set creatura dependet a causa, scilicet a Deo, non autem e conuerso. — Tamen si dicas quod posita causa ponitur effectus, sic aliter est respondendum quod hoc locum habet in causis ex necessitate nature, non autem ex uoluntate. Et ratio hec est, quia causa agens ex necessitate agit secundum formam naturalem, que determinata est in ipsa, et ideo oportet quod determinata actio determinatum habeat effectum; set uoluntaria forma concepta in intellectu est principium actionis, et talis potest formare in intellectu quod uult, et ideo non determinatur quod sic uel sic producat. Sicut pictor est causa filii et ymaginis : filii secundum naturalem formam, que semper in se una est, et ideo semper secundum illam produceret filium qualis ipse est, set ymaginis per intellectum, et hac producit quo modo uult.

Ad tercium dicendum quod ab eterno fuit in Deo uoluntas faciendi mundum. Quare ergo fecit nunc et non prius? Dicendum quod non auertis de quo loqueris, quia 'nunc' prius temporis habuit, et ideo non est dare locum nisi precedat tempus. Vnde ualet tantum in particulari agente, quod presupponit tempus, non autem in uniuersali, quia <facit> simul etiam tempus. Et ideo querendum quare non uoluit mundum semper eternum, set ad presens? Ideo ut ostenderetur quod omnia sunt ab ipso, et hoc melius manifestatur si res non semper fuerit. Nec hoc durum uideatur, quia finis creature rationalis Deus est, et ideo si pono cognitionem creature eius rationalis et causam creationis, non que fit † dog^{ma} †.

<Q. 1, a. 2 [2]>

Queritur utrum sciatur finis mundi?

Videtur quod sic.

<1> Quia, si finis principiorum alicuius rei scitur, et res scitur; set finis principiorum mundi scitur per philosophos.

<2> Preterea. Plato loquitur de fine mundi, quod erit per ignem.

Contra. Dominus in euangelio dicit : *De die autem illa nemo* nouit etc.

Responsio. Dicendum quod finis mundi non ponitur ab aliquo secundum substanciam mundi, set secundum dispositionem, aliter tamen a philosophis, aliter a nobis. Quia a philosophis secundum particularem partem, puta secundum partem nostre habitabilis, sicut dicunt, uel per aquas uel per ignem; in tota habitabili uel parte eius, hec possunt presciri per rationem naturalem. Set nos docemur fore per mutationem dispositionis uniuersalis mundi. Et ideo illud scitur non per rationem, quia aliquid scitur de futuris per rationem naturalem, set per causas primas corporalium, que sunt motus corporum celestium, quorum non sunt alique cause naturales ulteriores, et ideo inmutatio illorum non est per causas <naturales>. Item, non potest sciri per reuelationem, quia maxime hoc apostolis debuit reuelari, quibus tamen dicitur : *Non est uestrum nosse tempora uel momenta.* Et ideo qui dicunt de aduentu antichristi fingunt, quia Augustinus dicit : Non potest sciri quando, uel in magno uel in paruo numero.

F 90 facit *suppl. : om. F* 92 set *scr.* : et *F* 97 dog^{ma} *F*
16 tota *scr.* : rota *F* 18 docemur fore *scr.* : dicimur scire *F* 21 set *scr.* : licet (l3 *pro* ſ3) *F* 24 naturales *suppl. : om. F*

59 in V Methaphisice : Ar., *Met.*, V, 1021a25-b3.

A.2 Cf. Thomas, *Q. de pot.*, q.5, a.6. 7 Plato : E contrario Thomas, *In De celo*, I 22, n. 7 : « Plato... posuit mundum generatum, set indissolubilem » (cf. ibid., II 1, n. 10-11, in 284a27-35). Conflagrationem ignis in fine mundi futuram esse docuerat ipse Aristoteles, secundum Anonymum, magistrum artium, *Lectura in librum De anima...*, II 68, u. 63-65; re uera tamen doctrina est Stoicorum et theologorum, etsi aliter et aliter (cf. *ibid.*, p. 240, adn. ad u. 65; et infra, adn. ad u. 13-14). 9 in euangelio : Matthaei, XXIV 36 « De die autem illa et hora nemo scit ». 13-14 aliter... aliter : Cf. Thomas, *In Iob*, c. XIV, u. 122-130 : « Vel potest referri ad opinionem illorum [cf. *ibid.*, c. VII, u. 137-142, ex Augustino, *De ciu. Dei*, XII 14) qui ponebant totum uniuersum corporale istud corrumpendum et iterum reparandum... fides autem catholica non ponit substanciam mundi perituram, sed huius mundi statum qui nunc est, secundum illud I Corinthiorum VII : Preterit figura huius mundi »; *Q. de pot.*, q.5, a.6 : « Alia uero quorum causa est motus celi uel quecunque alia causa sensibilis, possunt naturali cognitione precognosci, sicut particularis destructio alicuius partis terre, que prius fuit habitabilis et postea fit inhabitabilis » (cf. *In Meteor.*, I 17, n. 2, in 351a19-26). 26 dicitur : *Actuum* I 7. 28-29 Augustinus : Ad sensum, *Ep. 199* (ad Hesychium), c. VI, n. 16-18 (CSEL 57, p. 256-259), laud. a Thoma, *In IV Sent.*, d.47, q.1, a.1, qla 2 (= *Suppl.*, q.88, a.3).

Ad primum quod dicitur <de fine> principiorum mundi, dicendum quod si 'finis' dicat causalitatem, uerum est; set hic non habet locum.

Ad secundum dicendum quod Plato loquitur de particulari.

<Questio 2>

Queritur de partibus uniuersi, et primo de angelis, secundo de hominibus.

Circa angelos tria queruntur : utrum cognoscant se ipsos; secundo, utrum possint errare; tercio, de pena errantium.

<a. 1 [3]>

Ad primum. Videtur quod angeli non cognoscant se ipsos.

<1> Dicit enim Dyonisius in libro De celesti ierarchia : Angeli ignorant suas uirtutes; cognita enim essencia rei, cognoscitur uirtus rei; si ergo ignorant suas uirtutes, non cognoscunt suas essencias.

<2> Preterea. Intelligere est quoddam pati; nichil autem patitur a se ipso; si ergo angelus non patitur a se ipso, non intelligit se ipsum.

<3> Preterea. Intelligere se est reflecti supra se; motus autem reflexionis est compositus ex duobus motibus; set intelligere angeli non componitur, quia intelligere eius est eius esse; ergo angelus non cognoscit se.

Contra est quod Augustinus dicit II super Genesim ad litteram quod angeli intelligunt et cognoscunt se.

Responsio. Dicendum quod duo consideranda sunt circa hoc.

Vnum scilicet quod duplex est operatio, una que est actio, alia que est factio, et differunt, quia operatio que est factio transit in materiam exteriorem, nam calefacere et tales operationes sunt perfectiones non facientis, set facti; operatio que est actio non transit, set manet in operante, et sunt huiusmodi perfectiones sicut uelle, intelligere et huiusmodi. Quando ergo dico : "Video te", non intelligendum quod actio procedat ab oculo meo ad te, set ex uisu in actu facto causatur quedam actio que est perfectio eius.

Item, intellectus noster aliter se habet in intelligendo quam angelicus, quia noster tenet ultimum gradum et ideo est in potencia omnium intelligibilium, et ideo dicitur possibilis; angelicus autem est sicut actus, et maxime quantum ad se ipsum. Operatio enim progreditur a uirtute secundum quod est actu, sicut oculus uidet quando in actu secundum speciem. Intellectus autem noster de se non est in actu, et ideo secundum se non intelligit se, set quando actu per speciem informatur, et ideo intelligit se *sicut et alia*. Intellectus angeli in se et in sui natura est actus, et ideo intelligit se ipsum non recipiendo extrinsecum, set per modum emanationis et simplicis operationis.

Ad primum dicendum quod translatio corrupta, quia ubi dicitur ignorare, nos habemus cognoscere. Vel, ut saluetur, ignorare dicuntur angeli per respectum ad Deum.

Ad secundum dicendum quod illud habet locum in nostro intellectu, non angelico.

Ad tercium dicendum quod falsa est maior, quia actio est manens intra et non reflexa.

<a. 2 [4]>

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod angelus non possit errare.

<1> Quia uidet in speculo eternitatis.

Contra. Iob IV : *In angelis suis repperit prauitatem.*

Responsio. Dicendum, secundum Philosophum,

F 31 <de fine> principiorum *scr.* : principium et *F* 13 non *s.u. pr.m.* 27-28 factio ... factio *scr.* : for^{c} ... for^{c} *F* 28 exteriorem *scr.* : extensiue *F* 42 quando *scr.* : añ (= ante, *pro* qñ) *F* 55 maior *scr.* : yma^{o} (= ymaginatio) *F*

34-35 Plato — de particulari : De Atlandide, *Timaeus*, 25 C-D, a Calcidio transl. (ed. Waszink, p. 17-18), quae tamen insula non igne periit, sed submersione.

A.3 Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1. 10-13 Dicit — essencias : Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1, arg.1 (nec non *Q. de uer.*, q.8, a.6, arg.1). 10-11 Dyonisius in libro De celesti ierarchia : VI § 1, a Iohanne Eriugena transl. (*Dionysiaca*, II, 829, 1) : «adhuc et ipsos ignorare proprias uirtutes et illuminationes». 14-16 Intelligere — se ipsum : Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1, arg.3 (Intelligere est quoddam pati, Thomas, ex Ar., *De anima*, III, 429a13-14). 22-23 Contra — se : Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1, s.c. (Augustinus, *De genesi ad litteram*, II VIII 16, CSEL 28, p. 43, a Thoma diligentius laud.) 24 Responsio : Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1, c. 45 sicut et alia : Ar., *De anima*, III, 429a29, a Iacobo Veneto transl. (p. 446; «et» add. pauci codd, cf. adn. crit. ad loc.) 49 Ad primum : Cf. Thomas, *I^{a}*, q.56, a.1, ad 1. 50 nos habemus : In translatione Iohannis Sarraceni (*Dionysiaca*, II, p. 829, 1) : «praeterea et ipsos cognouisse proprias uirtutes», a Thoma diligentius laud.

A.4 Cf. Thomas, *I^{a}*, q.58, a.5; *Q. de malo*, q.16, a.6. 4 in speculo eternitatis : Vox trita apud theologos, cf. J.-P. Torrell, in *Rev. Sc. ph. th.*, 65 (1981), p. 212. 5 Iob IV : 18. 6 secundum Philosophum : Cf. Ar., *Eth. Nic.*, VI, 1139a27-28, a Roberto Grosseteste transl. (A.L., XXVI, p. 254, 12-14).

falsum in intellectu est malum sicut uerum bonum; malum autem locum non habet in hiis que sunt actu, set que sunt in potencia, quia malum est priuatio boni, priuatio <autem> non habet locum nisi in potencia non perfecta per actum. Intellectus ergo cuiuscunque non errat quantum ad ea secundum que est actu, set que in potencia. Intellectus humanus est in potencia respectu omnium intelligibilium suorum, et ideo <in actu> non respectu omnium, nisi eorum que naturaliter intelligit per intellectum agentem, scilicet principia. Angelicus intellectus a principio fuit in actu respectu eorum que naturaliter intelligere potest, et ideo ibi non potest errare; set fuit in potencia respectu horum supernaturalium que consistunt in uisione Dei, et respectu horum error fuit, in quantum apprehendit finale bonum suum non in aliquo supernaturali, set in aliquo alio. Set beati sunt, etiam quantum ad hoc, in actu.

Ad primum quod tunc non in speculo.

<Q. 2, a. 3 [5]>

Queritur utrum demones puniantur semper pena ignis?

Videtur quod non.

<1> Glosa super illud : *Venisti ante tempus torquere nos* : Non semper puniuntur igne illo.

Contra. Angeli beati semper fruuntur; ergo et mali semper torquentes.

Responsio. Dicendum quod in dampnatis est duplex pena, scilicet dampni et sensus, dico sensus quantum ad exteriorem ignem corporalem.

Quidam dicunt quod statim post peccatum penam dampni incurrerunt, id est carenciam glorie et inpossibilitatem redeundi et dolorem interiorem, set penam ignis usque ad diem iudicii Deus differt eis infligere.

Set hoc est inpossibile, quia Damascenus dicit : Hoc est angelis casus quod hominibus mors; peccatores autem statim post mortem ad infernum descendunt, secundum illud Luce : *Mortuus est dives et sepultus est in inferno*; item, boni statim ad celum uolant, II Corinthiorum V : *Si terrestris domus nostra dissoluatur, habemus domum non manufactam in celis*; item hoc patet in beatis angelis, qui statim omnem gloriam sunt adepti; ergo et mali omnem penam incurrerunt. Et sic non differtur in eis pena ignis. Vnde Glosa super illud Iacobi III : *Inflammata a gehenna*, Beda : Gehenna dyabolus est, qui ignem gehenne secum portat quocunque uadit.

Set quo modo non comburit omnia ad que uadit? Quia ignis ille non agit calefaciendo, set per alligationem, secundum Augustinum, in quantum alligantur scilicet demones tali corpori, et sentiunt per hoc quod sciunt se per Dei sentenciam alligatos, que non est minor quando actu sunt ligati uel non actu. Sicut si aliquis dampnatus ad mortem uel ad carcerem penam habet etiam si non est ibi, et sicut rex gloriam habet de filio, etiam quando non est ibi.

Ad primum, secundum Crisostomum : Venisti ante tempus torquere, id est expellere nos a corporibus; et ideo tormentum habent ex hoc, quia dolent quando non nocent hominibus. — Ad glosam dicendum quod, licet non sint in inferno quantum ad locum, tamen penam secum ubique ferunt.

<Questio 3>

Queritur de homine, quantum ad naturam, quantum ad graciam et quantum ad culpam.

Quantum ad naturam, duo queruntur : primo, utrum anima inmediate uniatur corpori; secundo, utrum anima separata naturalem inclinationem habeat ad corpus suum.

<a. 1 [6]>

Ad primum sic proceditur. Ostenditur quod anima non inmediate unitur corpori.

F 10 autem *suppl. : om. F* 15 in actu *suppl. : om F*
26 Beda *scr. et hic transposui* : B' *post* Iacobi III *F (cf. app. fontium)*

A.5 Cf. Thomas, *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3; I^a, q.64, a.4, ad 3; *In Mathei eu.*, VIII 29. 5-6 Glosa — illo : Non inuenitur in *Glosa ord.* in Matthaeum VIII 29 (t. IV, p. 34a), sed cf. Petrus Pictauiensis, *Sententiae*, II 4 (ed. Ph. S. Moore, J.-N. Garvin, M. Dulong, Notre Dame 1950, p. 20, 356-359) : « Quod autem nondum plenam poenam sustineat diabolus inde potest probari quod dicitur in euangelio : *Quid nobis et tibi, fili Dauid? Cur uenisti ante tempus torquere nos?* ». Cf. Thomas, *In Mathei eu.*, VIII 29 : « Item credunt aliqui quod demones usque in diem iudicii non paciuntur penam sensus, sed penam dampni ». 16 Damascenum : *Traditio orthodoxae fidei*, c. 18, a Burgundione transl. (ed. Buytaert, p. 77, 38-39) : « quod est hominibus mors, hoc est angelis casus », a Thoma laud., *In Mathei eu.*, VIII 29 : « Hoc hominibus mors quod angelis casus ». 19 Luce : XV 22, a Thoma laud. *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3, ad 5. 20-21 II Corinthiorum V : 1, a Thoma laud. *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3, ad 3; I^a, q.64, a.4, ad 3. 25 Glosa : *ord.* in ep. Iacobi, III 6 (t. IV, p. 516), ex Beda (CCSL 121, p. 205, 121-122); tamen Glosa hic laudari uidetur ex Thoma, I^a, q.64, a.4, ad 3 : « Vnde dicitur in quadam glosa Iacobi III quod portant secum ignem gehenne quocunque uadant » (cf. *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3, ad 6; *In Mathei eu.*, VIII 29). 29-34 Set — actu : Cf. Thomas, *In II Sent.*, d.6, q.1, a.3, ad 6 : « non agit corporali modo calefaciendo ». 31 secundum Augustinum : Cf. supra, *Quodl. II*, q.7, a.1 [13], u. 68, cum adn.; *Quodl. III*, q.10, a.1 [23], u. 41-42. 38 secundum Crisostomum : Non inueni apud Iohannem Chrysostomum, sed cf. Thomas, *In Mathei eu.*, VIII 29 : « *Torquere* nos etc. Magnum tormentum reputant quod non possint hominibus nocere. Set si essent in inferno, non possent ita nocere, et ita tormentum eis magnum est intrare in infernum ».

A.6 Cf. Thomas, *Quodl. XI*, q.5, a.1 [5]; *Quodl. I*, q.4, a.1 [6]; *Quodl. XII*, q.5, a.1 [10].

<1> Quia quod est a principio intrinseco et quod est ab extrinseco non sunt idem; set *intellectus* est *ab extrinseco*, alie forme sunt ab intrinseco; ergo non sunt idem in essencia anima rationalis et sensibilis; et sic rationalis unitur mediante sensitiua.

Contra : Auicenna dicit quod eadem est anima illa.

Responsio. Dicendum quod inpossibile est unam formam substancialem uniri mediante alia forma substanciali.

Et huius ratio est quia, si hoc esset, posterior forma aduenies non esset forma substancialis, set accidentalis, quia forma substancialis dat esse simpliciter, et ideo assumere substancialem formam est generari simpliciter; accidentalis facit esse non simpliciter, quia hec presupponit tale esse, et ideo secundum ipsam non est generatio nisi secundum quid; et sic prima forma substancialis dat esse simpliciter, secunda secundum quid, et ideo non est substancialis.

Item, alia ratio. In VIII Methaphisice, quod inpossibile est ut ex multis actibus fiat unum simpliciter, fit ergo ex forma et materia unum in quantum hoc unum est in potencia, aliud in actu, id est hoc fit hoc. Et sic plures forme non sunt unum simpliciter, set per accidens et aggregationem.

Ad primum dicendum quod non sunt idem in substancia quod est ab intra et quod est ab extra; set anima sensibilis in homine non est ab intrinseco, set potencia est fluens a rationali, et in generatione est quidam ordo generationis et correlationis, et ulterior forma in se uirtute continet omnes.

<a. 2 [7]>

Secundo queritur utrum anima habeat inclinationem ad corpus?

Videtur quod non.

<1> Quia omnis inclinatio naturalis potest reduci in actum per agens naturale; huiusmodi autem inclinatio non potest reduci in actum per agens naturale, quia resurrectio non est secundum naturam; ergo anima non habet inclinationem naturalem ad corpus.

<2> Preterea. Omnis inclinatio naturalis est propter aliquid melius; set anima non est perfectior quando est unita quam quando separata, nec quantum ad substanciam nec quantum ad operationem, quia intelligere non dependet a corpore; ergo non habet inclinationem naturalem ad corpus.

Contra. Si effectus et finis est naturalis, et inclinatio in finem est naturalis; set uita anime unite corpori est naturalis, alias non esset sempiterna; ergo et inclinatio est naturalis.

Responsio. Dicendum quod triplex est inclinatio naturalis : una influencie, alia dependencie, alia cohabitationis. Prima est qua superiora naturalem inclinationem habent ad influendum in inferiora; secunda est qua inferiora naturaliter tendunt in perfectiora; tercia est equalium ad inuicem. Et hoc est quod dicit Dyonisius IV De diuinis nominibus. Anima secundum naturam est actus corporis; potest ergo comparari ad corpus, uel ad totum, quod est species humana. Si ad corpus, sic comparatur sicut ad inferius, et sic habet inclinationem influencie; si ad totum, sic comparatur sicut ad perfectum, quia est pars et est inperfecta respectu totius, et sic habet inclinationem dependencie.

Ad primum dicendum quod inclinatio ultima non est ultra finem, etiam si sit naturalis, nec reducitur in actu per agens naturale, set per primum; quia ultimus finis exercitus est uictoria, et hec per ducem, alii fines ad alios particulares reducuntur; in tota natura ultimus finis generationis nature est anima humana, et tamen non reducitur in actum nisi per agens supernaturale. Cum ergo resurrectio sit finis ultimus totius humane nature, reseruatur primo agenti.

Ad secundum dicendum quod habebit maiorem perfectionem in natura sue essencie, sicut pars in suo toto; item in operatione etiam erit perfectior, quia Augustinus XII super Genesim : Clarius uidebit tunc Deum quam ante; uel saltem quantum ad potencias, que non sunt in actu nisi per corpus.

F 2 anima] separata *Pr* (*cf. supra, adn. ad initium huius* Quodlibet de uniuerso, *p.* XI) 3 corpus] + suum *Pr* (*cf. adn. sup.*) 40 resurrectio *scr.* : reuni° *F*

12-13 intellectus est ab extrinseco : Ar., *De animalibus*, XVI (= *De gen. animalium*, II, 736b27-28), a Michaele Scoto transl. (Ar. Semitico-Latinus, V 3, p. 74) : « Et sequitur dicere quod intellectus tantum intrat ab extrinseco ». 16 Auicenna : Ad sensum, quia intellectum agentem solum extra animam posuit, intellectum uero possibilem in anima. 29 in VIII Methaphisice : Cf. Ar., *Met.*, VIII, 1045a7-b23, a Thoma laud., *Q. de anima*, q.6 (ed. Robb, p. 111, § 2); *Q. de spir. creat.*, a.3, arg.10 et ad 10.

A.7 25-26 Dyonisius IV De diuinis nominibus : § 7 (*Dionysiaca*, I, p. 187, 2-3), sed aliis uerbis. 45 Augustinus XII super Genesim : *De Genesi ad litteram*, XII XXXV-XXXVI 68-69 (CSEL 28, p. 432-434), ad sensum.

Articuli additi in codice F

<Post Q. 10, a. 2 [17]>

Articulus 18

Queritur utrum teneatur eligens semper eligere meliorem ad officium prelationis?

Responsio. Dicendum quod aliquis dicitur melior simpliciter uel melior ad hoc, puta quia magis proportionatus, uel per eum magis defendi potest ecclesia, uel quicquid est ad utilitatem ecclesie per hunc melius fieri potest. Si dicas quod tenetur eligere meliorem simpliciter, dicendum quod non est uerum, quia melior est cui plus est gracia, et talis aliquando non est bonus prelatus, set melior ad hoc; quia si preeligis istum quia utilior ecclesie, sic melior quantum ad hoc. Si autem preeligis istum non quia ad bonum ecclesie uel honorem Dei, sic est carnale, et peccas. Item, facis contra honorem tuum, quia defraudas dominum tuum qui commisit tibi curam ecclesie, quia non facis quod melius potes facere.

<Questio ultima>

Queritur de peccatis, scilicet de tribus, hoc est de suspicione, de retentione superfluorum, de perplexitate.

<a. 1 [47]>

Videtur quod suspicio sit peccatum mortale.

(= a. 35 recensionis communi)

<a. 2 [48]>

(a. 37 recensionis communis)

Queritur utrum peccet qui non dat superfluum pro Deo.

Et <uidetur> quod sic.

<1> Quia Augustinus dicit expresse quod qui retinet superflua, retinet aliena; et hoc peccatum.

<2> Preterea. Dominus dicit : *Quod superest, date elemosinam.*

Contra. Augustinus dicit : Vtere superfluis et da necessaria.

Responsio. Dicendum quod peccatum est facere contra ordinem iuris naturalis. In rebus naturalibus uidemus quod omne quod suscipit aliquid ad copiam, non suscipit propter se tantum, set propter alios, sicut sol non suscipit lumen ut tantum sibi luceat, set aliis. Sic est in humanis, et etiam in spiritualibus, quia si scienciam habes, non solum propter te, set propter

A.18 Cf. supra, *Quodl. VIII*, q.4, a.1 [6].

* * *

A.48 (37) Cf. *Quodl. VIII*, q.6, a.2 [12]; *Quodl. VI*, q.7, a.un. [12]. 6 Augustinus dicit expresse : Re uera Augustini non sunt uerba, sed adagium fictum ex Augustino, *Enarr. in Ps.*, 147, 12 (CCSL 40, p. 2148, u. 24-29) : « Videte quia non solum pauca sunt quae uobis sufficiant; sed nec ipse Deus multa a uobis quaerit. Quaere quantum tibi dederit, et ex eo tolle quod sufficit; cetera quae superflua iacent, aliorum sunt necessaria. Superflua diuitum, necessaria sunt pauperum. Res alienae possidentur, cum superflua possidentur ». Cf. Alexander de Hales, *Q. de superfluo*, membr. 6 (*Q. disp. Antequam*, t. I, p. 285-286) : « An superfluum oppositum sit iuri naturali? ... Item. Augustinus : Res aliene possidentur cum superflua possidentur. Respondeo. Concedo quod opponitur iuri naturali. Sed notandum est quod aliud est retinere superfluum, aliud habere superfluum. Retinere superfluum est habere uoluntatem retinendi quod sibi non est necessarium et alii tamen esset expediens. Hoc repugnat iuri naturali, quia de iure nature est communicare alii communicabile tempore indigencie ». Cf. etiam uerba Ps.-Hieronymi laud. a Gratiano, *Decr.*, d.XLII, dictum ante c. 1 (Friedberg, I 151) : « secundum Ieronimum aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur ». 8 Dominus dicit : *Lucae* XI 41. 10 Augustinus : *Sermo 61*

alios, et ita in aliis graciis. Vnde dampnatur qui abscondit talentum domini sui, Petrus : *Vnusquisque sicut accepit graciam, in alterutrum illam amministrantes.* Et sic, sicut bona spiritualia sunt a Deo, ita temporalia. Et ideo dicit Basilius quod Deus quando dat uni multa temporalia et non alii, non est iniustus, quia dat ut dispenset. Et ideo tenetur quis ex precepto dare superflua.

Set superfluum est indiuidui, quod superest ad substentationem indiuidui, et superfluum persone, quod superest sibi et omnibus qui sibi sunt necessarii ad exequtionem sui officii. Si dicis quod hec superflua possunt aliquando esse necessaria, distinguo : quia aut hoc timetur inminere in presenti et uerisimile est, sic rex uel prelatus potest retinere ; set si aliqua pericula uidentur inminere que non sunt uerisimilia et non de propinquo, sic male facit et est cura de crastino.

Vnde non minoris culpe est superflua retinere quam aliena subripere.

Ad illud in contrarium : Necessaria da, scilicet ad uictum hominis, non ad delicias ; tamen ille qui dat potest uti rebus etiam supra hoc, et hec uocantur superflua.

<Q. ult. a. 3 [49]>

(a. 38 recensionis communis)

Queritur utrum aliquis possit esse perplexus in opere.

Videtur quod sic.

Quia aliquis potest esse perplexus in corde, ergo et in opere.

Responsio. Dicendum quod perplexitas dupliciter accipitur : quantum ad scire, et sic quicunque dubitat est perplexus ; et quantum ad posse, et sic nullus simpliciter perplexus, quia nullus est in statu tali quod non possit prouidere saluti sue, alias tolleretur liberum arbitrium. Tamen secundum quid potest esse perplexus, scilicet in casu. Puta qui nullo modo uult dimittere concubinam et inminet sibi necessitas celebrandi, sic est perplexus supposito quodam, quia si celebrat, peccat, et si non celebrat, similiter. Tamen potest esse remedium, quod dimittat uoluntatem.

Qui autem perplexus est in sciencia, debet requirere consilium sapientis.

Hec ad presens dicta sufficiant.

***

Articulus 24

(a. 40 recensionis communis)

Queritur de pena eterna, utrum anima separata naturaliter patiatur ?

Et uidetur quod sic.

Quia anima est composita ex materia et forma.

Responsio. Dicendum quod non patitur naturaliter, quia ignis est corporeus, set nullum corpus naturaliter agit in rem spiritualem. Tamen patitur ab eo ut instrumentum diuine iusticie.

(De uerbis Domini 5), XI 12 (P.L., 38, 414) : « Vtere cibis electis, pretiosis, quia sic consuesti, quia non aliter potes ; quia si consuetudinem mutes, aegrotas. Conceditur tibi : utere superfluis, da pauperibus necessaria ; utere pretiosis, da pauperibus uilia ». Laud. a Gratiano, *Decr.*, d.XLI, c. 3 (Friedberg, I 149) ; ab Alexandro de Hales, *Q. de superfluo*, membr. 3, Contra (t. I, p. 279, 6-8). 20 Petrus : *Ep. I Petri*, IV 10. 23 Basilius : *Hom. in illud Destruam*, n. 7 (P.G., 31, 276 C), non in translatione Rufini (P.G., 31, 1752 B), sed in translatione anonyma laud. a Thoma, *Catena in Lucam*, XII 18 (cf. supra, adn. ad *Quodl. V*, a.17, u.14-15) et in *II^a II^{ae}*, q.32, a.5, ad 2 (cf. q.117, a.1, ad 1) ; e *Summa* Thomae pendere uidetur articulus hic. 35-36 cura de crastino : Quae prohibetur, *Matthaei* VI 34 : « Nolite ergo solliciti esse in crastinum ».

INDICES APPENDICIS

1

Index Anonymi
Questio de penitencia

LOCI SACRAE SCRIPTVRAE

Psalmus 100, 7 314
Prouerbiorum X 12 131
Sapiencie XI 21 8
Ecclesiastici XII 3 8-9
Trenorum III 52 92
Naum I 19 41
Mathei VI 12 20-21
Luce XIX 9 98-99
Actuum X ..... 63 et 287-291
I Iohannis IV 10 14

ALBERTVS

In IV Sententiarum

d. 15, a. 1 ..... 1, 5, 20-22, 23-25, 86, 89-91
a. 9, arg. 1 254-259
a. 33 23-25

AMBROSIVS

Exp. Psalmi 118, Sade, n. 3 93
Exp. eu. sec. Lucam, II 19 82-83

AMBROSIVS Pseudo (Ambrosiaster)

In ep. ad Tim. primam, IV 7, n. 3 ..... 60, 281

ARISTOTELES

Ethica Nicomachea, a Roberto Grosseteste transl.

V, 1132 b 21-1133 a 18 86
VI, 1144 a 11-1145 a 6 332-335
VIII, 1158 b 29-33 210

BONAVENTVRA

In IV Sententiarum

d. 15, P. 1, a. unicus, q. 2 ..... 1, 20-22, 60
q. 3 ..... 1, 93

Corpus iuris canonici

Decretum

II P., C. XXXIII, q. III, c. 39-49 1
c. 39 ..... 41, 178-179
c. 40 32
c. 41 93
III P., d. IV, c. 52 243

(Dicta Gratiani)

II P., C. XXXIII, q. III, post c. 39 17
post c. 42 ..... 65-67, 292
post c. 49 30

Decretales

lib. V, tit. XXXVIII, c. 5 26

Glosa

Glosa ordinaria

In Ps. 118, Sade 93
In Lam. III Sade 93
In Actuum II 2 82-83
In ep. I ad Tim. 60

Glosa Petri Lombardi

In Ps. 118 93
In ep. I ad Tim. 60

GRATIANVS *Vide* Corpus iuris canonici, Decretum

GREGORIVS

In Hiezechielem, I, hom. 10, 23 32

IERONIMVS

(ex *Decreto*) 65, 292

PASCASIVS RADBERTVS

In Lam., III Sade 93

PETRVS LOMBARDVS

Sententiarum liber IV

d. 14, c. 2, n. 2 70-71
d. 15 1
c. 1, n. 2 41
c. 3, n. 5 ..... 32, 93

THOMAS DE AQVINO

In I Sententiarum

d. 17, q. 1, a. 1, ad 7 210

In IV Sententiarum

d. 14, q. 2, a. 1, qla 2 210
d. 15, q. 1, a. 1, qla 2 210
a. 3, qla 1 ..... 1, 5, 20-22, 75-77, 210
qla 2 1
qla 3, ad 2 243
a. 4, qla 2, s.c. 2 93
q. 2, a. 2, qla 1 ..... 60, 281-286

Catena in Lucam, I 30 82-83

Contra doctrinam retrahentium, c. 9, 236-237 82-83

Summa theologie

I^a II^{ae}, q. 113, a. 6, s.c. 82-83
II^a II^{ae}, q. 106, a. 6, ad 3 210
III^a, q. 86, a. 2 ..... 1, 5, 93

2

Index Anonymi
Quodlibet de uniuerso

LOCI SACRAE SCRIPTVRAE

Genesis I 1 ..... a. 1, 17
Iob, IV 18 ..... a. 4, 5
XXXI 14 ..... a. 1, 19
Mathei XXIV 36 ..... a. 2, 9
Luce XV 22 ..... a. 5, 19
Actuum I 7 ..... a. 2, 26
Ep. I ad Cor., VII 31 ..... a. 1, 28
Ep. II ad Cor., V 1 ..... a. 5, 20-21

ANONYMVS, Mag. artium

Lectura in libro De anima, II ..... a. 2, 7

ARISTOTELES

De anima

III 429 a 13-14 ..... a. 3, 14-16
429 a 29 ..... a. 3, 45

De animalibus

XIV (*De gen. animal.* II, 736 b 27-28) ... a. 6, 12-13

Metaphysica

V 1021 a 25-b3 ..... a. 1, 59
VIII 1045 a 7-b 23 ..... a. 6, 29

Ethica Nicomachea

VI, 1139 a 27-28 ..... a. 4, 6

AVGVSTINVS

De ciuitate Dei, XII 14 ..... a. 2, 13-14
XXI 10 ..... a. 5, 31

De Genesi ad litteram

II VIII 16 ..... a. 3, 22-23
XII XXV-XXXVI 68-69 ..... a. 7, 45

Ep. 199, ad Hesychium ..... a. 2, 28-29

AVICENNA ..... a. 6, 16

BEDA

In epistolas septam catholicas ..... a. 5, 25

DIONYSIVS

De diuinis nominibus, IV § 7. ..... a. 7, 25-26

De caelesti hierarchia, VI § 1 ..... a. 3, 10-11, 50

Glosa

In Matheum VIII 29 ..... a. 5, 5-6
In ep. Iacobi III 6 ..... a. 5, 25

IOHANNES CHRYSOSTOMVS

? Non inueni ..... a. 5, 38

IOHANNES DAMASCENVS

Traditio orthodoxae fidei, c. 18 ..... a. 5, 16

PLATO

Timaeus, 25 C-D, a Calcidio transl ..... a. 2, 34-35

PETRVS PICTAVIENSIS

Sententiae, II 4 ..... a. 5, 5-6

STOICI ..... a. 2, 7

THOMAS DE AQVINO

In II Sententiarum

d. 6, q. 1, a. 3 ..... a. 5, 1, 19, 20-21, 29-34

In IV Sententiarum

d. 47, q. 1, a. 1, qla 2 ..... a. 2, 28-29

Q. de uer, q. 8, a. 6, arg. 1 ..... a. 3, 10-13

Quodlibet XI, a. 5 ..... a. 6, 1

In Iob, XIV 122-130 ..... a. 2, 13-14

Q. de potentia, q. 5, a. 6 ..... a. 2, 1 et 13-14

Summa theologie, Ia Pars
q. 46, a. 1, arg. 10 ..... a. 1, 4-6
q. 56, a. 1 ..... a. 3, 1, 10-13, 14-16, 22-23, 24, 49
q. 58, a. 5 ..... a. 4, 1
q. 64, a. 4, ad 3 ..... a. 5, 20-21, 25
Q. de anima, q. 6 ..... a. 6, 29
Q. de spir. creat., a. 3 ..... a. 6, 29
Quodlibet I, a. 6 ..... a. 6, 1
In Mathei euangelium, in VIII 29 ..... a. 5, 1, 5-6, 16, 25, 38
Quodlibet III, a. 31 ..... a. 1, 1
Q. de malo, q. 16, a. 6 ..... a. 4, 1
Quodlibet XII, a. 10 ..... a. 6, 1
In De celo, I 22 7 et II 1, 10-11 ..... a. 2, 7
In Meteora, I 17, n. 2 ..... a. 2, 13-14

TORRELL J.-P. ..... a. 4, 4

3

Index Anonymi
Articuli additi in codice F

LOCI SACRAE SCRIPTVRAE

Matthaei VI 34 ..... A. 48 (37), 35-36
Lucae XI 41 ..... A. 48 (37), 8
Ep. I Petri, IV 10 ..... A. 48 (37), 20

ALEXANDER DE HALES

Q. de superflo ..... A. 48 (37), 6 et 10

AVGVSTINVS

Enarr. in Psalmos, 147 12 ..... A. 48 (37), 6
Sermo 61, XI 12 ..... A. 48 (37), 10

BASILIVS

Hom. in illud Destruam, n. 7, ab Anonymo transl. .. A. 48 (37), 23

Corpus iuris canonici
Decretum
I, d. XLI, c. 3 ..... A. 48 (37), 10
d. XLII, dictum Gratiani ante c. 1 .. A. 48 (37), 6

HIERONYMVS (Pseudo) ..... A. 48 (37), 6

RVFINVS ..... A. 48 (37), 23

THOMAS DE AQVINO

Quodlibet VIII, a. 6 ..... A. 18, 1
a. 12 ..... A. 48 (37), 1
Catena in Lucam, XII 18 ..... A. 48 (37), 23
Quodlibet VI, a. 12 ..... A. 48 (37), 1
IIa IIae, q. 32, a. 5, ad 2 ..... A. 48 (37), 23
q. 117, a. 1, ad 1 ..... A. 48 (37), 23

TABVLA

TOMVS XXV 1

PRÉFACE ..... VII*

Avant-propos ..... IX*
Table ..... XI*
Préface 1*

QVESTIONES DE QVOLIBET 1

QVESTIONES DISPVTATE PARISIIS ANNIS 1256-1259

QUODBIBET VII 5
Quodlibet VIII 49
Quodlibet IX 85
Quodlibet X 121
Quodlibet XI 149

Tabula questionum et articulorum 172

TOMVS XXV 2

QVESTIONES DISPVTATE PARISIIS ANNIS 1269-1272

Quodlibet I 175
Quodlibet II 209
Quodlibet III 239
Quodlibet VI 293
Quodlibet IV 317
Quodlibet V 363
Quodlibet XII 397

Tabula questionum et articulorum 431

INDICES

Loci sacrae Scripturae 441
Index scriptorum ab ipso Thoma nominatorum 446
Index scriptorum et operum in praefatione et in apparatu nominatorum 450
Index codicum manu scriptorum in praefatione et in apparatu fontium nominatorum .. 502

APPENDIX. QVAESTIONES ADDITAE AD QVODLIBET XII I

1. Anonymi Questio de penitencia V
2. Anonymi Quodlibet de uniuerso XI
3. Articuli additi in codice *F* XVII

Indices appendicis XIX

SANCTI THOMAE DE AQUINO
OPERA OMNIA
IUSSU LEONIS XIII P.M. EDITA

1*, 1	Expositio libri Peryermenias, Editio altera retractata	1989	208 pp.
1*, 2	Expositio libri Posteriorum, Editio altera retractata	1989	372 pp.
2	In Aristotelis libros Physicorum	1884	505 pp.
3	In Arist. libros De caelo, De generatione ... et Meteorologicorum	1886	630 pp.
4-12	Summa theologia cum Supplemento et commentariis Caietani	1888-1906	4.572 pp.
13-15	Summa contra Gentiles cum commentariis Ferrariensis	1918-1930	1.668 pp.
16	Indices in tomos IV-XV	1948	680 pp.
17-20	Super IV Sententiarum	(Super I, II et III Sent., *in praep.*)	
21	Quaestiones disputatae de potentia	*in praep.*	
12	Quaestione disputatae de veritate (3 vol.)	1970-1976	1.123 pp.
23	Quaestiones disputatae de malo	1982	455 pp.
24	Quaestiones disputatae de anima, de virtutibus, de spir. creat., etc.	*sub prelo*	
25	Quaestiones de quolibet (2 vol.)	1996	708 pp.
26	Expositio super Iob ad litteram	1963	490 pp.
27	Super Psalmos	*in praep.*	
28	Expositio super Isaiam ad litteram	1974	378 pp.
29	Super Ieremiam et Threnos		
30	Super Matthaeum	*in praep.*	
31	Super Ioannem	*in praep.*	
32-35	Super Epistolas Pauli Apostoli	*in praep.*	
36-39	Glosa continua super Evangelia (Catena aurea)		
40	Contra errores Graecorum, De rationibus fidei, De forma absolutionis, De substantiis separatis, Super Decretales	1967-1968	446 pp.
41	Contra impugnantes..., De perfectione..., Contra doctrinam retrahentium	1970	394 pp.
42	Compendium theologiae, De articulis fidei, De 108 art., De 45 art., De 36 art., De 6 art., Ad ducissam Brabantiae, De emptione, Ad Bernardum abbatem, De regno — De secreto	1979	529 pp.
43	De principiis naturae, De aeternitate mundi, De motu cordis, De mixtione elementorum, De operationibus occultis naturae, De iudiciis astrorum, De sortibus, De unitate intellectus, De ente et essentia — De fallaciis, De propositionibus modalibus	1976	457 pp.
44	De decem praeceptis, Super Credo, Super Pater, Super Ave Maria, Sermones, Principia	*in praep.*	
45, 1	Sentencia libri De anima	1984	615 pp.
45, 2	Sentencia libri De sensu (De memoria)	1985	295 pp.
46	Sententia libri Metaphysicae	*sub prelo*	
47	Sententia libri Ethicorum (2 vol.)	1969	962 pp.
48	Sententia libri Politicorum, Tabula libri Ethicorum	1971	416 pp.
49	Super librum De causis, Super librum Dionysii De divinis nominibus	*in praep.*	
50	Super libros Boetii De Trinitate et De ebdomadibus	1992	304 pp.

LAVAUZELLE GRAPHIC
IMPRIMERIE A. BONTEMPS
87350 PANAZOL (FRANCE)
N° imprimeur : 1511-93
Dépôt légal : Mars 1996